

[f. 1r]

Viridarium

In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Incipit Liber solacii et amenitatis intitulatus \\Viridarium// de naturis et proprietatibus rerum et de mirabilibus mundi.

5 Rubrica.

[Prologus.]

Rerum naturam in diversis actorum scriptis late per orbem sparsis inveniens, cum labore magno et sollicitudine annis pluribus operam dedi, ut inspectis diversorum philosophorum et actorum scriptis, ea que naturis creaturarum et earum proprietatibus congrua sunt in orbe inveniens, in uno volumine compilarem, pre oculis habens illud Augustini dictum in libro De doctrina Christiana, ubi dicit utilissimum esse, si quis laborem assumeret, quo in unum volumen naturas rerum congregaret. Congregavi ergo, nec mihi suffecit \\revolvere libros compositos in// Gallia atque Germania, que tamen copiosiores sunt in libris regionibus universis, ymo ex partibus transmarinis libros de natura editos \\michi a nonnullis votis religiosis et teologis, titulo comodati concessos et qui mihi sanguine iungabantur//, congregavi et ex omnibus meliora et comodiora descripsi. Et quamquam hoc opus repererim prolixum et diffusum omni modo, tamen negligenter preterire nolui, sed quedam ex eo accepi, maxime tamen utilia, magis nova ac rariora; quedam autem truncavi, quia pluribus erant manifesta. Multa enim licet sint utilia, tamen quia quasi nota viris litteratis pertransivi. \\Sicque meam curam ad immensa veterum actorum volumina extendens et opus desperatum attemptans, per medium profundum eundo hunc librum celesti iuvamine complevi, pluribus tamen filosofis christianis et ebreis mihi assistentibus. Insti. in prohemio § Et cum sacratissimas. Et quia de universis creatis delectabilibus humane nature tractat, ideo hunc librum Viridarium appello.// Credimus tamen quod tanta et tam diversa opera in tam parvo volumine posita, vix inter Latinos poterit inveniri. Illudque consideret lector in hoc opere, quod si sentencias animalium vel effectus \\herbarum/ in occidente aliter nominatos invenerit quam relacio philozophorum contineat, qui fere in oriente scripserunt, non statim incipiat frivolum reputare, quia aliter se habet pars orientis quam occidentis, aliter dispositus est septentrio quam meridies: oriens enim est calidus et humidus, occidens frigidus et humidus, meridies calidus et siccus, septentrio humidus et calidus. Et sic mundus lucta oppositarum qualitatum firmitus stabilitur, aliter stare non posset. Nunc autem quantum hoc opus prosit et quantam utilitatem prestare possit ad plenum scire hominem non posse, secundum sui extimacionem nisi cui divina scriptura dederit intellectum. Dicit enim Aristotiles in XI^o libro De animalium naturis: Sive sit nobilissimum sicut est illud quod celeste est, sive innobile sicut est creatura animalium,

7 Rerum...suffecit] Ox, c. [Prologus], f. 3ra et c. De fine operis, f. 115rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 3, l. 1-5) et 19, 7 (p. 414, l. 9-13). 13 Gallia...editos] Ox, c. De fine operis, f. 115rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 19, 7 (p. 414, l. 13-15). 16 congregavi...pertransivi] Ox, c. [Prologus], f. 3vb et c. De fine operis, f. 115rb-115va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 19, 7 (p. 414, l. 15). 20 curam...complevi] Cf. Inst. Prohemium, 2. 25 Credimus...hominem] Ox, c. [Prologus], f. 3rb-3vb et c. De fine operis, f. 115rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 4-5, l. 63-64, 75-83 et 87-88) et 19, 7 (p. 413-414, l. 5-7). 34 extimacionem...causa] Ox, c. [Prologus], f. 3rb-3va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 4, l. 64-68 et 71-73).

8 pluribus] ferme quindecim Ox | operam] ante operam, scr. et post. del. et exp. cim cod. 10 compilarem] compillarem scr. et post exp. -l- cod. 23 sacratissimas] sanctissimas cod. 24 nature] ante nature, scr. et post exp. c cod. 30 septentrio] aquilo Ox 31 septentrio] septentrion Ox 32 calidus] frigidus Ox 34 extimacionem] extimoneminem Ox 35 Aristotiles] Aristoles cod.

citra tamen causam magne dileccionis illis, qui possunt cognoscere quod in omnibus rebus naturalibus est mirabile et res nobilis, quoniam non fuit ullum naturatum ociose creatum neque sine causa, \cum divinas et humanas res Deus bene disposuerit § De veteri iure enucle. l. I circa principium//. Isti autem sunt actores qui sequens opusculum
 5 illuminant: Primus omnium est Aristotiles, qui eminencior omnium est, inter omnes floruit philosophos. Secundus est Plinius. Ceteri sunt: Solinus, beatus Ambrosius qui \de/ naturis in libro Exameron multa tractavit, magnus Basilius, Ysidorus, sanctus Augustinus in libro Ethimologiarum, Iacobus Aconensis episcopus, de Libro rerum multa reperiens et de libro qui Experimentator intitatur, Galienus, Platearius
 10 philosophus, Phiziologus, Adelinus philosophus \ac Girvasius/. Et eciam aliquorum nomina in locis suis posuimus. Et aliquando vulgi oppiniones non per omnia \affirmando neque/ reffutando ponimus, dum modo non dissonent aperte a veritate \neque devient a fide catolica//. Et breviter in hoc opere procedimus per titulos sequentes: Primo enim tractamus de anathomia humani corporis, secundo de genera-
 15 [f. 1v] cione humana, tercio de infusione anime, \quarto de nativitate hominis/, quinto de VII etatibus hominum, deinde de monstruosis hominibus, postea de natura pecudum, volucrum, belluarum marinarum, \piscium/, serpentum, vermium, arborum, herbarum, \liquorum/, fluminum, lapidum, metallorum et humorum aeris, de passionibus aeris et de IIII^{or} elementis, et de septem planetis \et atende quod in principio quorumlibet
 20 titulorum ponam generalia et aliqua specialia ad materiam tituli//.

[Tit. I.] De anathomia humani corporis. Rubrica.

[Cap. 1. De homine.]

Homo habet esse compositum ex quatuor elementis. Nam triplex est esse: quedam res sunt composite ex quatuor elementis sicut homo, et quedam sunt composite
 25 composicione tantum dimensionali sine omni commixcione alterius materie, ut corpora supercelestia, quedam sunt simplices substancie, que non subsistunt aliqua dimensione corporali et concreacione ut angeli, ymago mundi. Et secundum Aristotilem homo dicitur antropos Grece quasi arbor conversa Latine. Et est creatus secundum
 30 disposicionem tocius mundi. \Et/ quanta est distancia inter extremitatem duorum digitorum longiorum, tanta est a vertice capitis usque ad plantas pedum. Sic eciam tanta est distancia in terra a meridie usque septentrionem, quanta est ab oriente usque in occidentem. Sed que sit et cuius \numeri et eciam quanta sit dis-// tancia de terra usque
 ad celum, dicam infra in titulo de \VII/ planetis capitulo “Saturnus” et de IIII^{or} elementis capitulo “terra”. Et quanta sit distancia seu quantum spacium sit in terre circuitu,
 35 tangam infra in titulo de IIII^{or} elementis in tractatu “de terra”. Et eciam videbis quantum distet luna et eciam sol a terra \videlicet in titulo de VII planetis capitulo “luna” et sequentibus capitulis. Homo est nobilissima et dignissima ceterarum creaturarum, unde

4 Isti... veritate] Ox, c. [Prologus], f. 3ra-3rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 3-4, l. 15-19, 21, 23-25, 28-30, 35-36, 38, 41, 43-45 et 47-49). 14 Primo... corporis] Ox, c. [Prologus], f. 3ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 5, l. 99). 15 de¹... anime] Ox, c. [Prologus], f. 3ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 5, l. 99). 16 deinde... planetis] Ox, c. [Prologus], f. 3ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* Prologus (p. 5, l. 99-108). 23 triplex... occidentem] Ox, c. *De homine*, f. 3vb et c. *De triplici esse*, f. 107rb-107va. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De motu celi (p. 12), c. De homine (p. 403) et c. De partibus hominis in communi (p. 404).

6 Solinus] Solinius *cod.* 7 sanctus... Augustinus] *om.* Ox 10 Phiziologus] Phizialogus *cod.* | \ac Girvasius/] *om.* Ox 14 anathomia] anathonomia *cod.* 18 \liquorum/] *om.* Ox 19 quorumlibet] cuiuslibet *cod.* 21 humani] huami *cod.* 27 secundum] *ante* secundum, *scr. et post del. et exp.* homo *cod.* Aristotilem] Aristotilem *scr. et post add. sup. l. -ti-* *cod.* 29 quanta] *ante* quanta, *scr. et post del. et exp.* quia *cod.* 35 eciam] *ante* eciam, *scr. et post exp.* ibi *cod.*

erectus incedit, quod non faciunt cetera animalia. Ydeo omnia sunt creata ut homini sint subiecta et ideo ait Ovidius: ‘Pronaque cum spectent animalia singula terram, Os homini sublime dedit deus celum terramque videre.’ Et Virgilius: ‘Celestisque illi origo est’, ut habetur et nota ff De edili. edic. l. Iustissime in principio//.

5 [Cap. 2. De partibus humani corporis.]

Partes humani corporis principaliter create sunt, ut dicit Aristotiles, et posite secundum creacionem et situm tocius mundi. Unde \homo/ Grece microcosmus quasi minor mundus dicitur. Homo de terra plasmatus est \et creatus in campo seu agro Damasceno//. Unde dicit Aristotiles: in infancia ambulat super manus, postea erigitur ad
10 pedes et in decrepita etate iterum curvatur ad terram, quia de terra sumptus est et ad terram vadit et ratio \est/ quare in infancia graditur super manus, licet fetus in ceteris animalibus, quia sanguine menstruoso nutritur in utero matris, sicut dicam infra titulo de generacione humana.

[Cap. 3. De capite.]

15 Capud hominis et eius testa, ut dicit Aristotiles, ex duro osse creatum est, in quo sunt multe cissure, maxime in viris. Una cissura est circumdans in capitibus mulierum. Inventum est capud sine cissura, quod fuit signum pregrande vite et etatis magne. Secundum etates induratur et spissatur testa. Capita infancium nondum completa sunt. Testa capitis continet tres cellulas: primam antierius, in qua formatur virtus fantastica vel
20 ymaginativa, secundam in medio capitis, in qua formatur virtus intellectualis, terciam posterius, in qua formatur virtus memorialis. Prima concipit, secunda discernit, tercia discussa custodit. Unde visum est aliquando quod homo vulneratus posterius in capite memoriam perdidit, \concordat Petrus Iacobi in titulo De statu curiarum circa principium//. Curatur capitis dolor hoc modo: Si sit ex calore solis in estate, lavetur aqua rosata et ungatur populione et sub unbra et vento sedeat fricabiliter frontem in frigidet. Si vero sit capitis dolor ex frigida causa, lavetur aqua calida diu et ungatur dialtea, galangam comedat et diu masticet. Si autem inanicionem vel labore sit dolor, comedat sepe et aqua calida lavetur, muscatus et gariofilos cotidie [f. 2r] ad nares teneat, dormiat satis. Si ex fumositatibus stomachi, tunc accipienda \sunt/ laxativa. Si ex ventositatibus,
30 comedendi sunt fructus iuniperi et anetum bene tritum. Ad purgacionem capitis, \valet edera, sicut dicam infra de natura arborum capitulo “edera”. Contra dolorem capitis, valet aneti flos, ut infra de natura herbarum capitulo “anetum” et capitulo “betonica”, vide eodem titulo capitulo “celidonia”//

[Cap. 4. De cerebro.]

35 Cerebrum frigidum \est/ naturaliter, ut dicit Galienus, et est ei contrarius dolor cordis et ut ait Aristotiles quod non potest esse membrum in aliqua complexione per se

6 Partes ...est] Ox, c. *De partibus humani corporis*, f. 4va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 1 (p. 13, l. 1-4). 8 in ...Damasceno//] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 23 (p. 146-147). 9 Unde ...vadit] Ox, c. *De partibus humani corporis*, f. 4va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 1 (p. 13, l. 4-7). 15 Capud... perdidit \concordat] Ox, c. *De capite*, f. 4va-4vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 2 (p. 13, l. 1-13). 24 Curatur ...tritum] Ox, c. *De capite*, f. 4vb-5ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 2, l. 58-65, p. 14. 35 Cerebrum...cor¹] Ox, c. *De cerebro*, f. 5ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 3, l. 1-6, p. 16.

7 microcosmus] microsmus scr. et post add. sup. l. -co- cod. 11 fetus] setus cod. 12 menstruoso] mestruoso cod. 15 duro] duo scr. et post add. sup. l. -r- cod. 16 cissure] id est scissure | cissura] id est scissura 17 cissura] id est scissura 25 populione] papulione cod. 28 gariofilos] gariofolos Ox

sine per contrarietatem alterius. Item dicit cerebrum esse oppositum cordi et est primum in generatione post cor, nam cor primo apparet in embrione, ut videbis infra hoc titulo dum tractabo de corde. Cerebrum sanguine caret et ideo non est in eo vena aliqua. Cerebrum conservativum est nature. Non habet sensum tactus. Cerebrum viri maius est
 5 cerebro mulieris. Omnibus animalibus maius habet cerebrum homo. In medio cerebri viri, ut dicit Plinius, sunt ossicula parva ipsum cerebrum circumdancia. Et, ut dicit Aristotiles, due sunt ibi tele, una forcior, que est prope testam, hec sola recipit lesionem, alia vero numquam. In medio cerebri locus profundus est et longus. Animalia que non habent cerebrum non dormiunt. Ad confortandum cerebrum valet aloen, \ut infra de
 10 natura herbarum capitulo “aloen”, vide in eodem titulo capitulo “avena” et capitulo “camamilla”//.

[Cap. 5. De capillis.]

Capilli capitis ex fumo calido et grosso nascuntur. Rarescunt autem, ubi dolor excedit naturam, cadunt eciam per abstinenciam cibi et propter infectos humores ut in
 15 leprosis, maxime viris. Sed in mulieribus et natis spadonibus numquam nec in ullo ante veneris usum, et hoc propter frigiditatem nature. Dicit Plinius quod crescunt pili per aliquos dies eciam in deffunctorum corporibus. Canicies pilorum fit ex debilitate caloris: pilos albos facit aqua calida, nigros aqua frigida. Et quid proficiat ad denigrandos capillos, dicam infra in titulo de natura arborum cum tractabo de quercu.
 20 Pili cooperti canescunt cito, nam operimentum prohibet ventum, qui prohibet putredinem et corrupcionem. Qui temperate coheunt, non calvescunt alias secus propter vim illatam veneri. Homini castrato ante pollucionem \non nascuntur pili/, sed post castrato defluunt pili preter pilos pectinis. Vir non habens pilos in pectine, non habet semen. Capillis precis in mulieribus quandoque extinguatur libido sicut in equis iuberi
 25 tonsis, de quo tango infra titulo de natura pecudum, in tractatu “equi”. Inpedit crescere capillos sanguis vespertellionis, de quo in titulo de natura avium in capitulo “de vespertilione”, \vide ibi capitulo “mergus”/. Idem dicitur de sanguine limacis, de quo vide in titulo de natura vermium capitulo “limax”, et idem de verme stelle figura, de quo ibidem capitulo “stelle figura”, \vide quod scripsi infra de liquoribus capitulo “mel” et
 30 capitulo “acetum”, et quod dicam infra capitulo “edera” de natura arborum, et de natura herbarum capitulo “capillus Veneris”, et de natura pecudum capitulo “talpa”, et de natura arborum capitulo “castaneus”, et de natura herbarum capitulo “alcanna” et capitulo “bleta” et capitulo “plantago”//.

[Cap. 6. De fronte.]

35 Frons magna significat ponderosum declinantem ad stulticiam, parva bonitatem mentis, lata parvitatem discrecionis, rotunda irracundiam.

3 Cerebrum...dormiunt] Ox, c. *De homine*, f. 4ra et c. *De cerebro*, f. 5ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 3, l. 8, 11-12, 15-21, 23 et 26-27, p. 16. 13 Capilli...frigida] Ox, c. *De homine*, f. 4ra et c. *De capillis*, f. 5rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 4, l. 1-5 et 16-17, p. 17. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat. c. De pilis* (p. 408). 20 Pili...pollucionem] Ox, c. *De homine*, f. 4ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat. c. De pilis* (p. 408). 22 post...semen] Ox, c. *De homine*, f. 4ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat. c. De pilis* (p. 408). 35 Frons...irracundiam] Ox, c. *De homine*, f. 4ra-4rb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat. c. De partibus hominis in speciali* (p. 410).

1 Item] Idem Ox 2 videbis] vide- scr. et post add. sup. l. -bis cod. 3 Cerebrum] ante Cerebrum, scr. et post del. et exp. In corde principium est duarum venarum scilicet magna et minoris cod. 5 cerebrum] celebrum cod. 9 habent] habet cod. 23 pilos?] ante pilos, scr. et post exp. non habens cod. 26 titulo] ante titulo, scr. et post exp. tractatu cod. 36 mentis] motus Ox

[Cap. 7. De sompno.]

Sompnus, ut dicit Plinius, nichil est aliud quam animi in medio sui recessus. Pueri ante tercium vel quartum annum non sompniant. Fuerunt quidam homines, ut dicit Aristotiles, qui numquam sompniaverunt et si in senectute sompniabant, accidebat eis mors vel infirmitas. Ad provocandum dormicionem valent papaver et mandragora, de quibus vide infra de natura herbarum capitulo “papaver” et capitulo “mandragora”, vide eciam infra de natura arborum capitulo “populus”. Ad vigilandum, prodest iecur capre, vide de natura pecudum capitulo “capra”, vide de natura herbarum capitulo “crocus”.//

[Cap. 8. De oculis.]

Oculi sunt pars corporis precellentissima, ut dicit Plinius. Natura census visus est ideo in cerebro, ut dicit Aristotiles, quia frigida et humida est ut cerebrum, et ex aqua consistit claritas visus. Nullum membrum frigidum et humidum est in homine nisi cerebrum et oculus. Ambobus oculis apertis una via dirigitur visus ne unus videat, quod alter non videat. Visus secundum humorem et maliciam, que in vidente est, inficit sepe subiectam materiam, ut si mulier menstruata speculum sepius inspiciat, ipsum quasi rubigine inficit. Sic eciam ex lingua et infeccione mali hominis quoniam per verba fascinator homo vel animal, sicut dicam infra capitulo “lingua” et infra de natura herbarum capitulo “feniculus”.// Magna stupefaccio abducit visum sicut in caducis morbis, quia eciam patentibus oculis non vident. Cirus Cesar habuit naturam, quod in tenebris noctis vidit velut in die. Animus in oculis apparet, ut dicit Plinius, nam in oculis iudicium mentis est. Habent enim signa oculi moderacionis anime perturbacionis, demencie, amoris et tristicie. Ex multis membranis constat oculus, medium cornea, fenestrum pupilla. Post XX^{ti} annos multis est restitutus visus. Oculus primo apparet in generacione, sed ultimo creatur. Oculus preheminiens significat malam disposicionem et indiscrecionem, oculus profundus designat defectum virtutis. Mediocris oculus laudabilis est, sed multe apercionis significat mobilem et infixum. Quid prosit oculo vide infra titulo de natura avium in tractatibus [f. 2v] “de columba” et “de turture” ac “de perdice” et in capitulo “aquila” et capitulo “accipiter”, et in titulo de natura erbarum dum tracto de feniculo et in pluribus aliis locis, et de natura arborum capitulo “thus” et capitulo “malagranata”, et de natura herbarum capitulo “licium”, ubi vide, et capitulo “canphora”, et de natura herbarum capitulo “herba lucii” et capitulo “centaurea”, et de natura pecudum capitulo “capra”, et infra capitulo “fel”, et dicto titulo de natura pecudum capitulo “lepus” et capitulo “taurus”, et de natura herbarum capitulo “affodillus” et capitulo “aloen” et capitulo “betonica” et capitulo “crocus”.//

2 Sompnus... infirmitas] Ox, c. *De sompno*, f. 5rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 5 (p. 18, l. 1-2 et 6-8). 10 Oculi... inficit] Ox, c. *De oculis*, f. 5rb-5va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 6, (p. 18-19, l. 1, 5-8 et 16-20). 18 Magna... Plinius] Ox, c. *De oculis*, f. 5va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 6, (p. 19, l. 20-22 et 25-26). 21 Habent... infixum] Ox, c. *De homine*, f. 4rb et c. *De oculis*, f. 5va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 6 (p. 19, l. 24-27, 32 et 34). Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De natura et proprietate oculorum (p. 411-412).

2 Pueri] Puei scr. et post add. sup. l. -r- cod. 10 census] id est sensus 11 cerebro] celebri cod. 13 cerebrum] celebri cod. | Ambobus] Ambus scr. et post add. sup. l. -bo- cod. 15 menstruata] mestruata cod. 18 abducit] obducit Ox 22 membranis] membratis cod. 30 capitulo²] ante capitulo, scr. et post exp. et cod. 31 et¹] ante et, scr. et post del. et capitulo thus de natura arborum cod. 34 capitulo¹] ante capitulo, scr. et post exp. de natura herbarum cod.

[Cap. 9. De pupillis.]

Pupille oculi dicuntur quasi parve. Philosophi dicunt easdem pupillas quas videmus in oculis, morituri non habent ante triduum, quibus non visis certa est desperatio.

5 [Cap. 10. De supercilis.]

Supercilia recta, quasi linea, significant molliciem; articulata usque ad conum levem subtilem et studiosum; articulata et declinata ad tempora negligentem et male dispositum. Casus pilorum in superciliis lepram in homine designat.

[Cap. 11. De palpebris.]

10 Palpebre create sunt ut claudant oculum, ne fetidum quid intret, et sunt quasi oculorum sepes; quando pili palpebrarum homini cadunt signum est lepre, sicut \de pilis superciliorum, ut in capitulo precedenti, tetigi etiam supra capitulo “capilli”, vide infra de natura pecudum capitulo “capra”//.

[Cap. 12. De aure.]

15 Auris dicitur a phizicis quasi porta mentis; est enim instrumentum sensus auditus et est in medio rotundi capitis quasi circumquaque ad audiendum. Auditus est via continua cum aere extrinseco, venas subtiles expansas habens a corde ad cerebrum. Auris in fine habet molle quid, ad quod pervenit omnis sonus et ab ipso redit ad cerebrum. Omne animal movet aures nisi homo. Prodest auri pinguedo anguille, de quo vide infra de
20 natura piscium in tractatu “anguille”, et lacrima fraxini, de quo dicam infra de natura arborum in tractatu “fraxini”. Item ossiculus virge vulpis \et eius adeps/, vide infra de natura pecudum capitulo “vulpes”. Idem dicitur de lauro, de quo infra de natura arborum in tractatu “de lauro” et etiam in pluribus aliis locis diversa remedia perquirere poteris, \ut in eodem titulo \capitulo/ “malagranata” et capitulo “sanbucus”, vide in
25 titulo arborum capitulo “amigdalus”, et de natura herbarum capitulo “centaurea”, et capitulo “amigdalus” de natura arborum, et de natura herbarum capitulo “absinthium” et capitulo “anisium” et capitulo “aristologia” et capitulo “bleta” et capitulo “cucurbita” et capitulo “cepa” et capitulo “crocus”. Valet etiam pinguedo piscis, qui vulgariter *unbra* dicitur et alias vocatur timalus, vide capitulo “genciana” de natura herbarum.//

30 [Cap. 13. De naso.]

Nasus instrumentum est odoratus. Via continua cum aere extrinseco spiritu naturali habente transitum ad venas subtiles extensas ad cerebrum. Per nasum est anelitus et via sternutatis, cum ventus multiplicatur in cerebro. Hanelitus propter necessitatem corporis fit quandoque per os et contra naturam, per nares vero convenienter et naturaliter; \vide
35 pro naribus remedia infra de natura arborum capitulo “thus” et capitulo “ciminum”//.

2 Pupille...desperatio] Ox, c. *De homine*, f. 4ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De natura et proprietate oculorum (p. 411). 6 Supercilia...dispositum] Ox, c. *De homine*, f. 4rb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De natura et proprietate oculorum (p. 411). 10 Palpebre...sepes] Ox, c. *De palpebris*, f. 5va-5vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 7 (p. 21, l. 1-3). 15 Auris...homo] Ox, c. *De auribus*, f. 5vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 8 (p. 21, l. 1-3, 5-6, 8 et 10-13). 31 Nasus...convenienter] Ox, c. [*De naso*], f. 5vb et c. *De manu*, f. 113vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 9 (p. 22, l. 1-4). Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De aure et quibusdam aliis (p. 416).

7 declinata] declina- scr. et post add. sup. l. -ta cod. 10 quasi] qua- scr. et post add. sup. l. -si cod.

[Cap. 14. De barba.]

Barba sexum virilem a femineo distinguit. Barba magna est in viris calidis, in frigidis parva. Spado barba caret. Si vir testibus videtur, cadet barba et virili privatur audacia. Barba aliquando in femina significat calorem. Et super hiis vide que dixi supra
5 in capitulo “capilli capitis” et cetera.

[Cap. 15. De labiis.]

Labia sunt a natura creata ut sint instrumentum oris et ad proferendum verba articulata, et ut sint frenum lingue. Contra fixuram labiorum vide infra de natura herbarum \capitulo “licium” et capitulo “portulaca”, et de natura avium capitulo
10 “anceres”, et de arboribus capitulo “canna”//.

[Cap. 16. De ore.]

Os instrumentum est gustus; per hoc enim omne animal suscipit nutrimentum. Inter omnia animancia homo secundum quantitatem sui corporis minimum habet os et in hoc notatur virtus parcimonie quam tenetur homo habere et virtus gustativa maxime quando
15 in palato oris consistit. Contra fetorem oris multum valet cynamomum, de quo dicam infra de natura arborum capitulo “cynamomum” \et capitulo “cubebe”, et de natura herbarum capitulo “berbena”//.

[Cap. 17. De dentibus.]

Dentes in homine sunt utiles ad dirigendum cibum, quem comminuunt et ad
20 interiora transmitunt. Dentes pre nimia soliditate sui, ut dicit Plinius, comburi non possunt cum reliquo corpore, sed illesi ab igne; tabe tamen non consumuntur. Dentes maxillares seu molares aliquando mutant incrementum; novissimi dentes, qui et gemini dicuntur, circa vicesimum annum nascuntur et multi circa octuagesimum. Canini dentes amissi non renascuntur. Masculi plures dentes habent quam femine, in homine tantum et
25 in capra. Omne animal quod serales habet dentes, haurit aquam lingua, equales habentes dentes ut bos suggendo trahit potum. Animalia multorum dencium sunt longe vite, paucorum vero brevis. Dentes facit oriri calor lactis, que quanto maior, tanto cicius oriuntur. Quorum tres sunt ordines: incisivi, canini et molares. Lac asininum prodest dentibus, de quo vide infra de natura pecudum capitulo “asinus”. Prodest eciam morus, de quo infra de natura arborum capitulo “morus”. Item folia plantani, de quo eodem
30 titulo capitulo “plantanus”, vide eciam infra de natura herbarum capitulo “allium” et de liquoribus capitulo primo, vide eciam \infra de natura arborum capitulo “cipressus”, et de natura herbarum capitulo “coloquintida” et capitulo “mellissa” et capitulo “ruta”, et de natura pecudum capitulo “equi”, et de natura vermium capitulo “lanificus”, et de
35 natura herbarum capitulo “iusquiami”, et eodem titulo capitulo “celidonia” et capitulo “diptami”//.

2 Barba¹ ... calorem] Ox, c. *De barba*, f. 5vb-6ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 10 (p. 23, l. 1-2 et 4-6). 12 Os ... consistit] Ox, c. *De ore*, f. 6ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 11 (p. 23, l. 1-5 et 10-11). 19 Dentes ... molares] Ox, c. *De dentibus*, f. 6ra-6rb et c. *De manu*, f. 114ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 12, l. 1-5, 17-19, 22-23 et 25-28, p. 23-24. Cf. Abramov, c. *De aure et quibusdam aliis* (p. 416).

14 parcimonie] *id est* parsimonie 15 Contra] *ante* Contra, *scr. et post exp. s cod.* 24 tantum] tamen *cod.* 25 serales] ferales Ox

[Cap. 18. De lingua.]

Linga est instrumentum quo vox ad loquendum verba formatur. Linga non multum spissa nec nimium lata nec nimis stricta, sed mediocris melior est, ut dicit Aristotiles, et conveniencior. In omni genere animantium, ut dicit Philosophus, est homo
 5 infinitorum desideriorum; unde oportuit, quod infinita essent verba, quibus indicarentur sua desideria. Linga aliquando motum sermonis amitit vel ex defectu virtutis motive ex cerebro veniente vel ex nervo, per quem virtus ipsa transit, constipante apostemate vel paralisi arteriarum vel alia re, vel proprio vicio in lingua, sicut complexio mala calidi vel frigidi humoris. Et sic cicius aliquando [f. 3r] perdicio lingue est ex perdita mente.
 10 Aliquando inpeditur lingua ex mala consuetudine. Aliquando muta est non ex sui vicio, sed quia non audit homo verba que discat. Gustus maxime sit in extremitate lingue. Ad motum lingue veniunt sex muscoli. Muti naturaliter sunt \surdi/, quia figura vocum non est naturalis. Sputum hominis ieiuni si serpens gustaverit, moritur, videbis infra de natura serpentum capitulo I^o. \Ex lingua hominis quandoque fascinatur alius homo vel
 15 animal propter maliciam, que est in homine loquente, cuius verba sunt infectiva. Nec mirum quia, ut reffert Gervasius, contingit in civitate Aralatensi tempore quo supervenit rex Ildefonsus Aragonum dum Provinciales armis gestarent, quod cum inter alios unus miles equum pulcherimum equitaret propter verba cuiusdam equum laudantis, statim equus interiit. Et ob hoc inolevit consuetudo inter Provinciales, ut quando laudatur
 20 homo, mulier vel animal, subiungatur verbum salutis, verbi gracia: si dicatur iste est pulcher, subiciunt “valeat”, “salvetur” vel similia. Et quod ex talibus verbis hominis mali et inficientis procedant fascinaciones, infirmitates et quandoque mortos, videtur in hoc consentire poeta dicens: ‘Nescio quis teneros verbis mihi festinat agnos’ et cetera. Sic eciam ex tactu mali hominis quandoque evanescunt preciosi liquores et gummi, de
 25 quo vide infra de natura herbarum capitulo “camphora”. Sic eciam videmus quando fiunt flebothomie quod presencia quandoque mali hominis inpedit sanguinem exire, de hiis tetigi supra \capitulo/ “oculi” et infra de natura herbarum capitulo “feniculus”. Nota eciam, secundum Girvasium, quod ebre lingua primo fuit in usu donec usque ad divisionem lingarum.//

30 [Cap. 19. De voce.]

Vox roboratur in homine quarto decimo anno, eadem in senectute debilitatur. Vox vultus formam habet, quia diversificatur in homine sicut facies.

[Cap. 20. De vulva.]

Vulva in palato oris est, quam phizici folium dicunt. Hec convenit ad vocem
 35 formandam, ut dicit Aristotiles, dummodo non excedat debitam quantitatem. Hec quandoque tumens suffocat vel multum gravat.

[Cap. 21. De epileto.]

Epiletus est instrumentum in modum folii imule [?] et est prope radicem lingue et duo instrumenta cooperit alternatim ysophagum \per quem/ nutrimentum recipimus et

2 Linga¹...moritur] Ox, c. *De lingua*, f. 6rb-6va et c. *De manu*, f. 113vb-114ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 13, l. 1-2, 4-7, et 11-19, p. 25. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De aure et quibusdam aliis (p. 416). 14 lingua] GERV. TILB., *Otia imp.* (p. 714-715). 31 Vox¹...facies] Ox, c. *De voce*, f. 6va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 14 (p. 26, l. 5-7). 34 Vulva...gravat] Ox, c. *De uvula*, f. 6va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 15 (p. 26, l. 1-3). 38 Epiletus...posset] Ox, c. *De epiloco*, f. 6vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 16 (p. 26, l. 1-6).

7 cerebro] cerebro *cod.* 17 armis] ante armis, *scr. et post exp.* cum *cod.* 34 Vulva] Uvula Ox 38 Epiletus] Epilocus Ox | imule] uvule Ox

cannam per quem spiritum haurimus, quia dum ysophagum claudit, canna aperitur; alias autem aperire non posset.

[Cap. 22. De canna.]

Canna instrumentum est quo spiritum haurimus et emitimus. Hec a radice lingue
 5 ducitur usque ad pulmonem. Hanc cooperit epiletus in parte superiori, ut non cadat
 quidquam cibi et sic aliquando, cum cadit, est aliquid tucis in gutture sic tam diu donec
 eiciatur. Si autem ibi multum maneat mortem, eciam aliquando subeunt homines vel
 egritudinem cronicam. Remedium \est/ cum hoc alicui accidit, statim a iuxta sedente in
 10 colli medio valide percuciat. Canna inferius dividitur in duos ramos, quod patet in
 volatilibus.

[Cap. 23. De gutture.]

Gutur inest homini tantum et in suibus et avibus. In gutture formantur voces, in
 cuius suprema parte articulantur ad verba. Gutur os habet in medio perforatum, quo
 capud collo iungitur. Hic aliquando in viris sub mento raro in feminis. Gutur
 15 cartilagosum est nodosos habens gradus, per quos articulatur vox ad verba formanda
 tonos et notulas. Recipit eciam aereos spiritus, qui vitalem animam mitunt.

[Cap. 24. De collo.]

Collum ex cartilaginosa carne creatum est. Interius multitudo venarum in collo est,
 per quas a corpore usque ad sensuum officia animus effundatur. Homines habentes
 20 venas graciles in collo libenter dormiunt.

[Cap. 25. De humeris.]

Humeros habet homo ceteris animalibus respectu corporis maiores quasi ad
 portandum et sustinendum onus. Hiis sunt ossa lata sedis scapule.

[Cap. 26. De brachiis.]

25 Brachia ad instrumentum laboris homini creata sunt. Inter omnia animalia habet
 homo brachia ad interius flexa.

[Cap. 27. De musculis.]

Musculi in homine tantum sunt sex secundum philosophos: duo in manibus, duo in
 brachiis et duo in tibiis. Musculi brachiorum sunt iuxta cubitum. Flexure brachii non
 30 recipiunt vulnera quod, si recipiant, indubitata mors sequitur; sed abscisiones brachiorum
 vitam sustinent. Idem de aliis musculis qui vitam sustinent, ut quidam dicunt.

4 Canna...volatilibus] Ox, c. [De canna], f. 6vb-7ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 17 (p. 26-27, l. 1-9). 12 Gutur...mitunt] Ox, c. *De gutture*, f. 7ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 18 (p. 27, l. 1-8). 18 Collum...dormiunt] Ox, c. *De collo*, f. 7ra et c. *De manu*, f. 114ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 19, l. 1-3, p. 27. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De aure et quibusdam aliis (p. 419). 22 Humeros...scapule] Ox, c. *De humeris*, f. 7ra-7rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 20 (p. 28, l. 1-4). 25 Brachia...flexa] Ox, c. *De brachiis*, f. 7rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 21 (p. 28, l. 1-2 et 6). 28 Musculi...dicunt] Ox, c. *De musculis*, f. 7rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 22 (p. 28-29, l. 1-2 et 7-10).

4 haurimus] ante haurimus, scr. et post del. et exp. auri cod. 5 epiletus] epilocus Ox 6 sic¹] fit Ox tucis] id est tussis | sic²] fit Ox 14 in¹] sub cod. 16 mitunt] nutriunt Ox 19 sensuum] ad quinque sensuum Ox 23 sedis] sedes Ox 26 interius] anterius Ox 30 abscisiones] id est abscisiones 31 sustinent²] substinent scr. et post exp. -b- cod.

[Cap. 28. De manu.]

Manus dicitur quasi totius corporis munus et sunt manus date homini, ut dicit Aristoteles, loco anteriorum pedum, quia cum homo maioris sit intellectus et ingenii ceteris animalibus, ideo data est ei manus maius, instrumentum multis operationibus et
 5 mocionibus.

[Cap. 29. De digitis.]

Digitus manui inserti sunt, ut habilitetur manus ad actum longiorem; pollex est equalis virtuti omnium digitorum, et sunt numero quinque videlicet pollex, index, medius, medicus, auricularis, de quo Insti. De publicis iudiciis § fi..

[Cap. 30. De unguibus.]

Ungues cooperiunt extremitates manuum et pedum. Si digitus membrum amputaveris, unguem tamen in summitate refundet. Ungues in morte mutant colorem et in quibusque infirmitatibus. Aves habentes ungues aduncos, acuciores sunt visu et alcius volant; non bibunt aquam, quia comedunt satis humida.

[Cap. 31. De osse.]

Os primum est membrorum, ut dicit Galienus in Anathomia humani corporis, durum et fundamentum et motuum sustentaculum corporis et fulcimentum carnis fragilis. Ossa masculorum forciora sunt ossibus feminarum nisi tamen in genere Amazonarum, quia mulieres illius nationis forciores sunt viris, ut scribit Iacobus
 20 Aconensis et in Orientali historia, et sunt christiane et validissime pugnant cum Sarracenis. Non est diu quod regina huius gentis [f. 3v] veniens ab oriente se servicio templi et sepulcro Domini mancipavit; de hac natione gencium videbis infra in titulo de monstruosis hominibus capitulo primo. Contra fracturas ossium valet serpillum \de quo infra capitulo “serpillum” de natura herbarum et capitulo “centaurea” et capitulo
 25 “aloe”//.

[Cap. 32. De medulla.]

Medulla, ut dicit Galienus, est superfluitas sanguinis in ossium concavitatibus habitans et est iuvamentum ossium, ut ipsa fomentet et humectet et ut ipsa mollificet, ne frangantur motu. In animalibus desiccat, arefacit ossa nimium. Medulla in iuvenibus
 30 rubet, in senibus albet. Aquatilia medula carent. Frigida animalia medulam habent, calida paucam. Leo nullam habet, quia consumitur in ipso nimio calore. Medulla caret sensu.

2 Manus...mocionibus] Ox, c. *De manibus*, f. 7rb et c. *De manu*, f. 113vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.* 1, 23, l. 1-6, p. 29. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De aure et quibusdam aliis (p. 415).
 7 Digiti...digitorum] Ox, c. *De g digitis* [!], f. 7rb-7va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 24, l. 1, 3 et 5, p. 30. 11 Ungues...humida] Ox, c. *De unguibus*, f. 7va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 25, l. 1-6 et 9-11, p. 30. 16 Os...Amazonarum] Ox, c. *De ossibus*, f. 7va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 26, l. 1-5 et 15-16, p. 30-31. 19 forciores...mancipavit] Ox, c. *De ossibus*, f. 7va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 26, l. 17-21, p. 31. 27 Medulla...calore] Ox, c. *De medulla*, f. 7va-7vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 27, l. 1-2 et 9-16, p. 31-32.

5 mocionibus] monicionibus *cod.* 7 longiorem] longior Ox 8 virtuti] virtutis *cod.* 11 digiti] digitto Ox
 12 amputaveris] id est amputaveris 13 quibusque] quibusdam Ox 17 motuum] motivum *cod.*
 19 Amazonarum] Amazonorum *cod.* 20 Aconensis] Anconensis *cod.* | et¹] *om.* Ox 29 motu] motus Ox

[Cap. 33. De cartilagine.]

Cartilago, ut dicit Galienus, ad flectendum habilis est, propinqua creacioni ossis, ut dicit Aristotiles, et iuvat corpus, ut facilius fiat commocio in pelliculis et in carnibus. Si enim molle duro iungeretur absque medio, accideret passio vehemens in percussione,

[Cap. 34. De venis.]

Vene canales sunt, per quas sanguis per omnem compaginem corporis deffertur. Harum sunt due principales, ut dicit Aristotiles, que a corde procedunt, una magna, alia minor ex hiis dirivantur alie vene minores et procedunt per ramos et diferencias suas.

Hee directe venarum vias transmitunt ad cerebrum, et ex hiis ad nares, ad oculos, ad aures et ad palatum, ut gustet. Hinc, ut dicit Galienus, ad omne membrum instrumentale veniunt due vene pulsatiles, que superficialiter in quibusdam sentiuntur membris, ut in iuncturis manuum et tymporibus. Hee valitudinem corporis ac debilitatem et calorem indicant. Alie vene que non sunt pulsatiles deferunt duo genera sanguinis, videlicet subtilis qui membra irrigat et per venas minutissimas dirivatur in membra, alter sanguis grossus retinetur in venis. Ascendunt vene per stistolodium pectoris medium usque ad verticem. A vertice descendunt per brachia, una que a capite procedit et hec cephalatica dicitur. Alia ab epate procedit et hec basilica dicitur, id est fundamentalis. Alia a corde et hec media est inter illas duas et mediana dicitur vel cronica. Inde a principalibus venis cordis vene diriguntur ad renes, de renibus ad virgam, ut concupiscencia cordis transmitatur et ibi, augmentato calore, luxuriatur in virga. Nota quod omnes vene corporis communicant venis virge et deinde fit, ut proles similitudinem omnium membrorum recipiat. A venis cordis, vene ad crura et pedes similiter descendunt, ut nuncietur pedibus, quod moveantur ad id quo sumus gressuri.

[Cap. 35. De nervo.]

Nervis ossa ad invicem coniunguntur. Nervis non inest sanguis sicut venis. Vene coniunguntur post abscisionem. Nervi non consolidantur incisi nec eis precisis est dolor, licet de vulnere sit dolor, ut dicit Plinius. Nervi humore debito destituti maximo cruciatu hominis contrahuntur; pro nervis gutosis et confortacione eorum, vide infra de natura pecudum capitulo “murilegus” et de natura herbarum capitulo “camamilla”//.

[Cap. 36. De arteriis.]

Arterie sunt organa in longitudinem nervorum extensa. Ad hoc composite sunt, ut dicit Galienus, ut per ipsas evertatur cor a suis fumis et respiret calor naturalis et spiritus distribuatur membris, ut vivificacionem suscipiant per spiritum. Arterie sunt inter nervos lacertum et sunt semite spiritus. Plinius: hiis inmutant vene arteriarum. Pulsus in cacumen membrorum evidens est. Aves nec venas habent nec arterias.

2 Cartilago...striccione] Ox, c. *De cartilagine*, f. 7vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 28, l. 1-2 et 8-11, p. 32. 7 Vene...gressuri] Ox, c. *De venis*, f. 7vb-8rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 35, l. 1-2, 4-5, 7-30, p. 39. 26 Nervis¹...contrahuntur] Ox, c. *De nervis*, f. 8rb-8va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 36, l. 1, 6-8, 17-18 et 21-22, p. 40. 32 Arterie...arterias] Ox, c. *De artariis*, f. 8va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 37, l. 1-8 et 12, p. 41.

9 minor] maior Ox | dirivantur] derivantur Ox 12 sentiuntur] sentiunt Ox 14 sanguinis] ante sanguinis, scr. et post del. per quem cod. 15 dirivatur] derivantur Ox 16 stistolodium] sistolosum Ox 17 cephalatica] cephalica Ox 24 ad...sumus] animus Ox 27 abscisionem] id est abscisionem 28 cruciatu] cruciatu cod. 35 inmutant] innatant Ox

[Cap. 37. De cordis corporis humani.]

Corde corporis humani, ut dicit Galienus, a musculis ducunt originem et tendunt ad membra mobilia, que et quandoque retrahuntur, quandoque nimis relaxantur, unde nascitur dolor homini.

5 [Cap. 38. De membranis.]

Membrane humorem recipiunt, quo interiora irrigant extra hominis, separantur membranis. Omnia viscera membranis quasi vaginis recluduntur.

[Cap. 39. De carne.]

10 Caro in homine, ut dicit Galienus, inplet rimas, convertit ramos, que in diversis membris diversi coloris reperiuntur: rosea in pulmone, in corde, purpurea in epate, nigra in splene. Membra quedam albificant aquas, convertuntur quasi mamille lac, semen vel ova.

[Cap. 40. De corio.]

15 Corium vel cutis diversificatur, ut dicit Galienus, in raritate et spicitudine. Ubi magis est rara et pilosa, magis est aspera et ubi magis spissa, magis lenis et plana. Siccior magis est aspera, humida magis est mollis. Prope inhabitabiles mundi partes [f. 4r] sunt homines nigra cute, sed si illa sit naturalis vel accidentalis a calore solis, qui ibi plus fervet, prudencioribus excuciendum relinquo. Omnes autem de uno patre Adam nati sumus et unde illa nigredo sit ignoras. Ad tollendum maculas de corio vel cute
20 hominis prodest oleum lauri cum melle, de quo vide infra de natura arborum capitulo "laurus". Et aqua \vel pulvis/ herbe serpentarie, ut infra in titulo de natura herbarum capitulo "serpentaria" et os sepie, infra de natura piscium capitulo "sepia". Valet etiam ad idem argentum vivum eo modo quo dicitur infra in titulo de metallis capitulo "argentum". Vide infra de natura herbarum capitulo "licium" et capitulo "cucumer
25 agrestis et capitulo "camphora, et de natura vermium capitulo "apes, et de natura herbarum capitulo "lilium, et de natura arborum capitulo "citrus, et de natura belluarum capitulo "cocodrillus", et de natura arborum capitulo "amigdalus", et de natura herbarum capitulo "anisium" et capitulo "allium" et capitulo "alcanna" et capitulo "avena" et capitulo "bleta" et capitulo "camamilla", et de natura avium capitulo
30 "columbus".//

[Cap. 41. De dorso.]

Dorsum protenditur a collo usque ad exitum superfluitatum. Spina que continuat dorsum ex multis ossibus constat, que recipiunt utriusque lateris costas. Iunctura sibi connexa per medium ipsorum, nuca descendit verticis.

2 Corde...homini] Ox, c. *De cordis*, f. 8va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 38, l. 1-5, p. 41.
6 Membrane...recluduntur] Ox, c. *De membranis*, f. 8va-8vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 40, l. 1-2 et 4-6, p. 42. 9 Caro...ova] Ox, c. *De carne*, f. 8vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 41, l. 1, 6-11, p. 42. 14 Corium...ignoras] Ox, c. *De corio*, f. 8vb-9ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 42, l. 1, 5-9, 11et 13-15, p. 47. 32 Dorsum...verticis] Ox, c. *De dorso*, f. 9ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 43, l. 1-7, p. 47.

3 mobilia] mollia Ox 10 pulmone in] pulmone rubicunda in LDNR 14 spicitudine] id est spissitudine
16 inhabitabiles] inhabitaes scr. et post add. sup. l. -bi- cod. 22 et] ante et, scr. et post exp. -ria cod.
24 cucumer] cumer cod.

[Cap. 42. De nuca.]

Nuca non est medula, ut quidam putabant, teste Aristotile. Descendit per spinam, ut dicit Galienus, a cerebro sencificans et movens membra capitis sequencia, que dicuntur simplicia membra, in quorum unoquoque sunt virtutes due: motiva scilicet de loco ad locum, et maturativa seu digestiva. Motivam dividunt in tria: appetitivam que trahit rem necessariam ad locum, expulsivam que expellit non necessaria a loco, retentivam que retinet necessaria. De nuca hominis mortui dicitur quandoque serpentem procreari, sicut tetigi infra de natura serpentum capitulo secundo.

[Cap. 43. De pectore.]

Pectus hominis est pars delicacior, que minus potest sustinere absque detrimento sui laborem, tum quia cor in eo iacet, tum quia spiritualia materna quodammodo sedere in eo habent. In medio pectoris os amplum et latum est ac fistule ossium, cui coste innectuntur et nervi. Sub quo etiam vene principales oriuntur et ramificant ad membra diversa. Homo est lati pectoris, ut dicit Aristotiles. Ergo tu, homo, extende pectus tuum, id est animam, fideliter amplifica ut eam Christus inhabitet: \Contra viciu[m] pectoris, vide infra de natura herbarum capitulo “anetum” et capitulo “alleum”.

[Cap. 44. De mamillis.]

Mamille procreantur ex molli carne et vacua, que sunt instrumenta lactis in feminis, ut dicit Aristotiles. Lac est humiditas separata in mamillis post inpregnationem. Lac mulierum nigrarum melius est quam albarum et e contrario in capris. Lac et semen ex uno fonte dirivantur, ut dicit Beda, et phizici dicunt quandoque concipi in masculis lac. Mamme sunt virginum ubera parientium ab ubertate dicta. Mulieres pariture masculum habent mamillam dextram grossiorem, sed pariture femellam habent sinistram grossiorem et hoc quando puer incipit moveri in utero, ut dicit Aristotiles. Lac est sanguis bis coctus. De lacte, plura alia dicuntur infra in titulo de liquoribus capitulo “lac”. \Ad augmentationem lactis, vide infra de natura herbarum capitulo “anisium” et capitulo “cyminum”. Ad tollendum incrementum mamillarum, vide infra de natura avium capitulo “vespertilio”.

[Cap. 45. De corde.]

Cor principium est vite, ut dicit Aristotiles. Et est principium omnis motus et sensus. Natura collocavit cor in medio corpore quasi nobilius nobiliori loco. Cor primo apparet in embrione creato. In corde principium est duarum venarum, scilicet magne et minoris sicut dixi supra in capitulo “vene”, et primus est locus sanguinis nec recipit sanguinem, sed distribuit. Non est locus in quo maneat sanguis fixus nisi in corde. Tres habet ventriculos cor; dexter ventriculus parvus est, medius mediocris, sinister exiguus. Cor suppositum est pulmoni, quia pulmo mollis est ideoque flabellum efficitur cordis,

2 Nuca...necessaria] Ox, c. *De nucha*, f. 9ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 44, l. 1-2, 4 et 6-12, p. 47-48. 10 Pectus...inhabitetur] Ox, c. *De pectore*, f. 9ra-9rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 45, l. 1-6 et 8-10, p. 48. 18 Mamille...ubertate] Ox, c. *De mamillis*, f. 9rb-9va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 46, l. 1-3, 23-24 [!] et 26-28 [!], p. 48-49. 25 Lac...coctus] Ox, c. *De manu*, f. 114va. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat. c. De humoribus corporis et primo de sanguine* (p. 420). 30 Cor...creato] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 47, l. 1-2, 8-9 et 12-13, p. 49. | Cor...minoris] Ox, c. *De corde*, f. 9va. 33 et...iacincti] Ox, c. *De corde*, f. 9va-10rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 47, l. 16-22, 24-29, 32-33, 37-45, 47-52, 55-68, 70-72 et 81-86, p. 49-51.

3 sencificans] *id est* sencificans 5 maturativa] *naturativa cod.* 6 locum...non] *locum expulsivam que expellit ad locum seu expulsivam que expellit non cod.* 12 os] *eis cod.* 21 fonte] *fomite cod.* 34 fixus] *ante fixus, scr. et post exp. nisi cod.*

ne cor excessu \caloris/ consumatur. In omnibus animalibus positum est cor in medio pectoris nisi in homine, in quo declinat ad sinistrum latus, ut equalis fiat calor, alias pars sinistra frigidior esset dextra. Pars acuta cordis versa est ad interius. Dextra eius declinat ad pulmonem. Sinistra eius aplicatur vene maiori et intestino mediocri. Quoddam \cor/ in hominibus est magnum, quoddam durum, quoddam molle. Corda animalium sensu carencium sunt dura. Animal habens durum cor ipsius corporis est timidum. Habens autem mediocre, audax est et hec est ratio, quia calor cordis non potest implere magnum et diffusum corpus tam bene sicut mediocre, propter hoc manet frigidum quod causa est timoris. Exemplum est: modicus ignis non potest ita calefacere magnam domum sicut parvam. Cor inter omnia \menbra/ non potest pati dolorem nec infirmitatem, quia corrupto principio necessario, corrumpuntur cetera que per ipsum sunt et virtutem ab ipso recipiunt. Et signum huiusmodi est, \quia// in mortuis corporibus numquam dolor nec infirmitas apparuit in corde, quia cor non expectat ut corrumpatur, ymo corrupcione imminente mors preambulat et cor eripitur a lesura. Plinius dicit quod cremari non possunt illorum corda, qui cardiaco morbo obierunt et qui veneno perierunt. Unde Vitello probavit Pistorem Germanicum Cesarem mortuum cardiaca infirmitate non sua tossicacione. Corde hirssuto aliquando inventi sunt homines, ut dicit Plinius, [f. 4v] et hos esse forciores. Usque ad quinquaginta annos crescere cor ad pondus duarum dragmarum singulis annis putabant Egyptii, deinceps tantum decrescere usque ad centesimum annum. A gutture est radix, qua cor dependet pro fundamento, habet cartilaginem. Ab elevacione eius veniunt boni mores \et audacia/. A depressione tristitia, avaricia et timor, quia virtutes sive vicia operatur situs cordis. Cor positum est, ut dicit Galienus, in panniculo vel pannicula spissa et solida valde, ut sit cordi clipeus et tutamen. Dissolutio vel revolutio cordis confortatur substanciis lapideis sicut sunt coralhi, margarite, iacincti \de quibus dicam infra de natura lapidum; valet etiam lapilli asini, de quibus infra de natura pecudum capitulo “asinus”. Item etiam os de corde cervi, ut infra eodem titulo capitulo “cervus” et lapides canceris, vide infra de natura piscium capitulo “cancer” et de natura herbarum capitulo “crocus”.

[Cap. 46. De sanguine.]

Sanguis primo creatur in corde. Sanguis caret sensu sicut medula, ut dixi supra capitulo “medula” et sicut cerebrum, de quo supra capitulo “cerebrum”. Sanguis est dulcis gustu. Homo bone dispositionis non est multi sanguinis. Homo plus habet sanguinis quam aliquod aliud animal. Omne sanguineum corpus cito putrescit: primo fit virus, deinde sanies. Quando augmentatur pinguedo, decrescit sanguis. Fons sanguinis est in corde et inde distribuitur per venas ad cetera membra, dixi supra capitulo “cor.” \Dicam aliqua circa sanguinem infra capitulo “epar” et capitulo “pulmo”. Ad augmentum sanguinis, valet fructus pini, dicam infra capitulo “pinus de natura arborum, contra fluxum, vide infra de natura pecudum capitulo “lepus”.

30 Sanguis¹...medula] Ox, c. *De manu*, f. 114ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De humoribus corporis et primo de sanguine, p. 419. 31 et...cerebrum¹] Ox, c. *De manu*, f. 114ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De humoribus corporis et primo de sanguine, p. 419. | Sanguis...sanguis] Ox, c. *De manu*, f. 114ra-114rb. Cf. Abramov, c. De humoribus corporis et primo de sanguine, p. 419.

3 interius] antierius Ox 4 mediocri] mediiocri *scr. et post exp. -i- cod.* 5 magnum quoddam] magnum quoddam parvum quoddam Ox | quoddam²] quod- *scr. et post add. sup. l. -dam cod.* 15 cardiaco] cordiaco *cod.* | perierunt] ante perierunt, *scr. et post del. et exp. obierunt cod.* 16 Vitello] Vitellio Ox Pistorem] Pisocoram Ox | cardiaca] cordiaca *cod.* 19 decrescere] decescere *scr. et post add. sup. l. -r-cod.* 23 pannicula] pellicula Ox 24 revolutio] remollitio Ox 33 corpus] corporis *cod.* | putrescit] ante putrescit, *scr. et post del. et exp. prut cod.*

[Cap. 47. De epate.]

Epar ex parte dextra est. Est autem epar dulce, in eo natura est lenitatis et benigne dispositionis. Homo epar rotundum habet sicut taurus; in dextro latere iacet, ut dicit Clemens, ad efficaciam digestionis ciborum atque in sanguinem mutandorum, et ministratur eius opere sanguis omnibus membris.

[Cap. 48. De felle.]

Fel epati oppositum est. Fel est calidum et siccum et igneum, et est domus caloris nature, ut dicit Galienus, et est anexum epati, adiuvans epar super decoctione cibi. Tamen ex accidentibus eius proveniunt instancia, furor, et acumen sensus, sublimitas, sollertia, audacia, elacio, desiderium coitus, memoria, velocitas responsionis. Et totum corpus consequitur ex felle calorem et siccitatem. Aliqui homines sunt, ut dicit Plinius, qui felle carent; quorum valitudo firma est et vita longa. Quidam habent, ut dicit Aristotiles, fel positum super epar, hii crudeliores sunt propter vicinitatem fellis. Alii sunt qui a remotis fel habent positum, hii miciores sunt. Tamen consuetudo in homine facit alterare naturam, ut quidam philosophus asserebat dicens \cuidam/: nullum vidi secundum dispositionem nature crudeliorem te, et nullum vidi secundum excercitationem virtutum in moribus benigniorem, et nullum vidi peius dispositum ad sapienciam, et nullum vidi per assiduitatem studendi perspicaciorem. Per hoc patet quod consuetudo est altera natura. Socrates semper eiusdem vultus numquam tristior, numquam ylarior apparuit. Omne animal carens felle diu vivit, ut elephas et cervus, ut dicit Aristotiles. Fel hominis quam plurimum prodest oculis et est adhuc valde medicinale \et fere ad idem valet fel porci licet non intantum operetur, dicam infra de natura pecudum capitulo “aper”//.

[Cap. 49. De pulmone.]

Pulmo est instrumentum motus qui est in corde, ut dicit Aristotiles, spiraminis officia, atrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ut dicit Plinius. Pulmo atrahendo ampliatur, amittendo minoratur. Omne animal quod ambulat et trahit aerem, habet pulmonem ad refrigeracionem caloris, qui est circa cor et ideo dicitur flabellum cordis, ut dixi supra in capitulo “cor”. Multitudo sanguinis est signum et causa caloris. Homo habet plus sanguinis secundum quantitatem sui corporis quam aliud animal, sicut dixi supra in capitulo “sanguis”, et ideo plurius caloris, sed calor rectificat corpus animalium, propter hoc homo fit erecti corporis, quia plurius caloris propter habundanciam sanguinis, qui in eo creat calorem, que est ignee virtutis et ignis semper ascendit, et ideo fit homo erectus ad celum. Omne animal carens pulmone caret voce, ut dicit Aristotiles, sed non convertitur. Quanto pulmo minor, tanto maior velocitas corporis, ut dicit Plinius. Homo parum habens de sanguine cito senescit, dicam infra \de VII etatibus hominum capitulo “quinta etas”//.

2 Epar...membris] Ox, c. *De epate*, f. 10rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 48, l. 1 et 3-7, p. 51.
7 Fel¹...Aristotiles] Ox, c. *De felle*, f. 10rb-10vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 49, l. 1-3, 5-14, 16-22 et 24-25, p. 52-53. 25 Pulmo...cor] Ox, c. *De pulmone*, f. 10vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 50, l. 1-6, p. 53. 29 Multitudo...corporis] Ox, c. *De pulmone*, f. 10vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 50, l. 14-17, p. 53. 31 et...Plinius] Ox, c. *De pulmone*, f. 10vb-11ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 50, l. 15-18 et 25-26, p. 53-54.

9 sublimitas] subtilitas Ox 12 valitudo] valido scr. et post add. sup. l. -tu- cod. 27 ampliatur] applicatur Ox | amittendo] emittendo Ox 31 plurius] plu- scr. et post add. sup. l. -ris cod. | corpus] copus scr. et post add. sup. l. -r- cod. 32 plurius] plus scr. et post add. sup. l. -ri- cod. 35 tanto] tato cod.

[Cap. 50. De splene.]

Splen, ut dicit Aristotiles, trahit ad se et purgat quodammodo sordes sanguinis. Splen plerumque dolet et gravat hominem. Remedium est ut sinistre manus aut brachii vena minuatur. Thamaridi fructus sumantur. Horum decoccio valet contra opilacionem
 5 splenis et epatis. Sedes melancolie, ut dicit Galienus, in splene est et dominatur in visu, et per eam accidit taciturnitas, fletus, tarditas, timor, et sollicitudo, pusillanimitas. Splen impedimentum est cursus, ut dicit Plinius; unde vena splenis cursoribus minuitur. Splene exempto parvulum vivere animal dicunt quidam, sed risus amititur. Et intemperanciam constare ex eius magnitudine. Contra melancoliam valet fructus iuniperi, de quo dicam
 10 infra de natura arborum capitulo “iuniperus”. Prosunt eciam testudines, de quo infra de natura vermium capitulo “testudo”.

[Cap. 51. De ventre.]

Venter est quasi saccus, in quo interiora cuncta dependent. Omne animal habens sanguinem et IIII^{or} pedes, habet quatuor ventres, ut dicit Aristotiles: venter primus
 15 recipit cibum crudum, secundus recipit digestum, tercius receptum in meliorem locum reponit et deducit, quartus emitit [f. 5r] cibum. Aves unum exitum habent per quem eiciunt humidum et siccum pariter temperatum. Homo similis est cani in ventre, similis \porco/ in inferiori. Insaciabilia sunt animalia quibus recto intestino transit cibus in ventrem, ut sunt lupi, et quedam aves ut mergi et pellicani. Quid solvat vel restringat ventrem \et quid ei prosit, vide infra de natura pecudum capitulo “erinacius” et capitulo
 20 “mus”, et de natura arborum capitulo “sorbus”//.

[Cap. 52. De costis.]

Costas habet homo octo in utrisque lateribus et aliquis reperitur habere decem. Habet autem homo eas ad custodiam interiorum et proteccionem. Animalia cornigera
 25 XIII costas habent, serpentes triginta.

[Cap. 53. De intestina.]

Intestina, ut dicit Clemens, ideo longis nexibus circulatorum ordinata sunt, ut susceptas digestiones ciborum paulatim egerentur, quod neque ad subitam ianuam afferantur. Loca, ut hii, qui superadditi \sunt/, non inpediantur cibi. A stomaco descendit
 30 intestinum parvum, strictum, longum et macilentum, et vocatur ieiumum, et semper ieiunat a corpulenciis ciborum; solum enim humorem trahit a stomaco: ex isto procedunt quinque vene et vocantur misamitte, quia compaciuntur omnibus membris et protenduntur usque ad epar, trahentes humorem de intestino predicto. \Ad sanandum intestina, valet lapis boracis, de quo dicam infra de natura vermium capitulo “borax” et

2 Splen...magnitudine] Ox, c. *De splene*, f. 11ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 51, l. 1-6 et 8-13, p. 54. 13 Venter...pellicani] Ox, c. *De ventre*, f. 11ra-11rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 52, l. 1-5, 13 et 15-20, p. 54-55. 23 Costas...triginta] Ox, c. *De costis*, f. 11rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 53, l. 1-6, p. 60. 27 Intestina...predicto] Ox, c. *De intestinis*, f. 11rb-11va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 54, l. 1, 3-5 et 8-16, p. 61.

3 Remedium] ante Remedium, scr. et post exp. ut cod. 4 Thamaridi] Thamarindi Ox 5 Sedes] Splen quid operetur add. in marg. alia recentior manus cod. | melancolie] malancolie cod. 6 sollicitudo] sollitudo scr. et post add. sup. l. -ci- cod. 8 parvulum] per vulnus Ox 9 Contra melancoliam] contra malencoliam add. in marg. alia recentior manus cod. | melancoliam] malencoliam cod. 11 testudo] post testudo, add. alia recentior manus capitulo ciclamen de natura herbarum cod. 17 eiciunt] eciunt scr. et post add. sup. l. -i- cod. | temperatum] temperamentum Ox 24 interiorum] internorum Ox 29 afferantur] efferantur Ox 32 misamitte] misarayce Ox

de natura lapidum capitulo “borax”, et de natura herbarum capitulo “anisium” et capitulo “cyminum”.

[Cap. 54. De stomaco.]

Stomachus est menbrum convenientissimum humano corpori. Cibos receptos
 5 decoquit et deducit. Villos habet in modum lane brevis intrinsecus, ut cibi recepti eorum
 caloribus foveantur. Et si esset sine villis, raso stomaco cibi indigesti liberarentur. Car-
 \nes erinacii comeste stomacum confortant, ut infra de natura pecudum capitulo
 “erinacius” et de natura piscium capitulo “nacra”. Ad purgacionem stomachi, vide infra
 de natura herbarum capitulo “aloen” et \capitulo/ “calamentum”, et de natura avium
 10 capitulo “mergus” et capitulo “ostrucius”.

[Cap. 55. isophago.]

Isophagus est os sterti, ut dicit Aristotiles, et transit a radice lingue et vadit per
 parietem lingue interius usque ad os stomachi. Per hunc ergo recipit homo cibum et
 potum, et deducuntur ad stomacum.

15 [Cap. 56. De umbilico.]

Umbilicus est membrum per quod dependet puer in utero matris et cibum sibi
 atrahit in nutrimentum sui. Neque enim per os atrahit sanguinis lircum, sed per
 umbilicum de visceribus matris.

[Cap. 57. De adipe.]

20 Adeps est circa membra naturaliter frigida, que indigent calore nimio propter
 nimiam humiditatem, que solet in eis dominari, sicut circa renes.

[Cap. 58. De vesica.]

Vesica dependet a renibus \usque/ ad radicem virge, ut dicit Aristotiles, que
 decoctas humiditates intestinorum recipit. Omne volatile vesica caret et ideo non urinat.
 25 \Ad provocandum urinam, vide infra de natura pecudum capitulo “coniculus”, et de
 natura arborum capitulo “cerasus” et capitulo “amigdalus”. Ad restringendum urinam,
 vide infra de natura pecudum capitulo “capra”. Contra lapidem, vide infra de natura
 pecudum capitulo “cervus”, et de natura herbarum capitulo “raphanum” et capitulo
 “radix”; vide ulterius infra de natura pecudum capitulo “erinacius” et capitulo “taurus”
 30 in fine, et de natura vermium capitulo “cimex”, et de natura herbarum capitulo
 “anetum” et capitulo “apium” et capitulo “petrosillum” et capitulo “abrotanum” et
 capitulo “cininum” et capitulo “speragus”.

4 Stomachus...liberarentur] Ox, c. *De stomacho*, f. 11va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 55, l. 1-6, p. 61. 12 Isophagus...stomacum] Ox, c. *De ysophago*, f. 11va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 56, l. 1-4, p. 63. 16 Umbilicus...matris] Ox, c. *De umbilico*, f. 11va-11vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 57, l. 1-4, p. 63. 20 Adeps...renes] Ox, c. *De adipe*, f. 11vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 58, l. 1 et 6-8, p. 63. 23 Vesica...urinatur] Ox, c. *De vesica*, f. 11vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 59, l. 1-5 et 8, p. 63.

6 indigesti] ingesti *scr. et post add. sup. l. -di- cod.* | liberarentur] laberentur Ox 9 avium] ante avium, *scr. et post del. et exp.* piscium capitulo *cod.* 17 lircum] alimentum Ox 23 radicem] ante radicem, *scr. et post exp. a cod.* 30 herbarum] herba *cod.*

[Cap. 59. De virga et matrice.]

Virge radices sunt a renibus pendentes. Ex cartilagine et carne est virga. Cartilago apparet in libidine, quia tumescit, tunc commoto vitali spiritu ex concupiscencia
 5 mediantibus cogitationibus, ex ymaginatione rerum delectancium commovetur, et
 quandoque ex solis humoribus superfluis vel ex motibus insentivis vel ex assumptione
 nimia cibi et potus. Matrix est genitale membrum in feminis. Situs matricis est
 intestinum. Radix eius ex umbilico est, sicut virge a renibus. In ea concurrunt multe
 vene ad fluxum generacionis. Sic etiam omnes vene corporis communicant virge, de
 10 quo dixi supra in capitulo “vene”. De materia virge et matricis dicam infra sequenti
 titulo de generacione humana. Contra luxuriam valet camphora, ut infra de natura
 herbarum capitulo “camphora”. \Ad tegendam verendorum verecundiam, inventa
 fuerunt femoralia seu bracce, quas primo invenit Semiramis uxor regis Nini, qui fuit rex
 Assiriorum, ut refferet Girvasius. Contra libidinem vide infra de natura arborum
 capitulo “rosarium” et de natura vermium capitulo “brucus”.//

15 [Cap. 60. De renibus.]

Renes habet homo ut vaca. Dester reniculus scitus est, in sinistro est pinguedo;
 dexter minor est sinistro. A corde vena transit ad epar, inde ad renes ibi inflamans
 concupiscenciam amoris.

[Cap. 61. De ancis.]

20 Ancas habet homo loco caude ad cooperacionem exitus digestalis, sicut habet ursus
 et symia sicut tangam infra de natura pecudum capitulo “simia” et capitulo “ursus”.

[Cap. 62. De yliis.]

Ylia sunt a splene usque ad spondilia, ipsa digestum sanguinem suscipiunt et in
 putredinem convertunt. Ylia in mulieribus fetum suscipiunt. Ylia sepe vexantur excessu
 25 ciborum maxime inflatorum. Hec passio raro per urinam potest dici.

[Cap. 63. De spondilibus.]

Spondilia sunt fulcimenta renum et continent locum \usque ad ancas et coxas/, ab
 ancis usque ad genua.

[Cap. 64. De genibus.]

30 Genua ossicula parva habent interius, quibus ad robur ligaminis spondilia tibiis
 coniunguntur. Sub hiis sunt nervi fortes.

2 Virge...insentivis] Ox, c. *De genitalibus*, f. 11vb-12ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 61, l. 1-2 et 4-8, p. 67. 6 cibi...generacionis] Ox, c. *De genitalibus*, f. 12ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 60, l. 1 et 5-7, p. 65 et 61, l. 8, p. 67. 11 \Ad...Assiriorum] Cf. Iohannes Raynaudus, *De origine iuris*, f. CLXIVb : Semiramis uxor Nini regis Assiriorum invenit primo femoralia sive brachas ad contegendam verendorum verecundiam [...]. GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 128-129). 16 Renes...amoris] Ox, c. *De renibus*, f. 12ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 62, l. 1-3 et 7, p. 68. 20 Ancas...symia] Ox, c. *De anchis*, f. 12ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 63, l. 1 et 3-5, p. 68. 23 Ylia...dicerni] Ox, c. *De yliis*, f. 12ra-12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 64, l. 1-5, p. 69. 27 Spondilia...locum] Ox, c. *De spondilibus*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 65, l. 1, p. 70. | ab...genua] Ox, c. *De spondilibus*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 65, l. 2, p. 70. 30 Genua...fortes] Ox, c. *De genibus*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 66, l. 1-2, p. 70.

4 delectancium] deletancium *scr. et post add. sup. l. -c- cod.* 5 insentivis] *id est* incentivis 8 fluxum] luxum Ox | vene²] *ante* vene, *scr. et post del. et exp. virge cod.* 16 Dester] *id est* Dexter | scitus] *id est* situs 25 urinam] virinam *cod.* | dicerni] *id est* discerni 27 coxas/] coxie *cod.*

[Cap. 65. De tibiis.]

Tibie locum retinent a genibus usque ad pedes. Duo in eis ossa sunt, unum forte, aliud minus forte. Maius tibia dicitur. Aliud vero carnem et musculos in tibiis sustinet et tendit usque ad talos. [f. 5v]

5 [Cap. 66. De pedibus.]

Pedes sunt velut bases corporis, articulos ut digitos habentes, quibus habilitatur natura ad gressum. Contra dolorem vel fatigacionem pedum, vide infra de natura arborum capitulo “canna” \et de natura herbarum capitulo “artemisia”//.

[Cap. 67. De talis.]

10 Talos creavit Deus homini, ne retrorsum caderet, talorum fulcimento subnixus. Cetera animalia non indigent talis, quia prostrata vadunt. Symia ideo habet, quia ut homo vadit.

[Cap. 68. De plantis.]

15 Plante pedum quorundam hominum sunt strata planicie, quorundam concavate in medio, et earum situs elegancior et firmior est. Plantarum cutis dura est et spissa, usibusque succedens cotidie durior fit, quod mirum cum eciam ferrum usu deficiat.

[Tit. II.] De generacione humana. Rubrica. Rubrica. Rubrica.

Si in muliere non sit causa sterilitatis neque in viro veniatque semen conveniens geniture, tunc clauditur matrix, ita quod nec acus, sicut dicit Ypocras, possit ingeri, postquam facta est concepcio. Est autem semen seu sperma conveniens, quod non sit nimis calidum vel frigidum, siccum vel humidum; et sperma competens ad generandum proiectum in aqua petit fundum. Proinde dicunt quidam quod solum possit sufficere virile semen ad conceptum sine semine femine, sed falsum est, quia utrumque ad generacionem necessarium est: \de hoc videtur textus in Auth. De trien. et semisse § Neque illo in fine, ibi Neque enim masculus coll. III, vide Iohannis Fabri Insti. De ingenuis § I et De pa. potes. § I, vide Insti. De exhereda. liberorum § Nostra.// Femina prohibet suum semen in suam matricem. Semen si per septem dies in muliere permanserit, impregnabitur, ut dicit Aristotiles. Spermata viri et femine sunt diversarum intencionum, ut dicit Galienus. Intencio spermatis viri est formare ad similitudinem eius a \quo/ separatum est, sed a spermate mulieris est fundamentum generacionis et materia. Ad sciendum utrum sterilitas sit ex vicio viri vel mulieris, accipe duas ollas et in utramque mitte cantabrum et de urina viri in unam et de urina femine in aliam et dimitantur per novem dies et amplius, si ex vicio mulieris est, invenies vermes in olla eius. Si ex viri vicio est, in olla sua sic invenies. Si in neutra inveneris, in neutro est causa, tunc poterunt iuvari medicinis. In nullo animali femella recipit coitum post

2 Tibie...talos] Ox, c. *De tibiis*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 67, l. 1 et 3-7, p. 70.

6 Pedes...gressum] Ox, c. *De pedibus*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 68, l. 1-3, p. 70.

10 Talos...vadit] Ox, c. *De talis*, f. 12rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 69, l. 1 et 4-7, p. 71.

14 Plante...deficiat] Ox, c. *De plantis*, f. 12rb-12va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 70, l. 1-3 et 8-9, p. 71-72. 18 Si...femine] Ox, c. *Quomodo pueri generantur*, f. 12va et c. *De manu*, f. 114va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 72, l. 1-7, p. 72.

Cf. Abramov, c. *De humoribus corporis et primo de sanguine*, p. 420. 26 Femina...generant] Ox, c. *Quomodo pueri generantur*, f. 12va-12vb et c. *Incipit tractatus de examinatione sterilitatis*, f. 112vb.

Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 71, l. 1-6, 9-11, 14-15 et 29-30, p. 72 et 72, l. 8-9, p. 72-73.

3 carnem] carniem *scr. et post exp. -i- cod.* 11 prostrata] postrata *scr. et post add. sup. l. -r- cod.*

21 frigidum] figridum *cod.* 32 cantabrum] cantrabum *cod.* 34 neutra] neutro Ox

inpregnacionem nisi in muliere. Homo inter omnia animalia est multi seminis, ideo multi coitus. Vir generat usque ad nonagesimum annum, sed mulier usque ad quinquaginta. Homines pingues raro generant et similiter mulieres pingues raro concipiunt, quia habent corpora nimis temperata et quia superfluum \corporis/ transit in pinguedinem. Unde propter causam predictam quedam arbores non fructificant ut salix. Infirmi, senes et iuvenes raro generare possunt et tunc plus femellas quam mares generant. Paucis hominibus accidit quies post coitum. Multus coitus debilitat visum. Femina duri corii multum coit. Viri multorum pilorum sunt multi coitus. Vir desiderat coire in hyeme, femina in estate. Femine plus appetunt coitum post conceptionem quam ante. Mulieres post inpregnacionem gravantur, et videtur super earum oculos quedam obscuritas, que in quibusdam apparet post decem dies, in quibusdam tardius. Eis etiam insunt dolores capitis et vertigines et fastigium in cibis, redundacio stomachi, et hec sunt indicia hominis incohati. Iohannes philozophus in libro philosophorum philosophie dicit quod omnis mulier est naturaliter frigida. Calidissima enim mulier frigidior est frigidissimo homine. Unde cibum bene non potest digerere. Remanent enim superfluitates, que per singulos menses purgantur, ipse quoque purgaciones menstrua vocantur. Hec menstrua in conceptione in mulieribus cessant, quia, facta conceptione, calor geminatur ex fetu, unde melius tunc cibus digeritur nec tante superfluitates oriuntur. Item quia in sanguine matris infans nutritur, ideo mulier non indiget purgacione. Unde etiam homo natus non graditur super pedes ut cetera animalia, de quo tetigi supra titulo precedenti capitulo II^o, quia sanguine menstuoso nutritur. Ad conceptionem prodest pulvis testiculorum verris desiccatorum et pulverisatorum; si suscipiatur post purgacionem matricis, prodest etiam zizannia et artemisia, de quibus vide infra de natura herbarum in suis capitulis. Ventus septentrionalis iuvat ad partum maris et non femine. Si mulier velit masculum concipere, accipe matricem leporis et eius vulvam et deciccentur ac pulverizentur, in vino commisceantur et mulieri dentur ad potandum, dicam etiam infra de natura pecudum capitulo “lepus”. Similiter de testiculo leporis dicitur. Et ista suscipiantur in fine menstruorum. Idem etiam de testiculo et epate parvi porci, quem scroffa mater solum edidit, videbis de hoc infra de natura pecudum capitulo “aper”. Prosunt etiam predicta viro vel mulieri qui non posunt concipere vel generare. \Est etiam remedium quod vide infra de natura pecudum capitulo “asinus”, et ibi vide et capitulo “equi” et capitulo “ursus”, et infra de natura herbarum capitulo “testiculus vulpis” et capitulo “testiculus canis” et capitulo “virga pastoris” et capitulo “cardus” et capitulo “irinci”, et natura arborum capitulo “pinus”, et

4 quia¹...animalia] Ox, c. *Quomodo pueri generantur*, f. 12vb-13ra et c. *De manu*, f. 114va-115ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 71, l. 6-9 et 26-27, p. 72 et 72, l. 12-14 et 17-23, p. 73. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De humoribus corporis et primo de sanguine (p. 421) et c. De assimilatione prolis ad parentem et quibusdam aliis (p. 423). 21 quia...nutritur] Ox, c. *Quomodo pueri generantur*, f. 13ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 72, l. 23, p. 73. 24 Ventus...ad] Ox, c. *Incipit tractatus de examinatione sterilitatis*, f. 112vb-113ra et c. *De manu*, f. 114vb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De humoribus corporis et primo de sanguine, p. 422. 27 Similiter...edidit] Ox, c. *Incipit tractatus de examinatione sterilitatis*, f. 113ra. 30 viro...generare] Ox, c. *Incipit tractatus de examinatione sterilitatis*, f. 113ra.

6 plus] ante plus, scr. et post del. et exp. plius cod. 11 quibusdam¹] quibus- scr. et post add. sup. l. -dam cod. 13 incohati] id est inchoati | libro philosophorum] florum libro Ox 16 menstrua] mestrua cod. 17 menstrua] mestrua cod. | in²] ante in, scr. et post exp. in mulieribus cod. 21 menstuoso] mestruoso cod. 22 pulverisatorum] pulerisatorum scr. et post add. sup. l. -v- cod. 24 iuvat] ante iuvat, scr. et post exp. septentrionalis cod. 25 et¹] ante et, scr. et post exp. tris cod. 26 deciccentur] id est desiccentur 28 menstruorum] mestruorum cod. | Idem] Item Ox 30 posunt] id est possunt

de natura herbarum [capitulo] “artemisia” et capitulo “silermontanum”.// Si semen in
 destra parte matricis remanet, masculus erit, quia operimentum est dextre parti et ideo
 calidiori sanguine nutritur fetus, qui est prorsus masculorum. Si autem in sinistra
 resederit, femina efficitur, quia a fonte caloris remotus est. Concep- [f. 6r] to fetu,
 5 incipit virtus digestiva operari, que calore matris semen inspissat: circumdatur semen
 folliculo quodam, qui custodit semen, ne aliquae superfluitates ipsi amiscentes
 corrumpant. Hic folliterius vocatur vel secundina, et crescit cum puero et exit cum eo de
 matrice. Secundo die, ut dicit Macrobius, a conceptione, gutte sanguinis incipiunt
 apparere in superficie folliculi. Vicesimo primo die, ille gute miscentur semini. Septimo
 10 die post, fit coagulacio inter carnem et sanguinem. Exinde incipit virtus formativa et
 formatur embrio, cuius partes frigide et sicce in osseam materiam mutantur, que vero
 frigide et humide in fleumaticam ut est pulmo, que calide et humide in sanguineam ut
 est epar. Deinde sequitur \virtus/ concavativa, que manus et digitos distinguit, aures et
 nares perforat, quibus deferatur sanguis. Mares in matrice cicius distinguuntur quam
 15 femine, sed post partum femine cicius crescunt. Puer se habet in utero ad modum
 litargii, qui exitatus a sompno non dormit, nec vigilat. Femine frequencius simulantur
 matri, sed mares viro. Ad sciendum an sit mulier paritura masculum vel femellam, vide
 \supra/ titulo precedenti capitulo “mamille”.

[Tit. III.] De infusione anime. Rubrica.

20 Formatis igitur membris, infunditur anima divino munere, et tunc \incipit/ fumus
 humidus per arterias currere et venas, motumque et vitam afferre. Hinc a LXX° die
 conceptionis \divino munere infunditur anima et tunc// incipit homo. Quod autem
 animetur solo Dei munere, videtur Aristotiles dicere evidenter in libro De animalibus,
 ubi ait: Intellectus rationis, anima rationalis, intrat corpus embrionis extrinsecus et ipse
 25 solus est divinus, quoniam operacio eius non habet communicationem aliquo modo
 cum operatione corporali. Hiis ergo patet causis quod anima a solo Deo datur, non
 extraduce generatur. Et beatus Augustinus in questionibus de infusione anime dicit:
 Anima, inquit, a Deo infundendo creatur et creata infunditur. Inde pascitur puer in
 matris utero per quandam venam, que extenditur a matrice usque ad unilicium pueri,
 30 per quam sanguinem ab epate matris trahit, quo nutritur sicut dixi supra de anathomia
 humani corporis capitulo “umbilicus”. Unde eciam puer non indiget digestionem, quia
 sanguinem digestum recipit de medio epate. Hoc dicit Iohannes in libro philosophorum
 philosophie. Si autem nullo medio sanguis menstruosus transiret ad puerum, illum sua
 malignitate occideret. Quod patet in aliquibus hominibus sic natis, ut habeant maculas in
 35 facie vel alibi. Hoc enim fit ex sanguine menstruoso, qui aliquando nimium habunde
 cadit super puerum, et nisi esset secundina ipsum penetrando occideret. Remanet tamen
 ex hoc macula, que numquam, eciam cute excoriata, potest deleri. Capud embrionis

1 Si... viro] Ox, c. *Quomodo pueri generantur*, f. 13ra-13va et c. *De manu*, f. 114vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 72, 24-28 et 33-47, p. 73. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De humoribus corporis et primo de sanguine (p. 422). 20 Formatis... conceptionis] Ox, c. *De creatione anime*, f. 13va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 73, l. 1-4, p. 73-74. 22 incipit... nutritur] Ox, c. *De creatione anime*, f. 13va-13vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 73, l. 4-11 et 22-25, p. 74. 31 Unde... cerebri] Ox, c. *De creatione anime*, f. 13vb-14ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 73, l. 14-19, 21-22, 26-27 et 31-39, p. 74.

1 capitulo¹] om. cod. 2 destra] id est dextra 3 prorsus] proprius Ox 4 Concep-] ante Concep-, scr. et post del. et exp. si semen in destra parte matricis remanet ma cod. 7 folliterius] folliculus Ox 8 Secundo] Septimo Ox | Macrobius] Macobius cod. | sanguinis] sanguinis cod. 14 quibus] ante quibus, scr. et post del. et exp. quidem e cod. 16 litargii] lutargii cod. | exitatus] id est excitatus 17 paritura] paritua scr. et post add. sup. l. -r- cod. 21 afferre] offerre Ox | a] aut cod. 32 philosophorum] florum Ox 33 menstruosus] mestruosus cod. 35 menstruoso] mestruoso cod.

magnum est respectu corporis, unde locus super fronte et anterior pars capitis humida \valde/ est post nativitatem pueri; nec consolidatur locus ille, nisi postquam invaluerit puer, et non potest loqui, donec indurescat locus ille; et hoc totum fit propter humiditatem cerebri.

[Tit. IV.] De nativitate hominis. Rubrica. Rubrica.

Nunc sequitur virtus nascitiva, cuius termini sunt mensis septimus vel nonus. Ante septimum mensem non nascitur puer, ut possit vivere. In septimo vero mense vite motus sufficiens est, sed antea natus in vita permanere non potest, quia tantus in eo motus non est, quod possit vivere. Si puer septimo mense movens in matris utero debiles nervos, quibus matrix iungitur, movendo fregerit: ydoneus vite, nascitur. In octavo quidem mense nasci potest, sed non vivere, quia in septimo mense ita debilitatus fuit motibus naturalibus, ut, si nascatur, vivere nequaquam possit. Homo enim octavo mense reforciliatur et reparatur a labore commocionis, quo attenuatus erat, et sic nono mense iterum incipiens moveri, rumpit predictos nervos et liber nascitur. Et nota quod aliquae mulieres protrahunt partum usque ad nonum mensem et post tribus diebus vel quatuor \vel potest alia ratio \reddi/, quia puer a tempore conceptionis habet per singulos menses influenciam planetarum. Unde primo mense habet influenciam Saturni, secundo Iovis, tercio Martis, quarto solis, quinto Veneris, VI° Mercurii, VII° lune, que infundit in puerum magnum motum et levem ideo tunc potest nasci. Sed demum VIII° mense iterum Saturnus facit suam influenciam, que restringit cum sit frigidus et siccus, ideo tunc non nascitur ad vitam. Et quia IX° mense regnat Iupiter iterata vice, qui est calidus et humidus, et habet bonam infusionem, ideo tunc habilitatur puer ad nativitatem et ad vitam; de hoc tangam infra de VII planetis capitulo "Saturnus". Vide omnino super hac materia Petrum Iacobi in ti. De generatione humana, qui clarius et plenius loquutus est.// Alique preoccupant multis diebus. Sed quia puer in calido et humido nutritus est in matris utero, et nascens prodit ad dissimilem contrarietatem, senciens hoc vocem emulationis emitit, sed tamen infans in nascendo nullam vocem emitit, donec totus emergat. Omnis homo natus super terram exit ore aperto et aperturam oris claudit simul manu sua, et hec est prima operatio inter opera humana. Item omnis \homo/ mundum ingreditur capite premissa, sed e contrario quando fertur ad sepulcrum, egreditur de mundo preeuntibus pedibus. Mulieres parientes mares sunt in minore dolore quam parientes feminas et sunt leviores eciam in pregnatu. Mulier parit faciliter et levius, si anelutum bene teneat; et si respirent, difficulter partus emitunt. Mulieres, que cum difficultate pariunt, balneentur in aqua, in qua sit cocta malva semen lini fenum [f. 6v] Grecum et ordeum, et unguantur latera coxe et vulva de oleo olive, et fricetur fortiter et provocetur sternutacio cum pulvere thuris proiecto in nares, nec respicias faciem eius ne verecundetur. Ducatur suaviter oleum per loca declivia. Mulieres post partum masculi feliciter quiescunt, difficulter vero post partum femelle, ut dicit Aristotiles. Nota quod mulier abortit per fetorem candeles extincte. \Dicunt magistri quod in anno tres dies

6 Nunc...quatuor] Ox, c. De virtute nascitiva, f. 14ra-14rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 74, l. 1-13 et 16-17, p. 74-75. 16 puer...vitam] Cf. *Practica aurea libellorum* (éd. 1575, p. 206-207). 25 Alique...marcii/] Ox, c. De virtute nascitiva, f. 14rb ; c. De triplici esse, f. 109ra ; c. De difficultate partus, f. 113ra ; c. De iuvamine partus, f. 113vb et c. De manu, f. 114vb-115ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 74, l. 13-16 et 19-20, p. 75. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Lib. de nat.* c. De tempore (p. 50) et c. De assimilatione prolis ad parentem et quibusdam aliis (p. 422-423).

11 septimo] octavo Ox | ita] ante ita, scr. et post exp. ita debilitatus cod. 13 reforciliatur] refociliatur scr. et post add. sup. l. -r- cod. reforciliatur] refocilatur Ox 20 frigidus] ante frigidus, cal scr. et post del. et exp. cod. 27 emulationis] eiulationis Ox 33 emitunt] emituntur scr. et post. exp. -ur cod.

sunt, in quibus mulier numquam nascitur. Et viri qui nascuntur illis diebus numquam eorum corpora putrescent usque ad diem iudicii. Hii sunt novissimus dies ianuarii et duo primi febraio. Alii dies sunt in quibus lignum sectum non roditur a vermibus. Et vas factum tunc quidquid imponitur, numquam corrumpitur. Hii sunt ultimi dies Veneris septembris postea XV die lunacionis eiusdem et ultimi dies Veneris lune marcii.// Sed quia mulieres in parturiendo multa pericula paciuntur et multi infantes pareunt et suffocantur, ut super hoc consulatur et obtetrices instruantur, tracto in capitulo sequenti.

Cleopatra, que regina medicine nominatur, scribit filie sue librum de partu et arte obstetricandi. Hunc ergo huic operi inseruimus propter periculum abortivorum et ignoranciam obstetricum, ut possit ovari periculo infancium et multe anime possint effugere tenebras. Secrecius tamen mulieres \discrete/ instruentur. Observandum itaque \est/ in partu, ne pariens sit verecunda vel timida aut iracunda, aut corpus habeat compressum aut involutum, aut nimis gracile aut nimis pingue, aut inbecilis sit matrix aut orificium sit angustum aut utraque parte clausum aut vicinum ex morayde, aut infans corpore magnus vel magni capitis aut gibbosus aut mortuus. Si vero puer valde dispositus est veniens ad portam, debet obstetrix per portam manu leniter inmissa, puerum intra secundinam iusto modo vertere, scilicet ut capud inferius disponatur ad partum. Generaliter \enim/ quatuor modis pueri nascuntur: in capite, in pedibus, in diverso iacens vel duplicatus. Specialiter provideatur quod parientis lectus sit durius stratus. Si puer in capite ad partum descenderit reliquas partes habens in latere, inmissa manu obstetrix componat puerum, manibus scilicet ut lateribus coniunctis, in orificium rectus descendat. Si iunctis pedibus descenderit, numquam eum obstetrix adducat, ne puer brachia enervet et in lateribus matris infigiat. Si grande capud \habet/, obstetrix in manu tenens caput adducat, iuvante eam pariente suo conatu. Si contra naturam positus sit infans, inmissa manu recte componat et adducat. Si manum profert, numquam eum adducat, sed manus reponatur iuncta lateribus. Si pedes profert reliquo corpore in aliqua parte inclinato, eum componat et adducat. Si unum pedem profert, numquam eum adducat, sed revocet et corrigat et coniunctis pedibus eum adducat. Si pedes in diversis partibus fixerit, obstetrix manu inmissa eos iungat et ad orificium componat et adducat. Si caput habuerit conversum vel retortum, manu inmissa leniter corrigat et aprehensum humeris leniter adducat, ne matrix ledatur. Si genua ostendit, retro pressum repellatur et correctis adducat. Si nares ad orificium, leniter inmissa manu in latus convertat, ut capite adducat. Si plures in utero habuerit infantes et simul contulerint ad orificium, unus retrorsum repellatur vel in latus et alter adducatur. Hec omnia fiant sine cassacione matricis et cum moderacione lenitatis, et ipse locus orificii cum oleo calido vel succo feni Greci et lini seminis et malve cocte profundatur, sicut dixi supra precedenti capitulo.

9 Cleopatra...ut] Ox, c. De iuvamine partus, f. 113ra-113rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 75, l. 1-3, p. 75 et 76, l. 35-36 et 39, p. 76. 11 multe...adducat] Ox, c. De iuvamine partus, f. 113rb-113va. multe...profundatur] Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 74, l. 28-30, p. 75 ; 75, l. 5-10, p. 75 et 76, l. 1-12, 15, 17-33 et 39-41, p. 75-76. 27 sed...profundatur] Ox, c. De iuvamine partus, f. 113va-113vb.

9 Cleopatra] Doctrina obtetricum *add. in marg. cod.*

Cleopatra] Clepetra *scr. et post add. sup. l. -o- cod.* 10 obstetricandi] obtetricandi *cod.* 11 obstetricum] obtetricum *cod.* | ovari] *ante ovari, scr. et post del. ob cod.* 15 ex morayde] emoroyde Ox 17 obstetrix] obtetrix *cod.* | leniter] leviter Ox 22 obstetrix] obtetrix *cod.* | scilicet] *ante scilicet, scr. et post exp. ma cod.* 23 obstetrix] obtetrix *cod.* 24 matris] manus Ox | infigiat] infigat Ox | obstetrix] obtetrix *cod.* 30 obstetrix] obtetrix *cod.* | et²] *ante et, scr. et post exp. ead cod.* 33 convertat] *ante convertat, scr. et exp. repellatur cod.* 37 profundatur] perfundatur Ox 38 capitulo] *post capitulo, scr. et post del. et exp. in fine cod.*

[Tit. V.] De septem \aut proprie sex/ etatibus hominum. Rubrica. Rubrica.

[Cap. 1. De prima etate.]

Tractus de septem etatibus hominum. \Sciendum est quod sicut sex etatibus mundi generacio humana, sicut status hominis sex etatibus ipsius finitur, ut dicit
 5 Decretum XXXV q. IV c. I. Et sunt etates mundi : prima ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe usque ad Abraam, tertia usque ad David, quarta usque transmigracionem Babilonis, quinta usque adventum Christi, sexta usque ad finem seculi, ut nota C. De summa Trinitate epistula Victor et per Iohannem Andream in prohemio Sexti Libri § Senarium. Videamus de sex etatibus hominis. Et// primo videndum de infancia, que est
 10 prima etas in homine, et dicitur illa etas in qua puer non loquitur et extendit se, usque dum loqui possit. \Ideo dicitur infans, id est non fans, extenditur igitur hec etas a nativitate usque ad VII annos, de quo in l. Si infanti C. De iure deli..// Infans naturam omnium animalium debilitate effugit nascencium, hoc ideo quia sanguine menstruso nutritus est, sicut dixi supra de generacione humana, et ibi vide plene.

15 [Cap. 2. De secunda etate.]

Secunda etas est puericia, que incipit a tempore, quo ceperit loqui \a VII^o anno// et extendit se usque ad quartum decimum annum, \ut Insti. Quibus mo. tutela finitur in principio et l. Pupillari ff De vulgari//. Nota quod pueri, qui tardius ire incipiunt, maturius loquuntur. Non loquitur puer, donec locus ille mollis capitis supra frontem
 20 decicetur et testa capitis contrahatur in solidum, \ut dixi supra de infusione anime in fine/. Unde dicit quod natura paulatim graditur ante [f. 7r] animam, et informatur sensus secundum species ostensas foris et intus anime, per memoriam representatas et inpressas fortiter. In quinque annis, ut dicit Aristotiles, crescit puer usque ad medietatem stature sue; in residuo \enim/ sui temporis reliquam medietatem \usque XXV annum, ut tango
 25 in capitulo sequenti. Et hoc intellige regulariter//.

[Cap. 3. De tertia etate.]

Tercia etas est adolescencia sive pubertas, que a quarto decimo anno incipit et currit usque ad XXV annum, \ut Insti. De curatoribus in principio//. Hinc habilis est homo ad generacionem, \aliqui ante/, sed pauci generant \et tunc/ producunt femellas, ut
 30 dixi supra de generacione humana, sed prudencius est differre usque ad hoc tempus.

4 sicut...finitur] *Corpus juris canonici emendatum et notis illustratum*, Rome, 1582, vol. 1, col. 2419.
 5 sunt...seculi] *Corpus juris canonici emendatum et notis illustratum*, Rome, 1582, vol. 4, col. 6.
 9 primo...infancia] Ox, c. De infantia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 78, l. 11, p. 80.
 10 dicitur...possit] Ox, c. De infantia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 78, l. 11-12, p. 80.
 12 Infans...est] Ox, c. De infantia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 78, l. 2-3, p. 80.
 16 Secunda...loqui] Ox, c. De infantia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 79, l. 1-2, p. 80.
 \a...anno/] Cf. C. 6, 30, 18. | et...ad] Ox, c. De pueritia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 79, l. 12, p. 80.
 17 decimum annum] Ox, c. De pueritia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 79, l. 12, p. 80.
 18 Nota...solidum] Ox, c. De pueritia, f. 94vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 79, l. 2-4, p. 80.
 21 Unde...medietatem] Ox, c. De pueritia, f. 94vb-95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 79, l. 8-11, p. 80.
 27 Tercia...ad] Ox, c. De adoloscencia, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 90, l. 1-2 et 11, p. 81.
 28 Hinc...tunc/] Ox, c. De adoloscencia, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 80, l. 2-3, p. 81.
 30 sed...crescere] Ox, c. De adoloscencia, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 80, l. 8-11, p. 81.

3 Tractus] Tractatus scr. et post exp. -r- cod.; infancia add. in marg. cod. 5 XXXV] XXXVIII cod. IV] V cod. 9 Senarium] Sane. cod. 10 in] ante in, scr. et post exp. ei cod. 13 menstruso] mestru scr. et post add. sup. l. -so cod. 16 Secunda] puericia add. in marg. cod. 20 decicetur] id est desicetur \ut...fine/] add. sub l. cod. 22 representatas] representas scr. et post add. sup. l. -ta- cod. 27 Tercia] adolescencia add. in marg. cod. 28 est] ante est, scr. et post del. lis cod.

Tunc enim nervi et ossium ligamina in homine confortantur cessatque hominis statura in longitudine crescere, ut scripsi supra capitulo precedenti.

[Cap. 4. De quarta etate.]

Quarta etas est robur \sive iuventus/ a viginti \quinque/ annis incipit et currit usque
 5 quinquaginta annos, \de quo ff De le. III° l. Non aliter § fi. ubi de hoc//, et hinc perfecte
 in latitudine robur accipit homo. Hinc paulatim in homine libido moderata ad alia
 naturalis fortitudinis membra disponit. Ista etas iracundie et superbie subiacet viciis,
 odiis et sedicionibus.

[Cap. 5. De quinta etate.]

10 Quinta etas est senectus \sive senium/. Hec incipit a quinquagesimo anno et currit
 usque ad septuagesimum annum secundum modernos, sed secundum antiquos usque ad
 LXXX, \de quo in l. Senium C. Qui testam. fa. pos.//. Senectus vero, ut dicit
 Aristotiles, non est nisi paucitas sanguinis; unde illi qui parum habent de sanguine, cito
 senescunt, \sicut tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “pulmo”//. Hinc
 15 homo decrescit, ut dicit Plinius, viribus et corpore. Hec etas subiacet vicio cupiditatis.
 Nota, omnia vicia minuuntur in homine tempore senectutis nisi cupiditas et tenacitas.
 Ira, luxuria, superbia, gula cadunt, sed predicta duo crescunt.

[Cap. 6. De sexta etate.]

Sexta etas \dicitur/ decrepitas. Hec incipit a septuagesimo \vel octuagesimo/ anno
 20 et currit \usque ad centum annos et usque ad mortem. Et dicitur terminus aliarum
 etatum, ut l. fi. C. De sacrosanctis ec.//. Et dicitur decrepitas, quia tunc homo decrescit
 vigore sensus et ingenii. Hec etas similiter subdita est tenacitati et avaricie. Et hec est
 ratio, quia labo- [f. 7v] rare ulterius se non posse desperans ea, que iam in futuris
 necessitatibus congregavit, quasi cotidie minorando et non recumulando conservat. Si
 25 autem egrediatur homo hanc etatem, non est amplius eorum nisi labor et dolor.

[Cap. 7. De septa etate.]

Septima etas, \id est terminus sexte cum sit finis vite hominis//, est mors, que
 quidem privacio est vite. Vita calida et humida, mors frigida et sicca. Mors est omnium
 animantium terminus habencium spiritum vite, sive in hiis que vegetabilem \vel
 30 sensibilem// spiritum habent, sive in hiis que rationalem ut homo. Vegetabilis \vel

4 Quarta...a] Ox, c. De viri etate, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 81, l. 1, p. 81. | annis...
 annos] Ox, c. De viri etate, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 81, l. 2 et 7, p. 81. 5 et...
 sedicionibus] Ox, c. De viri etate, f. 95ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 81, l. 2-6, p. 81.
 10 Quinta...LXXX] Ox, c. De senectute, f. 95ra-95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 82, l. 1-2 et 11-
 12, p. 81. 12 Senectus...senescunt] Ox, c. De viri etate, f. 95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 82, l.
 2-3, p. 81. 14 Hinc...crescunt] Ox, c. De viri etate, f. 95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 82, l. 3-5
 et 7-10, p. 81. 19 Sexta...currit] Ox, c. De decrepita, f. 95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 83, l. 1-
 2 et 11, p. 81-82. 20 usque...mortem] Ox, c. De decrepita, f. 95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1,
 83, l. 11-12, p. 82. 21 Et...autem] Ox, c. De decrepita, f. 95rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 83, l.
 2-7 et 10, p. 81-82. 25 non...dolor] Ox, c. De decrepita, f. 95rb-95va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1,
 83, l. 10, p. 82. 27 Septima etas] Ox, c. De morte, f. 95va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 84, l. 1, p.
 82. | est²...hiis] Ox, c. De morte, f. 95va. | est²...penam] Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 1, 84, l. 1-2 et
 14-18, p. 82. 30 que...penam] Ox, c. De morte, f. 95va.

4 Quarta] robur *add. in marg. cod.* 6 accipit] accipit *scr. et post exp. -ci- cod.* 10 Quinta] senextus
add. in marg. cod. et post exp. x et add. sup. l. c 19 Sexta] decrepitas *add. in marg. cod.* 21 Et] *ante Et,*
scr. et post del. et exp. usque ad mortem cod. | decrescit] *ante decrescit, scr. et post exp. quia cod.*
 27 Septima] mors *add. in marg. cod.*

sensibilis/ transit; racionalis iussu creatoris fertur pro meritis sive ad gloriam sive ad penam. Et est mors ultimum terribilium. \Omni tremere stupendum, unde legitur quod in provincia Aralatensi, castro Bellicadri, apparuit puelle et virgini consanguineus deffunctus et cum talis apparicio soleat terrere propter id quod naturaliter mortalibus
 5 cordibus insitum est, ut mortuos aborreant et cum trepidacione divina provisione super hoc providente. Consolata virgine per alloqucionem spiritus alloquentis eum statim interrogavit, qualiter eveniebat cum mortuus esset. At ille, statim ut audivit nomen mortui, stupuit, gemitit et clamavit se ex hoc verbo: In ‘Infinitum cruciari. Tanta enim est mortis et tam incomparabilis asperitas quod qui semel mortem gustaverit nec ipsam
 10 verbi recordacionem sustinere potest quim spiritus in afflictionem magnam redeat,’ et ista reffert Gervasius, de \quo et ceteris/ huius visionibus et spiritibus apparentibus dicam infra de IIII^{or} elementis capitulo “aer”.//

[Tit. VI.] De monstrosis hominibus. Rubrica.

[Cap. 1. De hominibus in quibusdam orientis partibus scilicet Amazonibus.]

15 Homines sunt in quibusdam orientis partibus scilicet Amazonas, et sunt eorum mulieres egregie iuxta montes in insula fluminibus conclusa commorantes. \Et secundum Girvasium sunt in Armenia superiori partis Asie maioris ad septentrionem inter fluvium Ararim et montem Taurum. Suntque hee mulieres// in armis prelia excercentes. Sunt autem plures quam CC milia, absque consorcio virorum ad bella
 20 doctissime. Cum autem hee mulieres nutrices cum regina sua ad prelia revertuntur, seorsum a viris suis, extra insulam per se commorantur, venerabiliter adhorantur, semel in anno viris suis commiscentes. Si masculum concipiunt, ipsum per sex annos nutriunt et postea patri mittunt. Si feminam pepererint, secum servant. Comburunt eciam mamillam dextram ferro candenti in iuventute, ut eas in pugna non inpediat et aliam
 25 clipeo protegunt. De hiis tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “os primum”, ubi assero huiusmodi genus hominum esse de fide christiana et habere pugnam contra Sarracenos et infideles.

[Cap. 2. De hominibus in India dictis Trogoditis.]

Homines sunt versus partes orientis \in India/ dicti Trogodite, qui celeri cursu feras
 30 capiunt.

[Cap. 3. De hominibus in Ethiopia.]

In Ethiopia sunt homines XVI pedum in longitudine et VII in latitudine, aures vero quasi alas habentes. [f. 8r]

3 in...redeat] Cf. GERV. TILB., *Otia. imp.* 3, 103 (p. 760-763). 15 Homines...commorantes] Ox, l. De monstrosis hominibus, f. 14rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 2, l. 1-4, p. 97. 18 in...protegunt] Ox, l. De monstrosis hominibus, f. 14rb-14va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 2, l. 3-12, p. 97-98. 29 versus...capiunt] Cf. GERV. TILB., *Otia. imp.* 2, 11 (p. 322-323). 32 homines...habentes] Cf. GERV. TILB., *Otia. imp.* 3, 78 (p. 704-705).

1 creatoris] ante creatoris, scr. et post del. et exp. creav cod. 3 puelle] pulle scr. et post add. sup. l. e cod. 7 eveniebat] evenie-, scr. et post add. sup. l. -bat cod. 10 quim] id est quin 15 Homines] Amazona add. in marg. cod. | Amazonas] Amaçones Ox 16 montes in] montes Scapios in Ox 20 nutrices] victrices Ox 21 commorantur] commiorantur scr. et post exp. -i- cod.

[Cap. 4. De aliis hominibus in oriente qui appellantur Ydraces seu Germosophite.]

Homines alii sunt \in oriente/, quos Ydraces seu Germosophitas appellant gentes, id est nudos et sapientes. In nuditate autem et humilitate ambulant, contempta fallaci et transitoria huius mundi vanitate. In teguris et speluncis habitantes, non habentes domos
 5 vel civitates. Nulli nocent nec contra aliquos se defendunt. Filii et uxores eorum seorsum habitant cum animalibus, que ad vitam sobriam sustentandam enutriunt. Hos cum Alexander reperisset, miratus valde ait: Petite quod vultis, et ego dabo vobis. At illi: Da, inquiunt, nobis immortalitatem, quam super omnia desideramus, alias divicias non curamus. Quibus Alexander: Mortalis, inquit, cum sim, immortalitatem quomodo
 10 dare possum? Cui illi: Si mortalem te cognoscis, quare ad tot mala facienda te periculo tribuis.

[Cap. 5. De hominibus in oriente qui vocantur Bragmani.]

Homines sunt \in oriente/, ultra Gangem fluvium habitantes, quos Bragmanos vocant. Quos mirabilis regio, innocencie, mores et vitam mirifice decoravit. Hii eciam
 15 antequam Ihesus Christus veniret in carne, de eius coeternitate cum patre aperte scripserunt. Nam quidam Didimus didascalus ipsorum Bragmanorum rogatus ab Alexandro Macedonie sibi scripsit epistolam et de vita sancta et moribus eorum et de cultu unius Dei et de coeternitate filii cum patre dicens: Deus verbum est, et verbum illud mundum creavit, et per hoc vivunt omnia. Nos colimus hoc verbum. Deus spiritus
 20 et mens est, et ideo non amat illud nisi mundam mentem.

[Cap. 6. De aliis hominibus de genere Brammanorum.]

Homines alii sunt \ibidem et de genere Brammanorum/, qui amore alterius in ignem se mittere non formidant.

[Cap. 7. De hominibus qui vescuntur carnibus humanis.]

25 Homines reperiuntur, qui carnibus humanis vescuntur. Hii hominum vestigia tam diu olfatu secuntur quousque aliquem invenerint, quem devorent \et sunt ibidem commorantes scilicet in partibus Indiarum//.

[Cap. 8. De aliis hominibus qui parvum os habent.]

Homines alii sunt \ibidem/, qui tam parvum os habent ut gracilis calamus, non nisi
 30 sorbilia comedunt.

[Cap. 9. De aliis hominibus qui solo odore pomi vivunt.]

Homines \ibidem/ alii sunt, qui solo odore pomi vivunt. Quos si longe ire contingerit, pomum defferunt; alias enim perirent, si pravum sentirent odorem.

2 Homines...tribuis] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 14va-14vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 3, l. 1-12, p. 98. 13 Homines...mentem] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 14vb-15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 4, l. 2-11, p. 98. 22 Homines...\ibidem] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 1-2, p. 98. | qui...formidant] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 2, p. 98. 25 Homines...aliquem] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 16-18, p. 99. 29 Homines...comedunt] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 15-16, p. 99. 32 Homines...odorem] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 26-28, p. 99.

2 Homines] Germosophite et Bragmani *add. in marg. cod.* 14 regio] religio Ox 17 Macedonie] Meceдонie *cod.* 26 devorent] devo- *scr. et post add. sup. l. -rent cod.*

[Cap. 10. De aliis hominibus silvestribus.]

Homines alii sunt \ibidem/ silvestres, sex manus per corpora singula habentes.

[Cap. 11. De quibus mulieribus pulcris.]

Quedam sunt mulieres \ibidem/ pulcre, albe ut nix, sed cannes habent dentes.

5 [Cap. 12. De aliis hominibus qui parentes proprios mactant.]

Homines alii sunt, qui parentes proprios nimis confectos senio mactare et carnes ad epulas preparare magnam putant pietatem ac religionem. Renuentes hoc tamquam inpios detestantur. \De istis meminit Aristotiles, cum dixit: ‘Bonum est mactare patrem in Trivallis.’ Unde versus: ‘Sunt loca, sunt gentes quibus est mactare parentes, Cum mors aut pietas aut longa supervenit etas.’ Et sunt huiusmodi homines in certa regione Indie, unde in Gestis Alexandri \legitur// ad Aristotilem epistula, in qua proponitur hanc terram esse quam mors nulla temptavit, quin ymo decrepiti foris efferri se faciunt, ut moriantur, secundum Girvasium.//

[Cap. 13. De aliis hominibus parvis qui dicuntur Pigmei.]

15 Homines alii sunt tam parvi, ut cubiti longitudinem vix excedant, qui Pigmei dicuntur et habitant in quibusdam montibus \parcium Indie in oriente/, quibus est bellum contra grues, de quo dicam etiam infra de natura avium capitulo “grues”. Sunt autem matres eorum semel parientes et alique producunt et pariunt liberos canos pilis, qui tam diu viventes in senectute nigrescunt. Sunt alie matres que quinquies pariunt, quorum
20 nisi octo annis \partus/ vivere potest, quia horum hominum vita longeva est solum octo annorum. Apud hos crescit piper, colore quidem albo, sed cum serpentes qui ibi habundant ipsi homines flamma fugant, nigrum colorem trahit de incendio, de quo dicam infra de natura arborum capitulo “piper”, et ibi vide plenius. [f. 8v]

[Cap. 14. De gigantibus.]

25 Homines alii sunt \versus partes Indie/, qui gigantes dicuntur, qui mirabiliter sunt magni et debitam formam excedunt \et/ qui elephantes facile transeant. De quorum genere fuit Hercules, de cuius \magnitudine/ miratur mundus. Et post multa miranda, fecit se vivum flammis tradi ad comburendum, cum se moriturum videret. Et legitur quod dum vivebat per unum stadium uno anelitu suum cursum peragebat. In occidentis
30 partibus puella visa est, quam unum gurgitivum ab oceano mari avexerat, vulneratam in capite ac mortuam, que erat quinquaginta cubitorum in longitudine et inter humeros

2 Homines...habentes] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 28-29, p. 99. 4 Quedam...dentes] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 38-40, p. 99. 6 Homines...detestantur] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 2-5, p. 98. 15 Homines...montibus] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra et 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 6-7 et 40-41, p. 98-99. 16 quibus...grues¹] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 41-42, p. 99. 17 Sunt...potest] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra-15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 7-10, p. 98. 25 Homines...sunt¹] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 5, p. 98. | gigantes] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 6, p. 98. 26 elephantes...transeant] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 6, p. 98. 27 Hercules...videret] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 68 et 70-71, p. 100. 29 In...dicta] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16ra-16rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 64-68 et 79-82, p. 100.

4 Quedam] Quuedam *cod.* | cannes] caninos Ox 6 Homines] senio confectus *add. in marg. cod.* 15 Homines] Pigmei *add. in marg. cod.* 16 \parcium...oriente/] *add. sub l. cod.* 19 quinquies] quinquenies Ox 25 Homines] gigas *add. in marg. cod.* 31 inter] in- *scr. et post add. sup. l. -ter cod.*

quatuor habebat cubitos, purpurea induta fuit clamide. Repertus fuit quidam monstruosus homo, qui Colosus dicebatur, quem occisum Tyberis fluvius cooperire non poterat et mare per multa spacia rubeo sanguine infecit, ut scribit Adelinus. Ad huius exemplum statua Rome facta est et colosus dicta. \In India eciam sunt homines, qui pugniant cum griffis et sunt XII cubitorum longitudinis, qui dicuntur Arismaphi vel Macrobiani, de quibus videbis infra de natura avium capitulo “griffi”, vel forte sunt de genere illorum, de quibus dicitur infra capitulo “hominum quoddam”. Et processerunt gigantes ex coniunctione quam habuerunt filii Seth cum filiabus Caym. Sed dicunt quidam non fuisse post dilubium repertos, quod non est verum, quia sicut reffert Girvasius. Corineus reperit gigantes in Cornubia parte maioris Britannie, contra quos singulariter et potenter dimicavit et specialiter contra Gogmagog unum ex potencioribus. Karolus Magnus de gigantibus putatur fuisse, de quo scribit Turpinus in Gestis eius quod XVIII pedes longissimos haberet in longitudine; facies eius unius palmi et dimidii, frons unius pedis, oculi similes oculis leonis, scintillantes ut carbunculus, qui hominem armatum cum equo uno ictu a vertice capitis usque ad bases separabat, et hominem armatum super palma sursum elevabat. Multi eciam alii gigantes visi fuerunt ut Ysorotus, cuius sepulcrum XX pedum videri potest in suburbio Parisiensi.//

[Cap. 15. De hominibus mutis et surdis.]

20 Homines muti et surdi reperiuntur et aliqui habent a natura, alii accidentaliter. Ex mutis et surdis, muti et surdi infantes procreantur.

[Cap. 16. De hominibus in India qui crudam carnem comedunt.]

Homines sunt \in India/ qui crudam carnem comedunt et sanguinem equinum bibunt.

25 [Cap. 17. De pueris cum buffonibus.]

In quadam regione, ut dicit Iacobus, nascuntur pueri cum buffonibus; si quis autem sine buffone nascitur, mater eius tamquam adultera iudicatur ab alio concepisse.

[Cap. 18. De aliis hominibus in India qui pisces crudos manducunt.]

Homines alii sunt \in India/, qui pisces crudos manducunt et salsum mare bibunt.

30 [Cap. 19. De hominibus qui habent utrumque sexum.]

Homines reperiuntur habentes utrumque sexum, qui hermofroditi appellantur.

4 India...Macrobiani] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 186-187). 7 Et...gigantes] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 23 (p. 146-147). 8 filii...Caym] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 23 (p. 146-147). 10 Corineus...elevabat] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 23 (p. 148-151). 17 visi...Parisiensi//] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 23 (p. 150-151). 20 Ex...procreantur] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 52-53, p. 99. 23 crudam...bibunt] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 57-58, p. 100. 26 In...concepisse] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 44-46, p. 99. 29 Homines...bibunt] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 10-11, p. 98-99. 31 sexum...hermofroditi] Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 56-57, p. 100.

2 Colosus] ante Colosus, *scr. et post del. et exp.* omnes sunt quidam *cod.* | fluvius] fluvius *cod.*
5 Arismaphi] Armenspidi *Otia imp.* 11 Gogmagog] Gogmagog *cod.* 13 XVIII] VIII *scr. et post add. sup. l. X cod.*
octo *Otia imp.* 17 Ysorotus] id est Ysoretus 23 crudam] crudam *cod.* 31 habentes] habens *scr. et post add. sup. l. -te- cod.*

[Cap. 20. De Ethiopibus.]

Circa inhabitales mundi partes et eciam in Ethiopia, reperiuntur homines nigra cute. Sed si illa nigredo an nec ne sit accidentalis vel naturalis relinquo prudencioribus, de quo tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “corium vel cutis”. Sed
 5 tamen illa nigredo deleri non potest, eciam cute excoriata. Dicitur quod coytus cum muliere tali nigra prodest renibus.

[Cap. 21. De quibus mulieribus que habent barbas usque ad mamillam.]

Mulieres quedam sunt que habitant in quibusdam insulis \circa regiones Ethiopie/, que habent barbas usque ad mamillam, pellibus animalium indute; de venacione vivunt.
 10 Habent tigres pro canibus et leopardos et alia ferarum genera.

[Cap. 22. De Strumosis.]

In Burgundie partibus circa Alpes sunt homines quidam, habentes \sub guture/ strumam vel potius guttur magnum et protensum usque ad ventrem ut amphoram magnam, quod indicatur esse ex superfluitate carnis et pinguedinis.

15 [Cap. 23. De hominibus in India qui habent manus adversas.]

Homines reperiuntur \in India/ manus adversas habentes, ungues aduncos, pellibus pecudum induti, carnes et pisces crudos devorantes.

[Cap. 24. De Antipedibus in Libia.]

In Libia sunt Antipedes, plantas adversas, octonos in pedibus articulos habentes.

20 [Cap. 25. De Garrinaris, Orestis et Coartrahis.]

Homines sunt in India Garrinarii, Oreste, Coartrahe, quorum silve tangere videntur ethera.

[Cap. 26. De mulieribus in Scithia.]

Mulieres sunt in Scithia, in oriente \prope Indos/, dentes aprinos habentes, capillos
 25 usque ad talos; in lumbis caudas [f. 9r] bovinum, alte stature, specioso corpore quasi pedes camelinos habentes.

3 nigredo] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 11 (p. 320-321). 8 Mulieres...genera] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 31-34, p. 99. | \circa...Ethiopie/] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 2,4 (p. 214). 12 In...magnam] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 3, 5, l. 47-50, p. 99. 16 Homines] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 3, 5, l. 11, p. 99. | manus...habentes] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 3, 5, l. 11-12, p. 99. 19 In...habentes] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 3, 5, l. 11-12, p. 99. 21 sunt...ethera] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 184-185). 24 dentes...camelinos] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 77 (p. 702-703).

2 Circa] Ciirca *cod.*; Ethiops *add. in marg. cod.* | inhabitales] inhabiles *scr. et post add. sup. l. -ta- cod.* 3 an] ante an, *scr. et post exp. sit cod.* 5 nigredo] nigre- *scr. et post add. sup. l. -do cod.* 12 In] Strumosus *add. in marg. cod.* 13 magnum] mgnum *scr. et post add. sup. l. a cod.* 19 Antipedes] antipededes *scr. et post exp. -de- cod.* | octonos] octo pedicas *scr. et post exp. -pedicas, et add. sup. l. -nos cod.* 21 Garrinarii] Garmairi *Otia imp.*

[Cap. 27. De Monopedibus.]

Homines \in India/ alii sunt, qui unum pedem tantum habentes, velocissime currunt. Pes autem est tante latitudinis, quod eius planta contra solis ardorem, umbram sibi facit spaciosam. Idem facit contra imbrem.

5 [Cap. 28. De Ypifagis.]

Homines quidam sunt in insula Brixantis \alias Brisonis/ fluvium, \in partibus Indie/, qui absque capitibus nascuntur, quos Ypifagos Greci vocant, octo pedum altitudinis; tota officia capitis in pectore gerunt, nisi quod oculos in humeris habent, pro naso et ore duo foramina habent in pectore. Setis autem orridis ut bestie circumdati sunt.
10 Ibidem eciam sunt quidam homines quorum corpora sunt mirifica altitudine scilicet XII pedum, facie bipertita, naso longe et corpore macilento.

[Cap. 29. De quodam genere hominum qui dicuntur Arismaphi vel Cyclopes.]

Hominum quoddam genus est in insulis, ubi Ethne incendium oritur, qui Arismaphi vel Cyclopes dicuntur, unum oculum sub asperrima fronte habentes ad clipei latitudinem. Hii sunt tante altitudinis, ut altas arbores excedant. Sanguine vescuntur.
15 Visun est quod unus eorum in antro suo resupinus iacens, una manu duos viros tenens, ambos crudos devoravit.

[Cap. 30. De hominibus cornutis.]

Homines visi \sunt/ cornuti et alii habentes caudas, quod apparet in aliquibus
20 anglicis.

[Cap. 31. De Caninis.]

Homines reperiuntur habentes os et nasum ac totam faciem ut canis, et pro voce latratus canum emitunt et incedunt manibus, brachiis et cibiis prostati ad terram ut cetera animalia bruta, qui pellibus pecudum induuntur, in cavernis habitantes. Femine
25 tamen eorum erecte incedunt; habent eciam huiusmodi homines ungues aduncos.

2 Homines] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 20, p. 99. alii...imbrem] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb-15va. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 20-23, p. 99. 6 Homines...Brixantis] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 74-75, p. 100. | Brisonis/] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 74 (p. 700-701). | fluvium] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 16rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 75, p. 100. 7 qui...macilento] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15va et 16rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 24-25, p. 99 et l. 75-79, p. 100. 13 Hominum...devoravit] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb et 16ra. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 19-20, p. 99 et l. 59-64, p. 100. 19 Homines...caudas] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 42-43, p. 99. 20 anglicis] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* (p. 854-855). 22 Homines] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 13, p. 99. | canis...emitunt] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb et f. 15vb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 14-15, p. 99. 24 pellibus...induuntur] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 14, p. 99. 25 habent...aduncos] Ox, l. De monstruosis hominibus, f. 15rb. Cf. THOM. CANT., *Liber de nat.*, 3, 5, l. 14, p. 99.

2 Homines] Monopes *add. in marg. cod.* 6 Homines] Ypifagus *add. in marg. cod.* | fluvium] fluvii Ox 8 pectore] pecto- *scr. et post add. sup. l. -re cod.* 10 corpora] copora *cod.* 13 Hominum] Cyclopes *add. in marg. cod.* | incendium] incedium *cod.* | Arismaphi] Arismaspi Ox 14 clipei] cliepei *scr. et post exp. -e- cod.*

clipei] clepei Ox 16 Visun] Visus Ox | iacens] *ante iacens, scr. et post del. et exp.* sum est quod unus eorum in antro suo resupinus *cod.* 22 Homines] Caninus *add. in marg. cod.* | totam] *ante totam, scr. et post del. et exp.* cetera *cod.* 23 canum] *ante canum, scr. et post exp.* latratus *cod.* 24 pecudum] pecu- *scr. et post add. sup. l. -dum cod.*

[Cap. 32. De hominibus gimbosis.]

Homines reperiuntur gimbosi, quod quandoque accidit a natura quia sic nascuntur, et aliquando evenit accidentaliter.

[Cap. 33. De hominibus qui habent plura officia membrorum.]

5 Homines reperiuntur habere plura officia membrorum ut sex digitos in manu, et [f. 9v] aliqua membra longiora vel laciore habere vel carere aliquibus membris, et sic nasci de utero matris quod; qualiter procedat, relinquitur divine dispositioni.

[Cap. 34. De hominibus nascis cum maculis in facie.]

10 Reperiuntur homines nasci cum maculis in facie vel aliis membris quod contingit propter nimiam habundanciam sanguinis menstruosi, qui cadit nimis habunde super puerum in utero matris, sicut dixi supra titulo de infusione anime circa finem.

[Cap. 35. De silvestribus.]

15 Homines alii sunt pilosi, silvestres, agrestes, magni et cetosi ac feri in fluminibus, sicut in terra valentes, piscibus et venacionibus viventes, quorum ferocitas terret animalia cuncta. Et quod homines \sub aquis manere et vivere valeant, vide mirabile. Reffert \enim/ Gervasius quemdam Nicolaum Pipam hominem de Apulia descendisse ac intrasse mare ex coactione regis Siculi Rogerii, cuius mansio continua in mari fuit, maxime versus illam maris partem qua distinguitur Cicilia modico freto ab Italia, ubi propter voragines marinas solent naves absorberi vel collidi, qui locus Farum vulgariter
20 numcupatur. Hic tamen homo maritimas belluas non timens, quia notus eis et familiaris, prenunciabat nautis discurrentibus in pelago instantes tempestates, asserens in maris fundo esse montes, silvas et arbores eciam glandifferas. Et illum numquam postulasse ab hominibus nisi oleum cuius beneficio fundum maris inspicere valeret. Ad cuius rei fidem, reffert idem Girvasius, glandes marinas in littore maris sepe prospexisse. Unde
25 solent in nonnullis partibus pueri erudiri, ut possint moram sub aquis trahere, de quo tangam infra de natura fluviorum capitulo finali.//

[Cap. 36. De gemellis.]

30 Reperti et visi sunt homines duo quorum corpora erant simul carne iuncta ab uno latere \corporis/ et sic natos fuisse, \et/ duo capita et cetera singula membra ut ceteri homines habentes. Et ego vidi \in Avinione/ duos tales, quorum unus predecessit et supervivens, propter alterius corrupcionem paulo post obiit. \Et huiusmodi monstrum putatur evenire ex infusione signi gemini. Quemadmodum videmus in pullis qui nascuntur cum duobus capitibus vel cum alia diformitate.//

13 Homines...valentes] Ox, l. De monstrosos hominibus, f. 15va-15vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 3, 5, (p. 99, l. 35 et 37-38).

5 habere] habre *scr. et post add. sup. l. -e- cod.* 10 habundanciam] habunciam *scr. et post add. sup. l. -dan- cod.* | menstruosi] mestruosi *cod.* 13 Homines] silvestris *add. in marg. cod.* | cetosi] id est setosi 16 quemdam] quem- *scr. et post add. sup. l. -dam cod.* | descendisse] descendisse *cod.* 18 Cicilia] id est Sicilia 22 silvas] sillvas *scr. et post exp. -l cod.* 28 Reperti] gemelli *add. in marg. cod.* | quorum] qorum *scr. et post add. sup. l. -u- cod.*

[Tit. VII.] De natura pecudum. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

Animalia que carne et preda vescuntur, breviora colla habent hiis que herba
 pascuntur. Omne animal carens pulmone caret voce, de quo dixi supra de anathomia
 5 humani corporis capitulo “pulmo”. Nullum animal eicit sperma sive dormiendo sive
 vigilando nisi in coytu preter hominem. Crementum omnium animalium in eo \est/, in
 quo delectatur naturaliter. Animalia utensia diversis modis arborum sunt diversorum
 colorum. Animalia que ruminant cicius inpinguantur modico cibo quam que non
 ruminant. Animalia corporis \magni/ sunt parve generacionis et parvi multe. Animalia
 10 que ruminant siccam habent pinguedinem et duriolem quam alia, porco excepto.
 Animalia que non habent cerebrum, non dormiunt, dixi supra de anathomia humani
 \corporis capitulo “cerebrum”/.

[Cap. 2. De asino.]

Asinus est animal valde frigidum, ideo non generat in locis frigidis, propterea non
 15 coeunt nisi in estate, tempore calido. Asina per annum et mensem gestat fetum in utero.
 Si asinam a pullo suo amoveas pullumque sequi prohibeas, manebit pullus ibi ubi mater
 eum dimisit, nec \a/ quinque passibus movebit gressum suum animal, sed matrem
 expectabit. Asininum lac calidum confirmat dentes et eorum dolores cedat, si ex eo
 fuerint perfricati. Si aliquid intingatur lacte asine, omnes pullices de camera ibi
 20 congregabuntur. Alia remedia contra pullices, videbis infra de natura vermium capitulo
 “pulices”. Item si lana succida intinguatur in lacte asine, prodest ad concipiendum si
 ligata portetur per mulierem super umbilicum, ibi donec iaceat cum viro suo. De
 cadaveribus asinorum procreantur scarabei, de quo dicam infra de natura vermium
 capitulo “apes” circa finem, et capitulo “scarabei”. Asinus inter cetera animalia
 25 magnum habet membrum genitale. Ex asina et tauro vel econtra de vacca et asino
 procre- [f. 10r] atur iumerrius sic vulgariter dictus, de quo dicam infra suo loco. Asinus
 libenter vescitur cardonibus, de quo infra de natura herbearum capitulo “cardus”. De
 genere asini vel saltim de eius similitudine sunt lencocrota, onager, onosautaurus,
 iumerius, mulus, de quibus videbis infra hoc titulo in suis propriis locis. \\In capite asini
 30 tres lapides procreantur dum ad antiquitatem pervenerit, videlicet unus in cerebro,
 qui prodest adversus epilenciam, alii duo generantur in maxillis et valent contra dolorem
 cordis.//

3 Animalia... voce] Ox, c. [Generaliter] de animalibus, f. 16va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 1 (p. 102-103 et 105, l. 29-31, 39 et 133-134). 5 Nullum...naturaliter] Ox, c. [Generaliter] de animalibus, f. 16va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 1 (p. 105, l. 136-137 et 139-140). 8 Animalia...dormiunt] Ox, c. De cerebro, f. 5ra et c. [Generaliter] de animalibus, f. 16va-16vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 1, 3 (p. 16, l. 26-27) et 4, 1 (p. 105-107, l. 147-149, 179-180 et 232-233). 14 Asinus...perfricati] Ox, c. De asino, f. 16vb-17ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 2 (p. 109, l. 25-30 et 33-35). 32 cordis//] post cordis, add. in marg. alias manus Si ex eius axungia unxeris renes et lumbos tuos, eris mirabilis in coitu cod.

8 cicuis] ante cicuis, sunt diversorum scr. et post exp. cod. 12 \corporis...cerebrum/] add. sub l. cod. 14 Asinus] asinus add. in marg. cod. 18 cedat] id est sedat 20 congregabuntur] congregantur scr. et post add. sup. l. -ga- cod. 24 circa] ante circa, in fine scr. et post exp. cod. 26 iumerrius] iumerius scr. et post add. sup. l. -r- cod. 28 lencocrota] lencrota scr. et post add. sup. l. -co- cod.

[Cap. 3. De apro seu porco.]

Aper seu porcus, ut dicit Liber rerum, doctrinam bonorum morum numquam recipit. Dentes eius, dum vivit, idem possunt quod ferrum, sed mortui vim incissionis perdunt. Invadere hominem non presumit, nisi prius ictum ab illo recipiat. Sunt et apri,
 5 de quorum faucibus cornua procedunt. Sunt et alii de quorum tergo procedunt iacula, qui dicuntur istrices vel secundum vulgus porci spini, de quibus infra capitulo “istrix”. Inter apros domesticos, minus semper fortitudine prevalens aliis dominatur. Femella quando parit, dat primam mamillam primo filio. Porcine carnes in estate post verum tempus nocive sunt ad comedendum, quia calido tempore dormit plusquam
 10 competit nature. Castrantur femelle, iuba prius recissa, et ita inpinguescunt in estu. Tamen sompno inhiant, ut etiam moriantur liturgia nisi sepius exitentur. Mares non ultra triennium generant. Testiculi verris prosunt inpregnacioni et conceptioni mulieris, de quo dixi supra de generatione humana; et ibi vide de genere seu natura porci est animal ibrida, de quo dicam infra hoc eodem titulo capitulo “ibrida”. Fel porci fere
 15 \tantum/ prodest oculis quantum fel hominis, dixi supra de anathomia humani corporis capitulo “fel”. \Prodest etiam fel porci ad conceptionem, si virga virilis et genitalia cum eo ungantur.//

[Cap. 4. De bubalo.]

Bubalus, ut dicit Liber rerum, animal est bove maius, colore nigro, cornua habet
 20 tortuosa et longa, menbra macilenta. Et valde acrobe est cum provocatum fuerit. Usibus humanis est acomodatum. In huius nare anulus ereus ponitur, ut facilius obediat homini; si ei fuerit onus grave ultra voluntatem inpositum, statim cum onere in terra sternitur nec defacili cogitur ad surgendum etiam ictibus, nisi alleviatur. Hoc animal alio nomine bisontes dicitur.

25 [Cap. 5. De bonaco.]

Bonacus, ut dicit Solinius, animal est cui est taurinum capud et iuba equina. Cornua habet tortuosa, inflexa. \Galacia regio gignit hoc animal, et quando se inmiscet cum leviathan serpente in adulterio, procreatur Tarasca, de quo dicam infra de natura serpentum capitulo “leviathan” et capitulo “Tarasca”.// Hoc animal agittatum fimum
 30 ventris emittit post se per spacium iugeris unius, cuius ardor adurit prosequentes. Sic ab inimicis, hoc animal se defendit.

2 Aper...procedunt¹] Ox, c. De apro, f. 17ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 3 (p. 109-110, l. 1-3, 5-6, 17-18 et 41). 7 Inter...generant] Ox, c. De apro, f. 17ra-17rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 4 (p. 110-111, l. 4-5, 10-11 et 40-45). 19 Bubalus...dicitur] Ox, c. De bubalo, f. 17rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 10 (p. 112-113, l. 1-5 et 10-14). 26 Bonacus...inflexa] Ox, c. De bonaco, f. 17rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 11 (p. 113, l. 1-2). 27 \Galacia...gignit] *Sanctuarium* vol. 2 (p. 235, l. 48-49). 29 Hoc...prosequentes] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 11 (p. 113, l. 3-5). | Hoc...defendit] Ox, c. De bonaco, f. 17rb-17va.

2 Aper] aper seu porcus *add. in marg. cod.* | doctrinam] *ante doctrinam, scr. et post exp. nullam cod.*
 5 faucibus] frontibus Ox 7 minus] unus Ox 11 Tamen] tantum Ox 12 triennium] terminum Ox
 16 capitulo] *ante capitulo, scr. et post exp. capitulo cod.* 19 Bubalus] bubalus *add. in marg. cod.*
 26 Bonacus] bonacus *add. in marg. cod.* 28 procreatur] *ante procreatur, scr. et post del. et exp. ex quo cod.*
 29 leviathan] *ante leviathan, draco et scr. et post exp. cod.* | agittatum] gittatum *cod.* 30 adurit]
ante adurit, scr. et post exp. esurit cod. | prosequentes] persequentes Ox | ab] *ante ab, scr. et post exp. se cod.*

[Cap. 6. De camelo.]

Camelus est animal deforme, ut dicit Iacobus, binos habens in corpore gimbos: in dorso unum et in pectore alterum, cui incumbit. Vestigia habet cornulenta. Sunt quidam ad onera ferenda acomodati, quidam seniores, sed nec isti ultra iusta pondera recipiunt
 5 nec ultra solita spacia volunt [f. 10v] egredi. Cum onerandi sunt, percuciantur circa genua, statim inclinantur ad onus. Lutulentas aquas libenter bibunt turpidas, puras fugiunt vel conculcant ut turbentur. Irati, strident orribiliter. Dicit magnus Basilius quod tenacem habent memoriam, et in rancore sunt perseverantes. Cum fuerit camelus percussus, diu dissimulat, et si fuerit oportunitum, se vindicat. Liber rerum dicit hoc:
 10 Camelis inest pietas, ut, si in grege aut stabulo aliquis egrotaverit, quod non manducet, alii compaciendo sibi abstinent. Est aliud genus camelorum, quos dromadarios vocant, cursu veloces. Dicunt aliqui quod os cameli tritum et pulverizatum et cum aqua mixtum et inpositum super murum mansionis, cassat et interficit mures.

[Cap. 7. De cane.]

15 Canis, ut dicit Iacobus, bestia est ad ludendum docilis. Amat dominum suum intantum, ut aliquando mortem incurrat. Unde Ambrosius in Exameron: Anthiochie miles quidam fuit qui, depredando, hominem occidit habentem canem in comitatu, et hoc in tenebris noctis. Die autem veniebant homines ad corpus inspiciendum. Canis vero lacrimabiliter deflebat dominum suum; advenit etiam latro contra quem canis
 20 sequestratum audaciam ulcionis assumpsit et eum tenuit quidem insaciabiliter quasi reum criminis. Unde innumurans universos convertit in lacrimas, et reum occiderunt. Iacobus dicit quod quoddam est genus canis, qui fures odoratu intelligit. Solinius dicit canes soli nomina sua noverunt. Rabies canis medetur seno alias sepo gallinacio mixto cibis. Morsui eorum medetur \mellissa vel frumentum, aut// radix silvestris rose
 25 \pistata et morsui superposita. Prodest etiam succus cepe albe pistate. Item si ibi aponantur sanguissuge. Ad idem prodest succus rute vel alleorum et mellis. Refferunt vulgares quod si cani rabioso detur congerium per dominum vel dominam, magistrum prohibendo ne illuc redeat quod de cetero ibi numquam redit. Canis// libenter pulcra loca deturpat. Canis, quando nascitur, ante dies decem non aperit oculos propter
 30 viscosam humiditatem in palpebris que debili etate in calore solui non potest. Homini et cani, mamille tumescunt etate \et/ coytu. In estate \alias etate/ difficile egerunt et quasi cum morte urinam prohibeunt. Postquam canis comederit de cadavere humano, moritur, licet \non/ statim, sed forte ita manet uno die et nocte. Stercora canum prosunt ad aptanda coriam et ad conficiendum sulfur. Legitur quamvis omnino pro vero \non/
 35 asseram quod sanguis canis sparsus per parietes domus tollit sortilegia et fachuras. Item si aliquis loquatur in sompno, suspendatur ei in collo dens canis. Dicitur etiam quod frustrum lingue canis nigri portatus non permittit ceteros canes latrare. Lac caninum potatum cum melle prodest mulieri ad eiciendum fetum mortuum de corpore. Dens canis suspensus in collo pueri, in ortu dencium prodest ei ad sedandum dolorem. De
 40 genere vel natura canis sunt fere ista animalia : lupus, vulpes, pachio, corocrotes,

2 Camelus...veloces] Ox, c. *De camello*, f. 17va-17vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 12 (p. 113-114, l. 1-2, 4-9, 12-14, 20-21, 24-26, 28-30 et 32-34). 15 Canis...medetur] Ox, c. *De cane*, f. 17vb-18ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 13 (p. 114-115, l. 1-7, 9, 14-15, 24-26 et 55-56). 24 radix...rose] Ox, c. *De cane*, f. 18ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 13 (p. 115, l. 56). 28 libenter...nocte] Ox, c. *De cane*, f. 18ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 13 (p. 116, l. 88-89).

2 Camelus] camelus *add. in marg. cod.* 3 cui] cum Ox 4 acomodati] acomadati *cod.* 6 onus...aquas] onus lucubantes. Aquas *cod.* 15 Canis] canis *add. in marg. cod.* 16 Anthiochie] Anthichie *cod.* 30 debili etate] debilitate Ox

linciscus, iena et daxis caninus, de quibus dicetur infra in suis locis propriis. \In regione Albanie, \Asie maioris/, sunt canes ingentes tanteque feritatis ut tauros et leones perimant. Canes quando senciunt se gravari, comedunt herbam graminis naturaliter eis notam et purgantur, sicut dicam infra de natura herbarum capitulo “gramen”.

5 [Cap. 8. De castore.]

Castor, ut dicit Solinius, a castrando dicitur quod quasi notum transeo. Non potest diu vivere, nisi caudam in aqua teneat, que similis est caude piscis. Edificat domos super aquas, permiscens [f. 11r], ut crescente et decrescente aqua descendat et ascendat. Experimentator dicit castores cum turba ad silvam vadunt. Et lingua dentibus abscisis ea
10 in cavernas suas defferunt. Nam unum pro vehiculo supinant erectis pedibus ponunt inter eius crura, lingnam componunt, sic cum cauda trahentes ad tecta ducunt. Cum arborem sectat, longius fugit videns an cadat. Vinum bullitum cum castorio et odor eius valet paraliticis. Castor cum venatur propter testes suos, qui sunt medicinales, ipse proprios testes dentibus abscindit, venatoribus derelinquens et sic a captura evadit. Sed
15 Solinius negat, sed dicit quod devorat testes cum agitur.

[Cap. 9. De calopo.]

Calopus, ut dicit Phisiologus, est animal acerrimum, longa habet cornua ut serra, quibus arbores cedat, nec homo sibi aprominquare audet. \Cum autem citinerit, vadit ad flumen magnum Euffratem. Est autem ibi arbor, que Grece dicitur hericiane, habens
20 virgulta subtilia et prolixa, et ibi incipit ludere cum cornibus ad arborem// et dum ludit, in virgultis cornua obligat et capitur, quia tunc clamat orride.

[Cap. 10. De capra aut hyrcos.]

Capra aut hyrcus, ut dicit Ysidorus, eque nocte ut die cernit et videt, sed nocte melius, ut dicit Aristotiles, unde iecur eius comestum vespertinam reddit aciem. Fel yrci
25 pilis palpebrarum superpositum eos anichilat. Nebulis et suffocacionibus oculorum medetur. Cornu capre ustum, si ponatur ante nares caduci, statim evadet. Fugat etiam serpentes. Si cum urtica fricentur mamille capre non pregnantis, exit lac quod etiam in hyrcos factum, reffert Aristotiles. Plinius: Si in ponte sibi occurrunt angusto, ita quod neutra cedere potest alteri. Una capra procumbit, ut altera transeat. Est capra silvestris in
30 quibusdam partibus ut in Sardinia. Est \eciam/ capriola quod est animal velocissimum

4 gramen/] post gramen, Dicit...meminerunt] Cf. Solinus, *De mirabilibus mundi*, 16, 10-11. 6 Castor... venatur] Ox, c. De castore f. 18ra-18rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 14 (p. 116-118, l. 1-2, 11-12, 17-18, 22-26, 47 et 65-66). 14 Sed...agitatur] Ox, c. De castore, f. 18rb. 17 Calopus...audet] Ox, c. De calopo, f. 18rb-18va. | Calopus...orride] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 16 (p. 118, l. 1-6). 18 \Cum...cornibus] Cf. Clark, *Bestiarium* c. 5 (p. 125). 20 dum...orride] Ox, c. De calopo, f. 18va. 23 Capra...silvestris] Ox, c. De capra, f. 18va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 18 (p. 118-119, l. 1, 6-8, 13-16, 20-25, 30, 35-36 et 44) et 4, 19 (p. 120, l. 1). 30 capriola] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 19 (p. 120, l. 1). | capriola...frangit] Ox, c. De capra, f. 18va-18vb et c. De manu, f. 114rb. Cf. Abramov, c. De humoribus corporis et primo de sanguine, p. 419.

1 caninus] ante caninus, porcinus scr. et post exp. cod. 4 gramen/] post gramen, Dicit Solimus [!] hec verba: Apio Iunio, consulibus, dampnatum dominum canis, cum abigi non posset, comitatus in carcerem, mox percussus ullulatu prosequutus est. Cumque ex miseratione populi ei cibus preberetur, ad os defuncti escam tulit. Ultimo adiectum in Tiberim cadaver annatans sustentare conatus. Recognoscunt itinerum meminerunt] add. in marg. alia recentior manus cod. 6 Castor] castor add. in marg. cod. 9 lingua] id est ligna 12 sectat] secat Ox 17 Calopus] calopus add. in marg. cod. | Phisiologus] Phisiolagus cod. 20 cum] ante cum, in virgultis scr. et post exp. cod. 23 Capra] capra add. in marg. cod. 29 neutra] ante neutra, una scr. et post exp. cod. netra scr. et post add. sup. l. -u- cod.

stans in montibus. Videt homines et cognoscit a longe ambulantes si sint venatores an non. Sanguis hirci cum \edera nutriti/ valet ad sanguinem coagulatum, et excicatus et bibitus cum melle, valet discenterie et lapidem frangit. Lac caprarum albarum prevalet quam nigrarum, de quo tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “mamille” et dicam eciam infra hoc titulo capitulo “ovis”. De genere et natura capre vel hyrci sunt hec animalia : orix, capriola, muscus, de quibus videbis infra. De capriola tamen vidisti statim. \Nota mirabile de stercore caprino: nam si caprini stercore baccam subtiliter excavaveris et in ea semen lactuce, nartusci, eruce et radicis vel rafani in miseris et tunc involutam fimo baccam terre orti optime culte brevi scrobe demerseris, raphanus nititur in radicem, cetera semina in summo pariter emergente prosiliunt singulorum sapore servato. Ungues caprarum uste et pulverizate si dentur in potu, restringunt hominem nimis urinantem vel urinam retinere non valentem. Fimus caprarum cum vino bullitum optimus est contra dolorem testiculorum, emplastro facto. Item urina capre sumpta, ydropisim curat.//

15 [Cap. 11. De caco.]

Cacus est animal setosum, ut dicit Adelinus, flammas vel flammeum spiritum a pectore suo eructans. Super Tyberim habitans, boves tres vel quatuor simul per caudas in atrium alias antrum suum trahit, gressum retrograde facit, ne investigari possit.

[Cap. 12. De cervis.]

20 Cervi postquam inveterati fuerint naribus, serpentes de cavernis trahunt et comedunt, postea fontem petunt et bibunt propter venenum et recipiunt sanitatem et iuventutem, et tunc amitunt cornua vetera et inde renascuntur nova; \de quo vide versus infra titulo de serpentibus in I capitulo et nota in l. II § fi. ff De vulga. et pupil.//. Mirantur latratus canum, et sibillum fistularum propter hoc sepius capiuntur. Curiositate ducti, omnia [f. 11v] stupent; propterea facilius se offerunt sagitantibus. Erectis auribus, acute audiunt submissis vero nichil. Cervo ad etatem veniente, vespe crescunt in capite evolantes ex naribus. Cum vulnerati fuerint, diptamum herbam comedunt et eiciunt sagitam, ut dicit Ambrosius, de cuius herbe natura et efficacia dicam infra de natura herbarum capitulo “diptamus”. Cibus continuus carniū illorum servat a febribus. 25 Saniores sunt carnes illorum, si solo ictu occidantur. Postquam cornua perdiderint, panidi et abditi latent. Dextrum cornu est utile medicine, negant aliqui reperiri ergo in aquis \prohiciunt/. Cornu servi combustum prodest contra vermes. Cervi pugnant inter se et victor dominatur reliquis. Agitatus ad lesitudinem, recuperat vires bibens fontem; transituri fluvium, unus quisque ponit capud super clunes alterius, et mutant vices in prenatando. Cornu cervi ustum fugat serpentes, sicut dicitur de cornu capre, ut dixi supra capitulo “capra”. Usque ad sex annos cornua recipiunt incrementum ramorum. 30

7 mirabile...servato] Petrus Cresc. 8, 8 (p. 25, 1-8). 16 Cacus...possit] Ox, c. De caco, f. 18vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 20 (p. 120, l. 1-3 et 15-18). 20 Cervi...iuventutem] Ox, c. De cervo, f. 18vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 22 (p. 121, l. 1 et 12-13). 24 Mirantur... Ambrosius] Ox, c. De cervo, f. 18vb-19ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 22 (p. 121-122, l. 28, 30, 32-33, 38-40 et 42-44). 29 Cibus...prohiciunt/] Ox, c. De cervo, f. 19ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 22 (p. 122, l. 52-54 et 71-72). 32 Cervi...reliquis] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 22 (p. 123, l. 104-105). | Cervi...serpentes] Ox, c. De cervo, f. 19ra. 36 Usque...calorem] Ox, c. De cervo f. 19ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 22 (p. 121-122, l. 3 et 51-52)

2 excicatus] id est exsiccat 3 discenterie] id est dissinterie 5 sunt] ante sunt, est scr. et post exp. cod. 17 pectore] pecto- scr. et post add. sup. l. -re cod. 20 Cervi] cervus add. in marg. cod. 29 carniū] ante carniū, illorum scr. et post exp. cod. 32 servi] id est cervi 35 cervi] ante cervi, servi scr. et post exp. cod.

Cerva si pariat, in via currit cum fetu post ventum, ne indagetur. Unguentum de medulis cervi valet infirmis contra calorem. Cornu cervi prodest mulieri parienti. \Ossiculus qui in corde cervi reperitur, prodest et convenit medicine, et confortat cor hominis.// Cervus caret felle et ideo diu vivit, sicut tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo
 5 “fel” in fine. \Quod intellige non habere fel scilicet super epar, sed tamen sub cauda habet, quod valet comestum ad fraccionem lapidis. Idem valet unccio ex eo. Si virga cervi abluatur et eius ablucio detur ad potandum, valet contra difficultatem mingendi, et solvit coliacam.// De genere et natura vel similitudine \cervi/ sunt hec animalia in parte:
 10 calopus, de quo dixi supra; equicervus, sanguiger, tragelaphus, de quibus infra hoc titulo in suis locis.

[Cap. 13. De cimera.]

Cimera, ut ait Iacobus, bestia est in partibus Babilonie, alta antierius et dimissa posterius. Sed verius putarem hoc animal non esse in rerum natura cum dicatur ex impossilibus componi.

15 [Cap. 14. De cerogallo.]

Cerogallus est animal lege prohibitum, parvum et debile, tamen infestum et rapax ceteris animantibus terre.

[Cap. 15. De coniculis qui alias dicuntur cyrogrilli.]

Coniculi, qui alias dicuntur cyrogrilli, coheunt adversus posterioribus. Magne
 20 fecunditatis sunt. Dicit Plinius: cum aliqui ex eis aliquid mali senciunt in locis quibus habitant, omnes simul illum locum dimitunt et dedignantes fugiunt. Nascuntur coniculi sine pillis, ad modum murium, unde matres ante partum fetus abstrahunt pilos de ventre earum et sternunt cavernam seu vivarios suos illis pilis ad fovendum fetum, qui exit de ventre nudus. Femelle post partum petunt masculos cum quibus coheant, alias si
 25 festinanter non haberent. Pre nimio furore fetus suos devorarent. \Coniculi in Galliis reperiuntur albi et nigri, licet communiter sicut grisii. Quolibet mense producant fetus. Vivunt coniculi ubique eciam in parvis insulis maris saxosis in quibus pabulum herbarum vix ymo nullum reperitur, ut patet in insulis Sicecades, que sunt contra portum Marssilie, de quibus mensionem facit Girvasius. Adeps coniculi multum valet,
 30 si ex eo ungatur locus pectinis ad provocandum urinam.// De genere natura vel similitudine coniculi sunt fere hec animalia: locusta \et/ tramen.

[Cap. 16. De corocrote.]

Corocrotas est animal, ut dicit Solinius, quod voces hominum immitatur. Huic dens unus est tam fortis, ut omnia comminuat. Ex cane et lupa generatur. Eciam similiter
 35 generatur linciscus, de quo dicam infra hoc titulo in suo loco.

12 Cimera...posterius] Ox, c. De cimera, f. 19ra-19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 23 (p. 123, l. 2-3). 16 Cerogallus...terre] Ox, c. De cirogrillo, f. 19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 24 (p. 124, l. 1-3). 19 Coniculi] Ox, c. De cuniculo, f. 19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 25 (p. 124, l. 9). | coheunt...fugiunt] Ox, c. De cuniculo f. 19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 25 (p. 124, l. 6-9). 33 Corocrotas...generatur] Ox, c. De corocrote, f. 19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 27 (p. 124, l. 1-5).

10 locis] Cineres caude cervi ueste et mixte cum vino rubeo, si unxeris virgam hominis ipsem faciet arrechare *add. in marg. alia recentior manus cod.* 19 Coniculi] coniculus *add. in marg. cod.* 24 quibus] qui- *scr., et post sup. l. add. -bus cod.* 33 Corocrotas] corocrotas *add. in marg. cod.* 34 Eciam] ante Eciam, et aliqui vocant hoc animal in vulgari lupam serveriam *scr. et post del. cod.*

[Cap. 17. De catapleda.]

Catapleda est animal, ut dicunt Plinius et Solinius, apud terium parva et eius umbra ita pestilens est, ut si in oculos alicuius effonderit, statim moritur.

[Cap. 18. De duram.]

- 5 Duram, ut dicit Aristotiles, forte et crudele animal est ac velox. Dum venatur, stercus emitit insequentes et retardat eos fetore.

[Cap. 19. De daxo.]

- 10 Daxus animal est, dicit Liber rerum, crura habens in sinistro latere breviora quam in dextro. Cum [f. 12r] agitur, ponit dextros pedes in valliculum rotarum vel rega quam facit aratrum et ita fugit. Venacionibus vivit et etiam pomis \et ceteris fructibus/ ac radicibus herbarum. Foveas subtus terram vel rupes sibi facit, quas vulpes suo stercore defecat, sicut dicam infra hoc titulo capitulo “vulpes”. De urina eius fiunt unguenta ad membra lesa, doloremque renum. Et est daxus illud animal quod secundum vulgare dicitur *tayson*, cuius sunt duo genera, quidam daxus est porcinus, habens capud
15 ad modum parvi porci et valet ac convenit esui; alius est caninus, habens capud canis vel potius vulpis, qui comedi prohibetur. \Testiculi daxi triti et bibiti cum aqua prosunt ad conceptionem, sumpti per hominem vel mulierem. Adeps huius animalis valet multum et confert ad membra gutosa.//

[Cap. 20. De elephante.]

- 20 Elephas, ut dicit Iacobus, animal est \Indie et est/ corpore ingens, habens rostrum cubitorum decem, quod dicitur promulcida, ex carne cartilaginosa, quo utitur pro manu. Bellicosum est. Super se valet defferre turrim cum quinquaginta armatis. Mugitus fragore turbat confidenciam adversariorum. Grinitu porcorum terrentur elephantes, unde nota de statu is ignitis Alexandri et grinitu porcorum quibus fugavit elephantes. Dentes
25 habent duorum cubitorum, sed pedes rotundos ut pomum. Lesos simul inter se recipiunt compaciendo. Nota de eorum captura per virgines, que pargunt, ubi habitant in desertum. Una habens urnam, altera gladium et cantant, quibus auditis, occurrit elephas et ingnocenciam virgineam naturaliter et castitatem veneratur, lambensque pectus et ubera delectando resolvitur in soporem. Tunc illa cum gladio ventrem perforat, altera
30 sanguinem urna recipit morientis. Hoc sanguine tunica regalis tangebatur, sicut dicitur de pisce murice, de quo videbis infra de natura piscium capitulo “murices”. Elephas mansuescit cicius omnibus animalibus ad obediendum homini. Inter hos et dracones iugis est discordia. Dracones totum eorum sanguinem bibunt et cum irruunt elephantes oprimuntur dracones. Propter pudorem in loco abdito coeunt, et postea non revertuntur

2 Catapleda...moritur] Ox, c. De cathapleda f. 19rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 28 (p. 125, l. 1-4). 5 Duram...fetore] Ox, c. De dura, f. 19va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 31 (p. 125, l. 1-4). 8 Daxus...rotarum] Ox, c. De daxo, f. 19va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 32 (p. 125-126, l. 1-4). 10 ita...vivit] Ox, c. De daxo, f. 19va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 32 (p. 126, l. 4 et 16). 12 De...renum] Ox, c. De daxo, f. 19va. 20 Elephas...tingebatur] Ox, c. De elephante f. 19va-20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 33 (p. 126-127 et 130, l. 1-4, 16, 18, 22-27, 30-31, 45-52 et 167-168). 31 Elephas...necat] Ox, c. De elephante f. 19vb-20ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 33 (p. 127-129, l. 42-43, 63-65, 85-86, 92-94, 107-109, 111-114, 117, 126-127, 137-139 et 144-145).

3 effonderit] offenderit Ox 8 Daxus] daxus porcinus, daxus caninus *add. in marg. cod.* 9 valliculum] vallicumlum *cod.* 20 Elephas] elephas *add. in marg. cod.* 25 Lesos] fessos Ox 27 occurrit] accurrat Ox 28 virgineam] virgeam *scr., et post -ne- sup. l. add. cod.* 32 ad] ab Ox 33 irruunt] -ruunt *scr., et post ir- sup. l. add. cod.*

ad socios, nisi aqua laventur. In aquis parit propter dracones. Post pugnam magnam curam habent vulneratorum et fessorum, in medium eos recipiunt. Paritura stagnum intrat ne fetus cadat in terram. Fetus in utero portat per biennium. Mures timent et fugiunt, quia eorum fetore vexantur. Frigidissime sunt nature, unde si ebori, quod fit ex hoc animali, pannus et super pannum carbo ponatur, non exurit. Muscas in tergo sedentes cute contracta inter rugas necat, et sic se defendit a muscis loco caude. Elephantes crura curvare nequeunt, unde aliquando ad quiescendum arboribus apodiantur, quod considerantes venatores secant [f. 12v] arborem ut cadant. Tunc ad barritum eorum currunt \alii et/ compaciendo gemunt, sed parvuli pro viribus elevant ut possunt et sic liberant. Elephas caret felle et ideo diu vivit, ut dixi supra de anathomia humani corporis capitulo “fel” in fine. Ad clarificationem faciei et ad tollendum maculas prodest limatura eboris. Prodest etiam ad candidandum dentes, si ex ea fricentur. Ebur clarificatur cum herba radice sciencie, de qua videbis infra titulo de natura herbarum capitulo “radix sciencie”. \Elephantis amplius quam semel non gignunt. Vivunt CCC annis. Si elephas serpentem invenerit, conculcando eam pedibus interficit.//

[Cap. 21. De equis.]

Equi plerumque in preliis adversarios sue partis noverunt. Et ille ad prelium utilior est qui profundius infigit nares in bibendo. Ad sonum bucine et tubarum gaudent. Equorum libido extinguitur iubis tonsis. Sic etiam fit aliquando in mulieribus capillis precisis, de quo dixi supra de natura anathomia humani corporis capitulo “capilli”. In Scitia \alias in Capadocia partis Asie maioris// eque ex ventis concipiunt et pariunt, ut dicit Plinius; \sed partus earum non amplius triennio vivunt; quod et in ultimis Yspanie finibus dicunt aliqui hoc evenire//. Eque inpregnate aliquando abortivum faciunt, si ante nares earum cere candela extingatur. Hoc etiam in delicatis mulieribus posset accidere, de hoc supra de nativitate hominis capitulo primo in fine. Multi equorum sunt qui tantum primos dominos noscere voluerunt, ut Bucifal equus Alexandri et equus Sitaris regis. Plinius et Solinius dicunt quod fuerunt equi, qui rectores in tantum dilexerunt, ut eis perditis morerentur. Ysidorus dicit solus equus preter hominem dolore affectus lacrimatur. Feminis scilicet equabus tanta pietas est in eis, ut si una moriatur, altera nutrit fetus eius. De carnibus equi quinque procreantur vespe, de quo dicam infra de natura vermium capitulo “vespe” et capitulo “apes”. Si alveus apium fumigetur testiculo equi, non audent vespe \ad/ locum illum accedere, dicitur in de natura vermium capitulo “apes”. Dens pulli unius anni positus in collo pueri facit provocare dentes sine lesione. Dens equi positus sub capite stertentis statim liberat eum. Dentes qui in equo primo nascuntur valent contra dolorem dencium, si cum illis tangantur. Si mulier non potest concipere, detur ipsi nescienti lac equinum et ea hora veniat cum viro et statim concipiet, ut dicitur. De natura vel saltim de eius similitudine in parte sunt hec animalia:

6 caude...liberant] Ox, c. De elephante, f. 20ra-20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 33 (p. 129-130, l. 145-146, 148, 151-152, 155, 158-160 et 162-163). 18 Equi...noverunt] Ox, c. De equo, f. 20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 131, l. 4-5). 19 est...tonsis] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 131, l. 3-6). | est...precisis] Ox, c. De equo, f. 20rb. 21 In...Scitia] Ox, c. De equo, f. 20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 131, l. 23). 22 eque...Plinius] Ox, c. De equo, f. 20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 131, l. 23-26). 24 Eque...accidere] Ox, c. De equo, f. 20rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 131, l. 26-29). 26 Multi...eius] Ox, c. De equo, f. 20rb-20va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 34 (p. 132-133, l. 70-78 et 84-86).

3 portat] ante portat, scr. et post exp. por cod. 8 secant] sectant scr., et post exp. -t- cod. 14 radix] radicix cod. 18 Equi] equus add. in marg. cod. 29 equus] equus cod. 32 Si] ante Si, scr. et post exp. circa finem cod.

eale et orasius ac equicervus, de quibus dicitur infra suis locis. \Sudor equi a muliere in potu sumptus partum de utero eicit et abortivum facit. Ut equus inpinguetur, decoque limacias sive testudines in aqua cum ordeo et fabbis cum sale, et comedat ordeum et fabbas. Ad idem valet caules cocti cum furfure et sale.//

5 [Cap. 22. De equicervo.]

Equicervus animal Grece est, ut dicit Solinius. Pilos habet velut equus, cornua habet velut cervus. Corpus eius ad quantitatem cervi, barbam habet ut hyrcus et sic est in parte de natura seu similitudine equi et cervi, et ideo dicitur equicervus.

[Cap. 23. De eale.]

10 Eale bestia est ut equus, ut dicit Solinius, cornua cubitalia habens ad movendum habilia. Cum pugnat, protendit unum et alterum \post tergum reflectit et/ replicat. Et est animal acerrimum, quod cetera animalia timent, nec audent homines illi resistere, nisi cum magno ingenio dum illud venantur. Est eius maxilla ut apri \alias capre/ et cauda elephantis. Est nigri coloris, in aqua et terra equaliter valens, et sunt huiusmodi animalia
15 versus Indias. [f. 13r]

[Cap. 24. De emochite.]

Emochites, ut dicit Aristotiles, animal est orientis, pene ad similitudinem tauri. Caro eius dulcis. Cum venatur, insequentes stercus emitit. Tempore partus alicuius conveniunt omnia \sui generis/ et circa parientem egerunt stercora instar muri.

20 [Cap. 25. De emostra.]

Emostra animal est, ut dicit Liber rerum, parvum in Germania. In estate congregat cibos pro hyeme, postea vero mas feminam expellit, quia avidior est in sumendis cibis mare. Femina autem callida foramen facit altera parte caverne et vescitur.

[Cap. 26. De erinacio qui girocillus dicitur.]

25 Erinacius, qui et girocillus dicitur et alias ericius, est animal spinosum et contrahit se cum timet, sed in aqua calida delectando resolvitur, ut videatur venter. Duos habet anos quibus egerit. Carnes eius stomachum confortant, ventrem solvunt, urinam provocant, elephantinis prosunt. Combustus cinis erinacii cum pisce liquida cicatrici pilos reddit. Aristotiles: Erinacii stando coeunt propter spinas in dorso.

30 [Cap. 27. De erminio.]

Erminium bestiola est de genere mustelle, mures persequitur. Huius pellibus utuntur divites.

6 Equicervus...habet²] Ox, c. De equicervo, f. 20va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 35 (p. 133, l. 1-4). 10 Eale...alterum] Ox, c. De eale, f. 20va. 11 replicat] Ox, c. De eale, f. 20va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 36 (p. 133, l. 1-5). 17 Emochites...muri] Ox, c. De emchite, f. 20va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 37 (p. 133-134, l. 1-2, 11-13 et 15-16). 21 Emostra...vescitur] Ox, c. De emstra, f. 20va-20vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 38 (p. 134, l. 1-5 et 7-8). 25 Erinacius...dorso] Ox, c. De erinatio, f. 20vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 39 (p. 134-135, l. 1-3, 7-8, 21-24 et 34-36). 31 Erminium...divites] Ox, c. De erminio, f. 20vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 40 (p. 135, l. 1 et 4-5).

6 Equicervus] equicervus add. in marg. cod. 10 Eale] eale add. in marg. cod. 11 pugnat] pugna scr., post sup. l. add. -t cod. 17 Emochites] emochites add. in marg. cod.; Emchites Ox 21 Emostra] Emstra Ox 25 Erinacius] erinacius add. in marg. cod. | girocillus] cirogrillus Ox 28 pisce] id est pice 31 Erminium] erminium add. in marg. cod.

[Cap. 28. De falena.]

Falena est animal quod est infestum homini erigenti superbe. Homini autem fugienti et humilianti se parcit.

[Cap. 29. De frusculo.]

- 5 Frusculum est animal maius mustella, coeunt prostrati. Si femina non habet marem tempore coitus, ut dicit Aristotiles, tumescit et moritur.

[Cap. 30. De furion.]

Furion, ut dicit Aristotiles, animal est luxuriosum; ad modum hominis coit.

[Cap. 31. De glire.]

- 10 Glix, ut dicit Liber rerum, est animal \ad modum muris, tamen// distinctum albo, nigro, rubeoque colore. Hyeme tota dormit, sed adveniente vere exitatum et ad se revertitur. In arboribus velut in terra currit. Pomis et aliis fructibus vescitur. \In capite gliris lapis invenitur niger et lucens ac rotundus, parvusque circa modum grani millii. Tamen illum necessarie est extrahi per hunc modum, ut statim capto vino gliri subito
15 abscindatur capud gladio, quod successive ponatur in formicario donec formice carnem consumpserint, et tunc lapis de cerebro extrahatur. Valet hic lapis portatus ad conservandum quesita et alia querenda, secundum Marbodum, qui secundum eum donatites appellatur, de quo tangam infra titulo de natura lapidum capitulo “donatites”.

[Cap. 32. De guessello.]

- 20 Guessellus animal est velut mustelle, in dorso ruffum, in ventre candidum. Egerit stercus odoriferum musco simile in odore, sed virtute inpar, de musco dicam infra capitulo “muscus”. Fugit visus hominum. \De simili stercore odorifero vide infra capitulo “onager”.

[Cap. 33. De ibice.]

- 25 Ibices, ut dicit Gregorius in Moralibus, animalia sunt que in petris habitant. Cornua habent longa; cum pericula senciunt, de rupibus se precipitant et cornibus se recipiunt, et dicitur in nominativo singulari ibex. Unde versus: ‘Ibex est animal, avis ibis, invidus ibis.’

2 Falena...parcit] Ox, c. De falena, f. 20vb-21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 41 (p. 135, l. 1-2 et 5-6). 5 Frusculum...moritur] Ox, c. De frusculo, f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 42 (p. 135, l. 1-2 et 12-13). 8 Furion...coit] Ox, c. De furione f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 43 (p. 136, l. 1 et 6). 10 Glix...animal] Ox, c. De glire, f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 46 (p. 136, l. 1). | distinctum...vescitur] Ox, c. De glire f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 46 (p. 136-137, l. 2, 24 et 28). 20 Guessellus...inpar] Ox, c. De guesselle, f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 49 (p. 137-138, l. 1-5). 22 Fugit...hominum] Ox, c. De guesselle, f. 21ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 49 (p. 138, l. 7). 25 Ibices...ibis] Ox, c. De ybice, f. 21ra-21rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 50 (p. 138, l. 1-4 et 6-8).

5 Frusculum] Furusculum Ox 8 Furion] furion *add. in marg. cod.* 11 adveniente] adveniete *scr., post sup. l. add. -n- cod.* 17 Marbodum] Marrodum *cod.* 20 Guessellus] Gussellus *scr., post sup. lin. add. -e-cod.*

Guessellus] Guesselles Ox | mustelle] mustella Ox 25 Ibices] Iibices *cod.* 27 invidus] invidis *cod.*

[Cap. 34. De ibrida.]

Ibrida est animal silvestre ex apro silvestri et porco domestico natum. De quo mensionem feci supra capitulo “aper” in fine.

[Cap. 35. De istrice qui alias dicitur porcus spinus.]

5 Istrix, qui alias dicitur vulgariter porcus spinus, ut dicit Solinius, animal est spinosum in terra et aqua potenter valens. Huic tergo ispida sunt iacula, quibus verberat canes vel homines proximantes. Estate latet, hyeme procedit. De hoc mensionem feci supra capitulo “aper”. [f. 13v]

[Cap. 36. De iena.]

10 Iena, ut dicunt Plinius et Solinius animal est, duas habens naturas, maris et femine, sicut dicitur de lepore, ut videbis infra capitulo “lepus”. Dicit Aristotiles: stabula sequitur equorum. Auditu assiduo addiscit nomina exprimere imitatione vocis humane, ut hominem evocatum occidat. Singultus humanos mentitur, ut canes veniant quos devoret. Canes venantes ienam, si unbram eius atingerint, perdunt vocem, quod latrare nequeunt. Colorem cum voluerit variat. Omne animal quodcumque lustraverit, heret
15 vestigio. Magnitudo eius ut lupi. In Affrica iene multe sunt, gemmas portant in oculis, de quibus videbis infra de natura lapidum capitulo “iena”.

[Cap. 37. De iumerrio.]

20 Iumerrius animal est quod ex asino et vaca generatur, de quo dixi supra capitulo “asinus”.

[Cap. 38. De leone.]

Leo, ut dicit Solinius, rex est animalium, \qui alias cameleon dicitur/, ita calide nature \est/, ut semper coeat. Leona in primis quinque catulos educit, secundo quatuor, tercio tres, quarto duos, quinto unum solum; deinde sterilis subsistit, ut dicit Aristotiles et hoc fit ex nimio calore. Cum parit, diebus tribus catulus dormit, donec advenientis patris rugitu tremescens excitetur. Leo adversantem contigit, prostratis parcit. Captivos obvios eripit. Sevit plus in viros quam in feminas, parcit tamen virginibus et pueris. \\Afectat leo per cacumina moncium ambulare, et quando descendit ad valles delet sua vestigia cum cauda, ne investigetur a venatoribus, vel ne terreat cetera animalia que
30 possit levius rapere. Cum leo nutritur, ad domesticandum castigatur non vi sed †...† exemplo per castigationem caniculi. Et notandum quod leo ex sui natura, quando dormit, numquam claudit oculos suos, secundum Philozogum.// Cum oprimitur \leo/ a

2 Ibrida...natum] Ox, c. De ybrida, f. 21rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 50 (p. 138, l. 1-3).
5 Istrix] Ox, c. De ystrice, f. 21rb. | Istrix...procedit] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 52 (p. 138, l. 1-2 et 4-7). | ut...procedit] ut dicit...procedit] Ox, c. De ystrice, f. 21rb. 10 Iena...femine] Ox, c. De iena, f. 21rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 53 (p. 138, l. 1-3). 11 Aristotiles...oculis] Ox, c. De iena, f. 21rb-21va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 53 (p. 138-139, l. 4-11 et 13).
22 Leo...animalium] Ox, c. De leone, f. 21va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 54 (p. 139, l. 1). ita...pueris] Ox, c. De leone, f. 21va. | ita...venatoribus] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 54 (p. 139, l. 8-12, 19-20 et 42-47). 32 Cum...Quartanam] Cum...quartanam] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 54 (p. 140-141, l. 49-51, 59-61, 68-71, 76-77, 88-90, 94-95 et 107). | Cum...petrosa] Ox, c. De leone, f. 21va-21vb.

2 Ibrida] ibrida add. in marg. cod. 5 Istrix] istrix add. in marg. cod. 10 Iena] iena add. in marg. cod. et¹] e scr., post sup. l. add. -t cod. 13 mentitur] metitur cod. 19 Iumerrius] Iumerius scr. et post sup. l. add. -r- cod.; iumerius add. in marg. cod. 22 Leo] leo add. in marg. cod. 25 nimio] ninio cod.

venatoribus canibus in venacione, contemptu recedit suscistitque interdum et anticipi
 recessu dissimulat timorem, et hoc in campis patentibus. In sillvis vero, non timens
 testem, quantum potest fugit. Cum esurit, in terra cum cauda facit circulum et rugiens
 terret animalia, ut ait Ambrosius, ut nec audeant transire circulum illum. Leo proprio
 5 furore interire dicitur, quia consumitur intra se igneo cruore captus. Rotarum timet
 strepitum. Ignem eciam timet et gallum album. Cum nimias carnes comederit, unguibus
 de gutture trahit. Idem facit, cum fugiendum est. Solinius dicit femellis magna est libido.
 Odore pardi coitum in adulterio sentit leo, et ideo leona in aquis se abluit, ne perpendat
 leo adulterium. Percussorem mira observacione novit, quem eciam ubilibet impetit.
 10 Quartanam patitur, ob hoc libenter comedit ut curetur. Unguibus parcit cum transit
 petrosa. Leo non habet medulam et que sit racio, dixi supra de anathomia humani
 corporis capitulo “medulla”. Salamandra leonem interficit, ut videbis infra de natura
 serpentum capitulo “salamandra”. Dicitur quod pellis leonis non permittit pannos
 devastari a tineis. Nota secundum quosdam quod si sanguine leonis corpus ungas, tutus
 15 eris a ceteris bestiis.

[Cap. 39. De leopardo.]

Leopardus, ut dicit Solinius, generatur ex leone et pardo. Qui vult [f. 14r] resistere
 leopardo, fricet alleum inter manus, cuius odorem senciens statim fugit. Cum infirmatur
 comedit sterco humanum et sanatur. Domesticatur ad venandum. Quod si mititur ad
 20 predam et eam quarto vel quinto saltu non capit, subsistit iratus irruique in venacione,
 nisi quis offerat sibi bestiam aliam.

[Cap. 40. De launa.]

Laune, ut dicit Liber rerum, est animal magnum et crudele. Brachia habet habilia
 ad quodlibet opus. Nocte exit silvas, dissipat ortos et arbores. Si inveniat hominem, eum
 25 mordet; quem autem sauciaverit, sanari non poterit, nisi audierit rugitum eiusdem
 animalis, hoc ait Aristotiles.

[Cap. 41. De lausam.]

Lausam, ut dicit Solinius, animal est sevisimum contra omnia animalia. Eciam
 formidabile est leoni et homini. Maxime autem persequitur animalia, que reliqua
 30 depredantur animalia.

[Cap. 42. De linxe qui dicitur lupa serveria.]

Linx, ut dicit Plinius, \dicitur vulgariter lupa serveria/, animal est quod ita
 perspicaces oculos habet, quod eciam solida corpora visu penetrat. Eius urina in
 preciosum calculum mutatur, qui ligurius vocatur, de quo vide infra de natura lapidis
 35 capitulo “ligurius”. Unde urinam fundit in terram \et statim sabulo cooperit, ne cedat in

17 Leopardus... aliam] Ox, c. De leopardo, f. 21vb-22ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 55 (p. 141-142, l. 1-4, 8 et 12-16). 23 Laune... Aristotiles] Ox, c. De lamia, f. 22ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 56 (p. 142, l. 1-7). 28 Lausam... animalia] Ox, c. De lausam, f. 22ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 57 (p. 142, l. 1-5 et 7). 32 Linx... Plinius] Ox, c. De linxe, f. 22ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 58 (p. 143, l. 1). | animal... vocatur] Ox, c. De linxe, f. 22ra-22rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 58 (p. 143, l. 2-3 et 17-18). 35 Unde... terram] Ox, c. De linxe, f. 22rb.

1 suscistitque] subsistitque Ox | anticipi] ancipiti Ox 7 trahit] trahit scr., post sup. lin. add. -r- cod. 10 comedit ut] comedit simiam ut Ox 17 Leopardus] leopardus add. in marg. cod. 20 irruique] irrui scr., post sup. lin. add. -que cod. 23 Laune] Lamie Ox 32 Linx] linx add. in marg. cod. 33 perspicaces] prospicaces cod. | quod] ante quod, scr. et post del. quod cod.

usus humanos, sic emulus et// invidens homini. Linx per novem parietes dicitur videre
 \et est bestia maculis in tergo distincta ut pardus, sed similis est lupo//.

[Cap. 43. De licaone.]

Licaon in orientis partibus bestia est preda vivens, ita varium quod nullus color
 5 desit, hambutum mutat. Pilosum est hyeme, estate nudum.

[Cap. 44. De lupo.]

Lupus rapax est animal et fraudulentum. Multa de lupo transeo quasi nota. Viso
 homini auffert vocem, ut dicit Experimentator, quia vi radiorum oculorum excicat
 arterias. Sed si prius videtur ab homine, perdit vocem, ut dicit Ambrosius: Si tibi lupus
 10 auffert vocem, solve amictum tuum, ut solvas vocem. Sed Plinius dicit: si se previsum
 senserit ab homine, deponit ferocitatem. Si te sequatur ferocitas, paulatim aliquod
 signum ipso te vidente, pone medium inter te et ipsum, et subcistet. Cum inter folia
 lupus incedit, madefacit pedes, ne faciant strepitum. Lapillus in vesica nascitur qui
 titires dicitur. Cor lupi combustum et incineratum et in potu datum epilepticos iuvat,
 15 quamdiu non polluuntur luxuria. Cum insidiatur pecori, si pes strepitum facit vel
 motum, mordet eum. Lupus aliquando domesticatur, sed semper venatores fugit. Ignem
 timet. Lupus dicitur a liquos quod est mordax. Vulnere ex morsibus eius et unguibus
 sunt venenosa, unde valet illud quod prodest ad morsum rabidi canis, de quo vide supra
 in capitulo “canis”. Quoddam genus lupi profert humanas voces et sic deludit pastores et
 20 canes, sic etiam dicitur in simili de corocrote, qui voces hominum imitatur et est de
 genere lupi, ut vidisti supra capitulo “corocrote”. Lupus est insaciabilis, de quo dixi
 supra de anathomia humani corporis capitulo “venter”. Dicitur quod si dens lupi portet
 in collo suspensus, non molestabitur portans a lupo. Item si dentem maxillarem et
 sinistrum lu- [f. 14v] pi in sinistra manu latenter portaveris, tam ab amicis quam ab
 25 inimicis amaberis. Plura etiam alia asservuntur de lupo, que omnino non recipio, nec
 omnino reffuto. Primo quod si virga lupi assa in clibano incidatur et trucidum unum
 ponatur in ore hominis, quamdiu tenuerit, non saciabitur coitu. Item pes lupi portatus in
 collo hominis vel animalis curat a febribus et languedine, ut dicunt vulgares. Dens lupi,
 pellis vel oculus eius portatus in brachio dat victoriam et facit portantem a magnatibus
 30 diligi. Cauda lupi posita in stabulo boum non permitit boves accedere. Capud lupi
 positum in turri columborum non permitit molestari columbos ab aliquo animali. Os
 pedis dextri lupi portatum in bello in summitate lancee preservat portantem ab omni
 molestia. \Lupus non gignitur in Sardinia nec ibi adductus vivere potest, sicut nec
 35 serpens, tangam infra de natura serpentis capitulo primo. Lupus nunquam potest
 retroflectere collum suum et aliquando fertur vivere preda, aliquando terra,
 nonnumquam vento. Reffertur ab aliquibus hominem quandoque transformari in
 speciem lupi, de quo dicam infra de natura serpentum capitulo primo. Quod lupus vento
 vivat nota C. De alimentis prestam l. fi.//

1 invidens...videre] Ox, c. De lince, f. 22rb. 4 Licaon...nudum] Ox, c. De licaone, f. 22rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 59 (p. 143, l. 1-3 et 5-6). 7 Lupus...canis] Ox, c. De lupo, f. 22rb-22va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 60 (p. 143-145, l. 1-2, 6-9, 11, 16-17, 19-24, 36-37, 60, 64, 69-74, 77-78 et 91-92). 19 Quoddam...canes] Ox, c. De lupo, f. 22va.

5 hambutum] id est habitum 7 Lupus] lupus add. in marg. cod. 8 excicat] id est exsiccat 12 subcistet] subistet scr., post sup. lin. add. -c- cod. subcistet] id est subsistet 20 corocrote] corcrote scr., post sup. lin. add. -o- cod.

[Cap. 45. De lincisco.]

Linciscus, ut dicit Experimentator, animal est acerrimum et generatur ex cane et lupa, sicut corocrotes, de quo dixi supra in capitulo “corocrotes”.

[Cap. 46. De lencocrota.]

5 Lencocrota, ut dicit Plinius, animal est \in India/ velocissimum omni animali. Corpus habet asini, clunes cervi, pectus et crura leonis, \pedes equi/, caput cameli, sed oris hyatum habet usque ad aures. Dentibus caret, sed habet os durum. \Cornua vero habet ut cervus.//

[Cap. 47. De leophita.]

10 Leophita, ut dicit Iacobus, bestia est que capta exuritur et cinere eius asperguntur semite leonum, quas si tetigerint, moriuntur leones. Hanc bestiam leones persequuntur, quam si ceperint, diserpunt et, ea moriente, moriuntur eciam leones.

[Cap. 48. De lacta.]

Lacta est animal modicum et prohibitum in lege, in sepulcris mortuorum habitat.

15 [Cap. 49. De lepore.]

Lepus \est animal sic dictum eo quod levi pede ambulat et quasi volando currit. Et habet utrumque sexum nota ff De verbo. signi. l. Hec verba ille aut ille in fine. Et// sicut dicit Liber rerum, sexum per annos mutat singulos. Triplicem fetum generat in utero, ut dicit Basilius. Lepus habet utrumque sexum et mutat per annos, ut dixi, sic dicitur de animali iena, de quo supra capitulo “iena”. Pulmo leporis superpositus medetur oculis, contritus et illinitus lesos pedes curat. Coagulum eius valet contra fluxum sanguinis et ventris. Alexander dicit femina leporis equitat marem in coyту. Cor leporis portatum in collo vel brachio prodest adversus cartanam. Vulva vel testiculus leporis decicatus et pulverizatus et per mulierem in potu sumptus iuvat ad concipiendum masculum, sic dixi supra de generatione humana, ubi plura alia diximus. Reffertur expertum quod si mulier
20 pregnans capud leporis comederit, \puer qui nascetur inde habebit oculos volubiles et instabiles. Sanguis leporis faciem mundificat. Cerebrum leporis crudum sumptum vel superpositum de corpore fetum expellit, et eciam ferrum vel infixum in vulnere, si ex opposito superponatur. Renes leporis decicati et pulverizati si detur in potu patienti
25 lapidem, prestant efficaciter sanitatem.//

2 Linciscus...lupa] Ox, c. De lincisco, f. 22va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 61 (p. 145-146, l. 1-2 et 6). 5 Lencocrota...est] Ox, c. De leucocrota f. 22vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 62 (p. 146, l. 1-2). | velocissimum...leonis] Ox, c. De leucocrota, f. 22vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 62 (p. 146, l. 2-3). 6 caput...durum] Ox, c. De leuc[o]crota, f. 22vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 62 (p. 146, l. 3-4). 10 Leophita...leones] Ox, c. De leochophyta, f. 22vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 63 (p. 146, l. 1-5). 14 Lacta...habitat] Ox, c. De lacta, f. 22vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 64 (p. 146, l. 1-2). 16 Lepus] Ox, c. De lepore, f. 22vb-23ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 65 (p. 146, l. 1). 17 sicut...Basilius] Ox, c. De lepore, f. 23ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 65 (p. 146-147, l. 1, 9-10 et 38-39). 20 Pulmo...ventris] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 65 (p. 147, l. 16-17 et 24-26). | Pulmo...coyту] Ox, c. De lepore, f. 23ra. 22 Cor...masculum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 65 (p. 147, l. 18 et 21-22).

5 Lencocrota] Lencrota scr., post sup. l. add. -co- cod.; lencocrota add. in marg. cod.

Lencocrota] Leucocrota Ox 10 Leophita] Leochophyta Ox 16 Lepus] lepus add. in marg. cod. 17 sexum] ante sexum, scr. et post exp. animal est quod cod. 20 superpositus] suppositus Ox

[Cap. 50. De lutere qui dicitur luria.]

Luter, ut dicit Liber rerum, \vulgariter dicitur *luria* et/ animal est astutum ad magnitudinem murilegi. Colore fuscum, ut dicit Plinius, pelle nitens, mollicie excedit plumas, nec cedit vetustati faciliter. Piscibus vivit quos sub aqua capit. Spiraculum
5 tamen recipit ab aere, unde sepius suffocatur in aqua, dum post pisces caveam factam ad capiendos pisces subintrat.

[Cap. 51. De locusta.]

Locusta animal est, ut dicit Iacobus, iuxta Ierusalem, quadrupes. Parvum est ad modum coniculi, sed capud habet magnum et carnosum et comestibile, et sicut dicit
10 Augustinus, hoc animali Iohannes vescebatur, et sicut differt a locusta verme et a locusta pisce, de quibus dicam infra de natura piscium et de natura vermium in suis capitulis. Gregatim incedit; unde Salomon: Regem locusta non habet et tamen egreditur per turmas suas. De hoc dicit Aristotiles quod locustam femellam quamdam nutriverat et eam procedente tempore invenit inpregnatam eciam sine masculo. Hec
15 enim est sua natura, quod aliquando parit sine mare. Dicitur eciam quedam herba locusta, sed nec illa vescebatur Iohannes, sed animali locusta ut dictum est. [f. 15r]

[Cap. 52. De mulo.]

Mulus, ut dicit Liber rerum, de asino et equa vel econtra generatur. Mule numquam concipiunt et hoc propter repugnanciam complexionum. Equus enim est calide nature et
20 asinus frigide. Legitur tamen quod aliquando mule pepererunt. \Si mulier super se portaverit, aliquid de ungue mule inpedietur concipere. Si fumigetur domus cum ungue mule, fugient mures ab ea.//

[Cap. 53. De monocrote.]

Monocrotos est animal, ut dicunt Solinius et Plinius, \in India/, monstruosum,
25 corpore equino, pedibus elephantis, cauda \porci/, suilla, capite cervino. Cornu in media fronte producit quatuor pedum, ita acutum quod omnia faciliter penetret. Numquam vivum capitur. Iacobus dicit quod capi non potest, sed bene interimi, numquam vivum venit in potestatem hominis. \Unde domari non potest. Hanc bestiam rinocerotem alii vocant, de qua in figura Pauli legitur in Iob: 'Numquid rinoceros serviet michi?'//

30 [Cap. 54. De moboso.]

Mobosus bestia est, ut dicit Adelinus, in ultimis partibus terre, magna. Rictus magnos et dentes fortes habet. Hominibus fortibus terribilis est, quia multa sevit in

2 Luter...rerum] Ox, c. De lutero, f. 23ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 66 (p. 147, l. 1). animal...subintrat] Ox, c. De lutero, f. 23ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 66 (p. 147-148, l. 1-5, 7-8, 13 et 15). 8 Locusta...verme] Ox, c. De locusta, f. 23ra-23rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 67 (p. 148, l. 2-4, 8 et 10-15). 12 Gregatim...mare] Ox, c. De locusta, f. 23rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 67 (p. 148, l. 15-16 et 18-22). 15 Dicitur...locusta²] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 67 (p. 148, l. 7-9). 18 Mulus...pepererunt] Ox, c. De mulo, f. 23rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 68 (p. 148-149, l. 1, 9, 16-17 et 25-27). 24 Monocrotos...hominis] Ox, c. De monocrote, f. 23rb-23va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 69 (p. 149, l. 1-7). 28 domari...michi//] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 190-191). 31 Mobosus...multitudinem] Ox, c. De moloso, f. 23va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 70 (p. 149, l. 1-6).

2 Luter] luter *add. in marg. cod.* 4 nec] *ante nec, scr. et post exp. eius pellis cod.* 8 Locusta] locusta *add. in marg. cod.* 18 Mulus] mulus *add. in marg. cod.* 24 Monocrotos] monocrotos *add. in marg. cod.* 31 Mobosus] Molosus Ox

obvios, tamen puerorum innocenciam et parvitatem multum timet, fugitque eorum multitudinem.

[Cap. 55. De mauricomero.]

Mauricomerion animal est orientis \in India/, ut dicit Aristotiles, pene simile leoni,
 5 tres acies dencium habet in ore suo. Facies eius et aures et oculi ut hominis sunt, cauda
 eius ut scorpionis, \oculorum suorum colorem glaucam habens sanguinei coloris//, vox
 eius ac si audias hominem loquentem similis tube. Venatur homines et comedit.

[Cap. 56. De manciora.]

Manciora animal est, ut dicunt Plinius et Solinius, monstruosum in omnibus simile
 10 pori bestie, nisi quod vocem habet velut in tubis canencium. Velox est cursu ut avis
 volatu. Triplices habet dentes, homines devorat.

[Cap. 57. De musco.]

Musculus animal est orientis, ut Platearius ait, ad magnitudinem capriole, de quo
 supra capitulo “capra”. In cuius inguine apostema crescit de superfluis humoribus, quod
 15 cum maturum fuerit, collidit illud et fricat ad arborem, ex cuius collisione apostema
 solvitur, et decurrit sanies ibique condempnata induratur. Et huiusmodi apostemata
 dicuntur musculus, qui est inter omnia aromata preciosior. Stercus eciam ipsius animalis
 dicitur musculus, sed primus multo melior est. Musculus perditore odore in fetore et latrinis
 recuperat virtutem, quia reluctando fetori reviviscit. \De stercore odorifero et simili
 20 musculo habes supra hoc titulo capitulo “guessellus” et infra capitulo “onager”//

[Cap. 58. De mamoneto.]

Mamonetus est animal, ut dicit Liber rerum, habens propriissime faciem hominis,
 nigram tamen et sine pilis usque ad frontem, sed ceterum corpus est pilosum, parvis et
 brevibus pilis. Caudam habet longam. Hoc animal manet in partibus occidentis. Collum
 25 habet maius capite. \Tanta libidine constringitur quod mulieres pro coitu invadere
 audet.//

4 Mauricomerion...orientis] Ox, c. De mauricomorio, f. 23va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 71 (p. 150, l. 1). | ut...scorpionis] Ox, c. De mauricomorio, f. 23va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 71 (p. 150, l. 1-5). 6 vox...comedit] Ox, c. De mauricomorio, f. 23va-23vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 71 (p. 150, l. 6-8). 9 Manciora...devorat] Ox, c. De manciora, f. 23vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 72 (p. 150, l. 1-6). 13 Musculus...capriole] Ox, c. De musco, f. 23vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 73 (p. 150, l. 1-2). 14 In...reviviscit] Ox, c. De musco, f. 23vb-24ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 73 (p. 150, l. 2-9). 22 Mamonetus...frontem] Ox, c. De mamoneto, f. 24ra-24rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 74 (p. 150-151, l. 1 et 6-7). 24 Caudam...capite] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 74 (p. 150-151, l. 3 et 11). | Hoc...capite] Ox, c. De mamoneto, f. 24rb.

4 Mauricomerion] mauricomerion *add. in marg. cod.*; Mauricomorion Ox 13 Musculus] musculus *add. in marg. cod.*; Musquelibet Ox 16 apostemata] apostema *scr., post sup. lin. add. -ta cod.* 18 latrinis] latrinis *scr., post sup. lin. add. -r- cod.* 20 onager//] Musculus valet contra sincopim et cordis debilitatem et cerebri et epatis et stomachi dolores. Hec Albertus *add. in marg. alia recentior manus cod.* Musculus...Albertus] ALB. MAGN., *De animalibus* 22, 120 (p. 1413, 27-29). 22 Mamonetus...audet//] mamonetus *add. in marg. cod.* 25 capite] ante capite, *scr. et post exp. habet cod.*

[Cap. 59. De mugali.]

Mugale animal est in lege prohibitum simile mustelle et est debile et infirmum, sed bestiis infestum. Est enim venenosum, unde mansuetum se fingit, sed cum appropinquat, sevit maxime in equos et mulos. [f. 15v]

[Cap. 60. De murilego.]

Murilegus est animal sic dictus, quasi mures legens. Venatur enim mures. Et alias dicitur catus Grece, quasi \cautus sive// astutus Latine. Et, ut dicit Iacobus, ita acute videt in nocte velut in die. Ablatis crinibus, quos habet circa os, audaciam perdit. Animal \est/ inmundum, quia cum venenatis pugnat. Amputande sunt eis aures ne silvescere incipiant. Dicunt aliqui quod testiculus murilegi nigri tritus et cum sale mixtus ac mirra fumigatus, fugat malum spiritum. Cor murilegi nigri ligatum et in sinistro brachio portatum, non permittit lesionem sentiri, nec aliquid cogitatum apreciari. Hec tamen non affirmo omnino pro veris. Femella quinque parit et concipit sine masculi commixtione, sicut dicitur de perdicibus et vulturibus, de quibus videbis infra de natura avium in suis capitulis. \Nota de murilegis quod ex natura eis inest quod si precipitentur, quantumcumque ex alto cadunt, erecti et pedibus se recipiunt, et raro ex causa pereunt. Adeps murilegi valet contra gutosa membra et ad nervos mollificandos et confortandos.//

[Cap. 61. De mustella.]

Mustella dicitur in Libro rerum quasi longus mus. Hec bestia in gremio subdola est. Catulos suos fert de loco ad locum ut non inveniantur, cum serpente pugnat et tunc involvit se ruta. Ideo in omni ruta et arte medicine dicitur esse perita. \Sed cum pugnaverit, accedit ad herbam dictam irincus, que in vulgari nominatur *panicaut* et cum illa se fricando et pungendo liberatur a veneno.// Eius fetus si occisos invenerit, cum herba quadam naturaliter sibi nota eos resuscitat. Solinius dicit quod basilicum occidit et tunc secum moritur interfecto eo. \Cum felle stellionis serpentis congregantur mustelle oculata natura, tangam infra de natura serpentum capitulo “stellio”.// Clemens papa dicit mustellam ore concipere et aure parere, sed Ysidorus hoc negat. Asserunt aliqui multa de mustella, que si sint vera, non \tamen/ sum expertus. Primo quod oculus dexter mustelle positus per septem dies in aceto et demum positus sub lapide anuli, prodest portanti adversus artem magicam et sortilegia. Item capud eius positum in turri columbarum, congregat et multiplicat eos. Dextrum brachium mustelle cum eius corio ligatum ad collum hominis, facit optinere quidquid vult a indice. Nam si quis experiatur ponendo ad collum pueri virginei, videbitur ei quod index habeat frenum in ore. Dicitur etiam si unguis dextri pedis mustelle cum pede eiusdem sinistro simul portentur per hominem, reddit eum facilem ad addiscendum scienciam, et idem si portetur cor eius et

2 Mugale...prohibitum] Ox, c. De migali, f. 24rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 75 (p. 151, l. 1). | infirmum...mulos] Ox, c. De migali, f. 24rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 75 (p. 151, l. 4-7). 6 Murilegus] Ox, c. De murilego, f. 24rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 76 (p. 151, l. 1-2). 7 dicitur...incipiant] Ox, c. De murilego, f. 24rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 76 (p. 151, l. 2-5, 8, 14-15 et 18). 20 Mustella...perita] Ox, c. De mustella, f. 24rb-24va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 77 (p. 152, l. 1, 3-8). 24 fetus...eo] Ox, c. De mustella, f. 24va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 77 (p. 152, l. 8 et 11-13). 27 Clemens...negat] Ox, c. De mustella, f. 24va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 77 (p. 152, l. 21-22).

2 Mugale] Migale Ox 6 Murilegus] murilegus add. in marg. cod. 8 in¹] ante in, scr. et post exp. videt cod. | quos] ante quos, scr. et post exp. quos habet cod. 11 nigri] ante nigri, scr. et post exp. nisi cod. 20 Mustella] mustella add. in marg. cod. 28 Asserunt] ante Asserunt, scr. et post del. et exp. Ocul cod. 30 demum] ante demum, scr. et post exp. depo cod. | prodest] podest scr., post sup. lin. add. -r- cod.

sinistra naris. Et sunt de genere mustelle vel saltim de eius similitudine hec animalia: varius, erminium, frusculum, guessellus, mugale, furion, speriolus.

[Cap. 62. De mure.]

Mus est bestia et, ut dicit Liber rerum, odor eorum elephantes vexat, sicut dixi
 5 supra capitulo “elephas”. Si mus aquam biberit, moritur, quia valde est humide nature. Mures plena luna edunt voces, alias muti sunt. Est quoddam \genus// murium, quos
 ratos dicimus. Hii tam perniciosi sunt in libidine, ut si urina eorum hominis nudam
 carnem tangat, usque ad ossa penetrare facit nec plaga unquam sanatur. Generacionem
 eorum lambendo constare, dicit Plinius, non coytu, eciam salis gustu fieri pregnantes.
 10 Lapilli candidi cum fetibus inveniuntur. Mures eciam ab humore terre nasci dicuntur. Stercus murium multum laxat. \Contra mures, vide supra capitulo “camelus” et infra de
 natura herbarum capitulo “elleborus” et capitulo “absinthium” et supra hoc titulo
 capitulo “mulus” et infra titulo I capitulo “niticorax”.

[Cap. 63. De onagro.]

Onager interpretatur asinus fortis et est asinus silvestris qui quinto decimo Marcii,
 15 ut dicit Ysidorus, rugit in die duodecies et tociens in nocte, ex hoc cognoscitur, equinoccium esse. Nascentibus masculis, ut dicit Solinius, patres testiculos amputant, quod scientes matres fetus occultant. Cum venatur, emitit odorificum stercus, quo canes
 detinet ut interim effugiat. Et habes simile de stercore odorifero supra capitulo
 20 “musculus” et capitulo “guessellus”. Sunt onagri in India, ut dicunt Aristotiles et Adelinus
 \vel secundum alios in Arabia iuxta regiones Alexandrie, eciam sunt in Polonia. Infra
 caput onagri reperitur lapis, qui valet adversus venenum et morsus bestiarum ac
 serpentum. Suntque onagri// fortissima animalia. Unum cornu habent in medio fronte
 forte et longum mire magnitudinis, et per hoc cornu magna saxa de rupibus evellunt.

25 [Cap. 64. De onosautauro (vel onosotauro).]

Onosautaurus, ut Ysidorus et Adelinus dicunt, animal est monstruosum. Habet
 asini capud et cor- [f. 16r] pus humanum. Alii dicunt habere corpus equinum, in
 superiorem partem hominis. Manus habet habiles ad omnes actus. Super insequentes, ut
 dicit Experimentator, prohibet lapides et ligna. Vocem habet quasi humanam, sed verba
 30 formare nescit, setosum est. Semi homo et semi asinus est.

[Cap. 65. De orice.]

Orix animal est, in parte similis \est/ yrco, de hoc dicit Ysaia: Si orire
 illaqueatur et cetera. Hec bestia moratur in Affrica, ubi terra caret aqua. Unde semper

4 Mus...vexat] Ox, c. De mure, f. 24va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 78 (p. 152, l. 1-3).
 5 Si...inveniuntur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 78 (p. 152-153, l. 5-6, 16-21, 23-24 et 26).
 Si...laxat] Ox, c. De mure, f. 24va-24vb. 15 Onager...effugiat] Ox, c. De onagro, f. 24vb. Cf. THOMAS
 CANTIM., *Liber de natura* 4, 80 (p. 153-154, l. 1-3, 5-6 et 13-14). 20 Sunt...Adelinus] Ox, c. De onagro,
 f. 24vb Ox. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 81 (p. 154, l. 1-2 et 8). 23 fortissima...evellunt]
 Ox, c. De onagro, f. 24vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 81 (p. 154, l. 2-4 et 8-10).
 26 Onosautaurus...est] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 82 (p. 154-155, l. 1-7 et 16).
 Onosautaurus...asinus] Ox, c. De onocentauro, f. 24vb-25ra. 32 Orix...sunt] Ox, c. De orice, f. 25ra. Cf.
 THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 83 (p. 155, l. 1-4 et 16-19).

4 Mus] mus add. in marg. cod. 15 Onager] onager add. in marg. cod. 21 in¹] ante in, scr. et post del.
 iuxta cod. | Alexandrie] Alexandre scr., post sup. lin. add. -i- cod. | Infra] ante Infra, scr. et post del.
 sunt que cod. 26 Onosautaurus] onosotaurus add. in marg. cod.; Onocentauro Ox 32 orire] orix Ox

siciens est licos sue vesice facit, ut homo in siti diu durare possit. Hoc latrones Getulie, qui carent aquis, experti sunt.

[Cap. 66. De orasio.]

Orasius est animal mirabile supra modum cui natura dedit, super omnes bestias
 5 quod in colore et omnium colorum genere sit tinctum. In anteriori parte altum est viginti cubitorum, in posteriori vero dimissum. Cui capud est equinum. Cum viderit homines eum intueri, vertit se huc atque illuc ut se ostendat gloriando.

[Cap. 67. De ove.]

Ovis, ut dicit Iacobus, animal est mansuetum. Cum sociam infirmam in fervore
 10 solis videt iacere, stat ante eam, ut faciat unbram et refrigeret eam. Agnus iam natus matrem inter alias oves belatu cognoscit, sed mater cognoscit agnum in odoracione. Pastores habent experimentum quod proiciunt aquam glaciale super caudas ovium; quam que excusserit, fortis est et illa servatur, que non excutit debilis reputatur. Ysidorus dicit quod vervex habet vermem in capite, et cum dat ei pruritus, in alterum
 15 se precipitat. Lupum agnus orret, licet numquam viderit. Dextro testiculo preligato vel exciso feminas generat, sinistro vero mares. Tonitrua pregnantibus ovibus abortus inferunt. Oves inpinguantur multum aquam bibentes, maxime turbidam. Post meridiem si oves et capre inpregnantur contra ventum septentrionalem, nascuntur masculi, si meridionalem, nascuntur femelle. De incensa domo vix eici potest ovis. Si eicitur iterum
 20 recurrit. Si iuniores festinant ad coytum, signum est pestis inter illas. Cuius coloris fuerit vena sub lingua, talis coloris generat fetum. Instante yeme, avide petit pastum. Lac ovium nigrarum melius est. Idem in mulieribus, ut dixi supra de anathomia humani corporis capitulo “mamille”. Sed e contrario est in capris, ut vidisti supra capitulo “capra”. Caro agnina sanis est sana, infirmis infirma. Oves aquam salsam bibentes
 25 piguescunt, unde comestum sal valet eis. Fel ovium mixtum cum oleo si ungatur lectus, occidit cimices, de quo et de aliis remediis vide infra de natura vermium capitulo “cimex”. \\Mirandum quod de osse lato scapule mutonis dici solet quod in eo plura de homine prenoscantur, de quo sunt quam plurimum experti pastores, maxime in montaneis Provincie prope castrum de Crillone. Et vidi fidedignos sic refferre et pro
 30 vero atestari.//

[Cap. 67. De pardis.]

Pardi, ut dicit Iacobus, bestie sunt habentes varietatem macularum. Experimentator dicit pardus saltu potius quam cursu insequitur predam. Hic se inmiscet cum leone in adulterio et inde nascitur leopardus, de quo vidisti supra hoc titulo capitulo “leopardus”.
 35 [f. 16v]

4 Orasius...se¹] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 84 (p. 156, l. 1-5 et 8). 9 Ovis...est] Ox, c. De ove f. 25rb-25va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 85 (p. 156-158, l. 1, 4-6, 9-10, 15-18, 28-29, 51, 55-57, 70-71, 75-81, 84, 92-93 et 98-99). 23 e...capris] Ox, c. De ove, f. 25va. 24 Caro...eis] Ox, c. De ove, f. 25va. 32 Pardi...adulterio] Ox, c. De pardo, f. 25va-25vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 86 (p. 159, l. 1-2 et 5-7).

1 licos] liquos Ox 4 Orasius] orasius *add. in marg. cod.* 9 Ovis] ovis, aries *add. in marg. cod.*
 11 belatu] *id est* balatu 29 Crillone] Guillone *cod.* 32 Pardi] pardus *add. in marg. cod.*

[Cap. 69. De panthera.]

Panthera, ut dicit Solinius, \gignitur in Scitia prope Indos et/ est animal colore varium, speciosum nimis quod orbiculis depictis refulget. Mansuetum est, sed inimicum serpentibus, \unde habet inimicum draconem//. Dum saciatum fuerit, per triduum
 5 dormit, inde surgit et rugitum emitit, tunc ceterae bestiae concurrunt ad suavitatem odoris qui egreditur de ore eius, sed terrentur torrvitate capitis sui \eamque secuntur quocumque ierit. Sed ipsam// solus draco timet et fugit. Ysidorus dicit hec bestia nisi semel parit. Nam fetus matricem laniant et reddunt inutilem erigentes ante tempus. In armo eius habet circulum similem lune, qui crescit et decrescit cum luna.

10 [Cap. 70. De pindex.]

Pindex, ut dicit Solinius, animal [est] bovis magnitudinis, ramosis cornibus, vitrei coloris. Colorem mutat ut similis sit loco in quo latet.

[Cap. 71. De pegaso.]

Pegasus, ut dicit Plinius, animal est magnum et orrendum in Ethiopia. Equi
 15 formam habet, alas aquile, sed maiores. Armatum cornibus cuncta terret animalia. Velocissime currit adiutorio alarum ad instar turbinis aerem inpellit et ventum. Multa devorat animalia.

[Cap. 72. De piloso.]

Pilosus, ut dicit glosator Ysaie, animal est quod in figura hominis incipit superius,
 20 sed inferius desinit in pedes bestie. Hanc bestiam dicit Ieronimus in Vita beati Pauli primi heremite quod sit homo superius, cornu habens in fronte, pedes caprarum. Et hanc satyros vel faunos vocant.

[Cap. 73. De pachio.]

Pachio quoddam animal est ad modum canis decens ruffo colore velut sanguis, sed
 25 in mortuo perit decor pellis. Hoc animal quidam gentiles adorant pro deo et nutriunt delicatis cibis et servant in thalamis.

[Cap. 74. De puterio.]

Puterius, ut dicit Liber rerum, bestia est ita dicta, quia nimium fetet. Breviora crura habet in dextro latere quam in sinistro. Domus inhabitat. Pullis vescitur.

2 Panthera... Solinius] Ox, c. De panthera, f. 25vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 87 (p. 159, l. 1). | est...serpentibus] Ox, c. De panthera, f. 25vb. | est...sui] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 87 (p. 159, l. 1-8). 4 Dum...sui] Ox, c. De panthera, f. 25vb. 7 solus...luna] Ox, c. De panthera, f. 25vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 87 (p. 159, l. 9-14). 11 Pindex...latet] Ox, c. De pindex, f. 25vb-26ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 88 (p. 159-160, l. 1-5). 14 Pegasus...animalia] Ox, c. De pegaso, f. 26ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 89 (p. 160, l. 1-7). 19 Pilosus...vocant] Ox, c. De piloso, f. 26ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 90 (p. 160, l. 1-5). 24 Pachio...thalamis] Ox, c. De pachio, f. 26ra-26rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 92 (p. 160-161, l. 1-2, 6 et 9-12). 28 Puterius...vescitur] Ox, c. De putorio, f. 26rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 93 (p. 161, l. 1-4).

3 orbiculis] oculis *scr.*, *post sup. lin. add.* -rbi- *cod.* 4 habet] *ante habet, scr. et post exp. leonem cod.* 6 torrvitate] torrvita *scr.*, *post sup. lin. add.* -te *cod.* 11 Pindex] pindex *add. in marg. cod.*; Pindex Ox 14 Pegasus] pegasus *add. in marg. cod.* 19 Pilosus] pilosus *add. in marg. cod.* 21 hermite] *id est heremite* | fronte] fronte *cod.* 24 Pachio] pachio *add. in marg. cod.* 28 Puterius] puterius *add. in marg. cod.*; Putorius Ox

[Cap. 75. De speriolo.]

Speriolus, ut dicit Liber rerum, bestia est maior mustella, rubei coloris. In arboribus habitat. Caudam habet magnam et pilosam cum qua quasi volando sallit de arbore in arborem. Nucibus et aliis fructibus dulcibus vivit. In estate victum congregat sicut formica. Si aquam transire voluerit, lignum in aquam trahit et desuper sedet, et erigens caudam velificat.

[Cap. 76. De symia.]

Symia, ut dicit Ysidorus, bestia est membra hominis habens. Nova luna gaudet, media tristatur. In partu duos solum educit catulos. Nota quomodo fugit cum illis, quando agitur, unum portans inter brachia, alterum in collo et quomodo [f. 17r] magis dilectum prohibet de brachiis, altero herente et cetera. Nota quomodo capitur per calceos et cetera et per bitumen quo se venatores oculos linire dissimulant. Cum pueris libenter ludit et si sit oportunitas eos strangulat. Diu rancorem gerit contra offensorem suum. Cauda caret, habet tamen ancas loco caude, sicut dixi supra de anathomia humani corporis capitulo "ancas". Sunt tamen quedam que caudas habent et ille sunt albe symie. Vulva eius ut mulieris. Mamillas habet in pectore. Inflexu crurium ut homines. Habent etiam talos in pedibus ut homines, sicut tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo "talos" Dicunt aliqui quod pellis symie supposita capiti dormientis facit eum terri.

[Cap. 77. De sanguigero.]

Sanguiger est animal de genere cervorum in Norveya. Tres ordines cornuum habens, sed duo magna et lata, similia ossibus que solent esse in scapulis. Duo maiora ramusculis multis.

[Cap. 78. De tigride.]

Tigris, ut dicit Solinus, bestia est intentibus maculis varietate nigra. Tanta velocitate se ingerit, ut volare putetur \et hanc bestiam gignit Scitia regio prope Indos.// Cum raptor \alias venator/ catulos rapuerit, mater hoc sciens in momento ipsum insequitur. Tunc ille unum de catulis abicit, quem mater defert ad antrum. Iterumque captoem insequitur, sed priori presidio se tuetur secundo et tercio, donec maria transiat. Reffert beatus Ambrosius quod raptores pilas vitreas, in quibus sunt depicte tigrides, proiciunt in via, sublati catulis; quas cum viderint parentes, inde rodant donec frangant, et sic denuo sequuntur eosdem, tali modo iterum retardant, donec evadant. Animal enim est ferox valde.

2 Speriolus...velificat] Ox, c. De speriolo, f. 26rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 94 (p. 161, l. 1-10). 8 Symia...offensorem] Ox, c. De symia, f. 26rb-26va. | Symia...caret] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 96 (p. 162, l. 1-6, 8-9, 17-18, 20-21, 25-27 et 33). 15 Sunt...homines] Ox, c. De symia, f. 26va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 96 (p. 162-163, l. 37, 50, 55 et 58-59). 21 Sanguiger...multis] Ox, c. De sanguigero, f. 26va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 95 (p. 161, l. 1-6 et 8-10). 25 Tigris...putetur] Ox, c. De tygri, f. 26va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 97 (p. 163, l. 1-3). 27 Cum...retardant] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 97 (p. 163, l. 5, 7-16 et 18-19). | Cum...valde] Ox, c. De tygri, f. 26va-26vb.

2 Speriolus] speriolus *add. in marg. cod.* 5 transire] transiire *scr. et post exp. -i- cod.* 8 Symia] symia *add. in marg. cod.* 21 Sanguiger] sanguiger *add. in marg. cod.* 26 ingerit] vigent Ox

[Cap. 79. De tauro vel bove.]

Taurus vel bos, ut dicit Liber rerum, animal est robustum. Cum depascunt tauri vel boves herbam, radices non ledunt. In bove concepcio uno ictu peragitur. Si velis creare mares, ut dicunt Greci, sinistrum testiculum liga in coytu, si femellam dextrum. Primum
 5 lac vacce coagulatur et hoc si cum aqua miscetur. Bobus contra socios magna pietas est, ut dicit Ysidorus. Nam alter alterum inquit, cum quo iugum ferre consuevit. Locione frequenti aque fiunt pingues. Bassilius dicit: ustus taurini sanguinis letalis est. In quadam regione sunt vacce tam magne quod oportet mulgentem erectum stare. Duo tauri in grege pugnant donec alter subcumbat. Viginti annis vivit. Si quis inciderit cornu
 10 tauri et sufflaverit in eo et postea dat ei cibum, cicuius nigrabitur. Ambrosius: Boves tempore pluvie ad presepe quiescunt, cum fuerit serenum ultra presepe colla tendunt ac si prodire velint. Bos socium mugitu querit motus pietate. In India sunt tauri [f. 17v] velocissimi, ut dicit Solinius, cornua movent ad libitum. Aristotiles ait: capitis furore moriuntur. Sunt in oriente boves unum cornu habentes et ibidem alii cum tribus
 15 cornibus. Hii cissas non habent ungulas. De ventribus bovum et bubalorum procreantur quandoque apes, dicam infra de natura vermium capitulo “apes”. Ex asino et vacca nascitur iumerius, de quo supra capitulo “iumerius”. Et sunt de natura vel similitudine bovis saltim in parte hec animalia : bubalus, bonacus, emochites, pindex, vezeones, urin, zubeo, de quibus in suis propriis capitulis. Cornu taurinum combustum fugat serpentes.
 20 \Si tauri quantumcumque fortissimi ad arborem ficum ligentur, statim mansuescunt, dicam infra de natura arborum capitulo “ficus”. In felle bovis generatur lapis, qui prodest maculis oculorum et ad fraccionem lapidis.//

[Cap. 80. De tramen.]

Tramen est animal instar coniculi rubei coloris, robustum et animosum ad pugnam.
 25 In capite gerit galeam, qua cerebrum suum tegitur natura sibi providente.

[Cap. 81. De tregelapho.]

Tregelaphus est animal in lege prohibitum, instar cervi, ut dicit Ysidorus. Villosos armos et mentum habet ut yrcus capud cornutum. In Soasida terra habitat.

[Cap. 82. De tragescidis.]

Tragescides, ut dicit Plinius, animalia sunt, que contra morem animalium obliqua
 30 cervice pascuntur in terra et hec est causa, quia cornua habent longa protensa usque ad terram. Unde herbam capere non possunt ut cetera animalia.

2 Taurus...ungulas] Ox, c. De tauro, f. 26vb-27rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 98 (p. 164-166, l. 1-2, 6, 9-12, 15-16, 19, 47-49, 55-56, 69-70 et 72-77) et 4, 99 (p. 166, l. 1, 3-6 et 8-11).
 24 Tramen...providente] Ox, c. De trane, f. 27rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 100 (p. 166, l. 1-4 et 6). 27 Tregelaphus...habitat] Ox, c. De tregelapho, f. 27rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 101 (p. 166, l. 1-3 et 5). 30 Tragescides...animalia] Ox, c. De tragescida, f. 27rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 102 (p. 166, l. 1-5).

2 Taurus] taurus *add. in marg. cod.* 6 Ysidorus] Ysiodorus *cod.*; Ysodorus *scr., post sup. l. add. -i- cod.*
 15 cissas] fissas Ox 22 lapidis//] Item suffumigatio stercoris tauri valet eminenter matricis et fugat vermes, cimices et venenum. Hec Rasis in Libro animalium. Fel bovis fugat formicas, hoc dicit Avicenna *add. in marg. alia recentior manus cod.*
 Fel...formicas] AVIC., *Liber can.* 4, 3, 15 24 Tramen] tramen *add. in marg. cod.*; Tranem Ox
 27 Tregelaphus] tregelaphus *add. in marg. cod.*; Tregelaphus Ox | Villosos] Villosos *scr., post sup. lin. add. -l- cod.* 28 mentum] metum *cod.* | Soasida] Phasida Ox | terra] ante terra, *scr. et post del. -da cod.*
 30 Tragescides] tragescida *add. in marg. cod.*

[Cap. 83. De talpa qui alias dicitur darbussius.]

Talpa \alias dicta darbussius/, ut dicit Liber rerum et Glosa, animal est cecum, de terra gignitur compluta et lutulenta, sed corrupta. Vivit vermium esca, in fauce terram comedit, radices frugum et herbarum edit. Talpa combusta in pulverem redacta et sparsa cum albugine ovi super faciem valet contra lepram et \bovum/ remedium est. Et sanguis occise si super caput nudatum pilis deliniatur, pilos redire cogit. Talpa, ut dicit Plinius, omni animali liquidius audit, quia sub terra audit. \Adversus talpas vide remedium quod scripsi infra de natura vermium capitulo “formice”, tetigi eciam infra de natura herbarum capitulo primo et capitulo “cancris piscis”.

[Cap. 84. De unicornio.]

Unicornus animal est parvum, ut dicit Ysidorus, secundum fortitudinem corporis. Brevia eciam crura habet secundum suam magnitudinem, ita aptum est ut capi non possit. Huic color est buxeus. Cornu habet in media fronte quatuor pedum, a quo eciam elephas tutus non est. Ad saxa limat cornu. In pugna ferrum non timet neque venenum. Unde legitur quod cetera animalia in partibus in quibus habitat, non audent ante ad potum accedere, quam ipse prius biberit et cum cornu aquam approbaverit, et sic valet illud cornu contra venenum. Unicornus sic capitur: Puella virgo in silva ponitur, qui adveniens casti corporis pudicitiam veneratur, caput in sinu virginis ponit, sicque soporatus deprehenditur.

[Cap. 85. De urso.]

Ursus est ferum animal et deforme, membra \cum sunt/ excoriata habet \similia/ ut homo. Huius virtus est in brachiis. Caput habet debile. Ambrosius ait: ursus XXX^o die a conceptione paulo muribus maior est. Et dicit Plinius quod in maturam prolem parit; carnem quam sic ex se edit lambit \et/ fetum fovendo et formando producit in membra et pectore fovet, ut assiduo accubitu calefacti anima- [f. 18r] lem spiritum trahant. Sane matres diebus tribus primis post conceptionem in sompnum tantum concedunt, ut eciam vulneribus excitari non possint. Mox ingresse in diem inpatientes lucis sunt. Itaque in ipso fetu cum nascuntur ursi, nullum membrum apparet propter unguium lamamenta. Ut homines coeunt. Nil rarius quam parientem videre ursam. Cocte carnes ursi crescere videntur. Paucissimum habent sanguinem. Hyeme latent in cavernis et \in/ vere procedunt, et tunc pigniores sunt. Contactum ab eius anelitu nullum animal recipit, quia pestilens est et putrescere facit afflata ad lesionem corporis, lambendo pedes educit. Sed tamen dicunt quidam hoc facere ex furore. Numquam inpetit hominem nisi prius ab ipso ledatur. Vulneratus se ipsum curat, herbis plagas opilando. Nota quomodo per palos fixos sub arbore in qua congestunt, capiuntur melius ursi. Quamdiu vixerit ursus crescit. Unde aliqui reperiuntur maximi eciam XV cubitorum. Albi ursi eciam inveniuntur. Cerebrum ursi est venenosum. Unde de eo gustantes incurrunt ursinam rabiem. Ursus ancas habet ut homo loco caude, de quo tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “ancas”. Ursi non fulminantur, dicam infra de passionibus aeris capitulo

2 Talpa... audit²] Ox, c. De talpa, f. 27rb-27va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 103 (p. 166-167, l. 1-3, 7-12 et 33). 11 Unicornus... timet] Ox, c. De unicornio, f. 27va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 104 (p. 168, l. 1-6 et 9). 17 sic... deprehenditur] Ox, c. De unicornio, f. 27va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 104 (p. 168, l. 10-13). 21 Ursus... inveniuntur] Ox, c. De urso, f. 27vb-28ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 105 (p. 168-170, l. 1-11, 13, 22-25, 44-45, 50-53, 59-62, 70 et 78-81).

2 Talpa] talpa *add. in marg. cod.* | Glosa] Glosator Ox 3 vermium] vemium *scr., post sup. lin. add. -r cod.* | fauce] fame Ox 11 Unicornus] unicornus *add. in marg. cod.* 14 neque] meque *cod.* 21 Ursus] ursus *add. in marg. cod.* 26 tribus] quatuordecim Ox 28 lamamenta] liniamenta Ox

“tonitruum”. \Ursus eger formicas comedit. Alveis apium incidantur, favosque earum libenter comedunt, nec avidius aliud quam mel captant. Si ex sepo ursi ungatur facies hominis, erit intelligens et discernens quecumque viderit et legerit.// Coagulum ursi lactei proficit mulieribus ad concipiendum. Alia remedia dixi supra de generatione humana, et ibi vide. Dicunt aliqui quod oculus dexter ursi decicatus et positus in collo infantis preservat eum in sompno a timore.

[Cap. 86. De vesone.]

Vesonos, ut dicit Solinius, animal est bovi simile, captum domari nequit.

[Cap. 87. De urin.]

10 Urin, ut dicit Iacobus, animal est in Germania, habens cornua taurina tam magna, ut ad pocula servantur. Hos Ysidorus agrestes boves dicit. Tam magni sunt, \ut/ arbores eiciant \alias excedant/.

[Cap. 88. De vulpe.]

Vulpes, ut dicit Ysidorus, animal est dolosum, \fraudulosum et ingeniosum, 15 numquam recto itinere, sed tortuosis stratis incedit.// Unde dicitur quasi volubilis pes. Cum canes hoc animal insecuntur, caudam pilosam erigit, quam cum canes apreprehendere volunt, per ora eorum trahit et fugit. Foveas, quas daxus facit sibi, vulpes deffedat suo stercore, ut dicit Experimentator, ut daxus fetore fugiat et sic illas foveas vulpes habitat, de hoc tetigi supra capitulo “daxus”. Pulvis carnis vulpis combuste valet asmaticis vino 20 sumptus. Adeps eius multum confert doloribus aurium. Ossiculus virge eiusdem prodest eciam auribus, si cum illo continue purgentur. Si vulpes amigdala comedit, moritur. Leporem venatur. Cum esurit, mortuam se simulat, iacens linguam suam extendit, tunc aves quasi ad cadaver volantes rapit et devorat. Vulpes coeunt in latere proiecte. Numquam recto itinere currunt, ne a venatoribus investigentur. \Nota de astucia vulpis 25 que cum sentit se pullicibus gravatam, accepto floco lane vel alterius mollis materie, aquam petit et retrogrado incessu caude sumitatem inmergit et sic paulative plus inmergens usque ad os, ad quem locum recurrentes pullices et finaliter ad floccum lane, vulpes dimisso floco in aqua liberatur et evadit.// [f. 18v]

[Cap. 89. De vario.]

30 Varius animal est maius mustella, in ventre candet, in dorso cinereum habet colorem. Huius pellibus fiunt vestes delicate seu pellicies ad gloriam hominum.

8 Vesonos...nequit] Ox, c. De vesone, f. 28ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 106 (p. 170, l. 1-3). 10 Urin...eiciant] Ox, c. De uri, f. 28ra-28rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 107 (p. 170, l. 1-4). 14 Vulpes...dolosum] Ox, c. De vulpe, f. 28rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 108 (p. 171, l. 1). 15 dicitur...habitat] Ox, c. De vulpe, f. 28rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 108 (p. 171-172, l. 2-4, 14-17, 19 et 44). 19 Pulvis...aurium] Ox, c. De vulpe, f. 28rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 108 (p. 171, l. 29-30). 21 Si...investigentur] Ox, c. De vulpe, f. 28rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 108 (p. 171-172, l. 40-45). 24 astucia...et] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 69 (p. 690-691). 30 Varius...hominum] Ox, c. De vario, f. 28va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 109 (p. 172, l. 1-2 et 3-4).

8 Vesonos] Vesones Ox 10 Germania] Gemaniam scr., post sup. lin. add. -r- cod. 14 Vulpes] vulpes add. in marg. cod. 15 stratis] statis scr., post sup. lin. add. -r- cod. 16 pilosam] vilosam Ox 18 fetore] fotore cod. 25 materie] materie scr. et post del. -i cod. 28 aqua] qua scr. et post sup. lin. a- cod.

[Cap. 90. De zubonibus.]

Zubones bestie sunt fortissime de genere taurorum silvestrium in Boemia, trium
 cubitorum cornua ad usum poculorum apta habent. Summe celeritatis sunt ita, ut eciam
 ab aliquibus tigrides putentur, sed falso. Stercore suo canes insequentes se excecant. Si
 5 hominem vel canem obvium habuerit, eum cornibus substollit, in altum iterum et iterum
 prohiciens, donec moriatur. Sed cum capitur, venator eum precedens circa arborem
 currit et zubo sequitur, donec latera sua perfodiantur. Aliud zubonum genus est, quod
 Polini turquones vocant, minus isto, sed velocius. Zubo animal est crudele in mortem
 hominum instar lupi. Iubas ut equus habet. Voces hominum imitatur. Et latens in abdito
 10 aliquo edocet vocabulo homines, sollicitat transeuntes et accedentes devorat. Mortuos
 homines in sepulcris comedit. Latratus eciam canum imitatur, ut evocet ad devorandum.

[Tit. VIII.] De natura avium. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

Omnis avis ad volandum velox, debilius est pedum. Omnis avis aduncos habens
 15 ungues, carne vivit. Omnis avis vero volat gregatim cum genere suo. Omnes aves
 habentes ungues aduncos non bibunt aquam et hec est ratio, quia comedunt carnem
 humidam. Aves non claudunt oculos nisi palpebram inferiorem. Maior est fecunditas in
 parvis avibus quam in magnis. Ysidorus dicit: ovorum \avium/ tanta vis est, ut lignum
 ovo profusum non ardeat nec vestis intincta ardet. Amixtaque calce, conglutinare dicitur
 20 vitri fragmenta. Hec multum ambigua sunt apud nos. Nota quod plures sunt aves rapine,
 quas in maiori parte numero videlicet aquila, erodius, qui alias dicitur girofalgus,
 aeriophilem, buteus, accipiter, falco, milvus, nisus, merlio, morplex, tregophales, vultur,
 bistardia, cordulus, frilica, fenix, linachos, ibis. Et iste aves pluries paciuntur
 infirmitates, et succurrendum est eis subito \per/ remedia. Unde si infirmitas crescit in
 25 oculis earum, unge oculos earum oleo olive sepius. Si albugo crescit in oculo,
 pulverem seminis feniculi et calidum lac mulieris inmite. Si clausas nares habuerit,
 accipe pulverem piperis et stafizagrie, et insufla naribus per penne fistulam. Si reuma in
 capite habuerit, pone rutam iuxta nares eius, et carnem quam comedit intinge succo rute.
 Si multum paciatur, accipe vespertilionem vel aliam avem, et piper tritum intus pone et
 30 da ei comedere. Si cibum evomit, accipe scamoneam et armenum et simul tere et
 asperge pingues carnes porcinas, et da ei comedere. Et si non potest hoc comedere, pone
 dictum pulverem in albugine ovi, et ori eius inmitte. Ad idem valent ova fracta in lac
 caprinum et simul coctum comedat. Si fastidium habuerit, sorices vel catulos iam natos
 da ei comedere. Si febres habuerit, da ei succum artimilie et carnes galline, liga ei
 35 tibiam dextram fortiter et in medio cutis apparebit vena quam minue. Febres habet avis,
 si ale depen- [f. 19r] deant et capud et si tremit. Si ei ale dependent, de sanguine et
 adhipe anceris accipe et frica ei alas ad solem. Ad idem valet oleum laurinum vel fel

2 Zubones...devorandum] Ox, c. De çubeone, f. 28va-28vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 4, 110 (p. 172, l. 1-5, 7, 10-13, 15-16 et 18-20) et 4, 111 (p. 172, l. 1-6 et 8). 14 Omnis¹...nos] Ox, c. '[Generaliter de avibus]', f. 28vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 1 (p. 175-177, 1-2, 18, 31-32, 42-43, 58-59 et 108-113). 24 si...eis¹] Ox, f. 33ra-33va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 50 (p. 199-201, 49-51, 53-57, 61-70, 75-77, 79-80, 85-88, 91-101, 106-107, 112-114 et 120-123).

2 Zubones] zubo *add. in marg. cod.* 4 putentur] puten- *scr. et post sup. lin.* -tur *cod.* 5 obvium] obviam *cod.* 8 Polini] Poloni Ox | turquones] turriones Ox 17 palpebram] palpebrem *cod.* 19 profusum] perfusum Ox 20 vitri] vitrei Ox 22 aeriophilem] ariphilem *cod.* 23 frilica] *id est* fulica 24 remedia] Remedia adversus infirmitates avium *add. in marg. cod.* 27 stafizagrie] transfrisagrie Ox 30 armenum] ciminum Ox 32 inmitte] inice Ox 34 artimilie] artimisie Ox 35 vena] vna *scr. et post. add. sup. lin. e cod.*

porcinum et unge alas prius bene lotas. Si tinee comederint pennas eius, carnes hyrcinas comedat in aceto tinctas, et alas aceto calido et oleo laurino perfrica. Si pennam fractam extrahere volueris sine dolore, accipe sanguinem parvi animalis gliris vel muris, rati, et unge locum penne et cadet, et postea fac virgam ex melle cocto in modum foraminis, et mite foramini et exhibit nova penna. Si os fractum habuerit in crure vel in alia parte, aloe calidum superliga vel fimum galli in aceto coctum. Si inquieta fuerit in pertica vel in manu, mirram in aqua coque et aqua sparge corpus eius, et intinge cibum eius in ea novies. Si pediculos habuerit, succo \alias succum/ abcinthii ad solem sedentem infunde. Si accipitrem volueris habere pinguem, des ei de carne bovina vel porcina. Si eum vis habere macrum, des ei carnes iuvenis galline madefactas aqua. Si eum vis habere mediocre, des ei veteres gallinas. In locis ubi custodiuntur, herbam mentam vel salviam semper habe. De sanguine tenerarum volucrum, multas summit vires et audaciam. Balneum aque frigide valet eis. \Contra podagram que solet eis evenire, valet lac herbe, que dicitur lacterola, cum quo pedes ungantur, donec rumpatur podagra et post fiat unccio ex cepo. Valet etiam herba ebuli, si folia sub pedibus ponantur ubi aves huiusmodi conservantur. Plura alia remedia sciuntur ab expertis, quibus relinquenda sunt.//

[Cap. 2. De aquila.]

Aquila, ut dicit Augustinus, avis est nobilissima avium regina. Hic pretermitto quasi omnium nota, scilicet quomodo pullos examinat respicientes solem et cetera, et quomodo eiecti nutriuntur ab ave frilica, de qua videbis infra suo loco, et quomodo recuperat visum, volans ad calorem solis super nubes. Deinde se tot vicibus mergit in aquis vivi fontis et in nido se recipiens, plumas exuit, et a pullis nutritur. Et quomodo reparat rostrum ad petram. Lapidem ethites in nido ponit ad refrigerandum \et conservandum/ ova, de quo lapide vide infra de natura lapidum capitulo “ethites”. Predam aliis avibus communicat et si deest cibus, unam de convalescentibus devorat. Aquile penne, ut dicit Plinius, mixte pennis aliarum avium rodunt et naturaliter illas devorant. Maiorem habet dextrum pedem quam sinistrum, et forciolem. Pullos adultos fugat a longe. Aquila quoddam prescium habet, quantocumque longe \sit/ a pullis; tamen adversarios ad eos venire cognoscit. Aquila pullos sustollit humeribus et eos ad volandum provocat. Omnes nobiles aves timent aquilam visam, et illo die perdunt audaciam, ut \non/ capiant predam. Glosator dicit quod solus girofalcus capit aquilam; de quo infra capitulo “erodius”. Aquila septentrionalis grandis est. Ovat duo ova et, capto lepore, detrahit ei pellem cum qua sua ova involvit, et reponit ad solem ad fovendum in calore et expectat donec egrediantur pulli, ut eos enutriet. Aquila non fulminatur; de quo infra de passionibus aeris capitulo “tonitruum”. \Fel aquile, cum succo prassii et mirra ac melle mistum absque fumo, valet efficaciter adversus obscuritatem oculorum. Refferunt aliqui scripture antiquorum in Greco prius scripte et demum in Latinum translate quod nervi tibiari et pedum aquile portati fugant podagram, et quod pellis eius cum pennis excoriata valet stomacho super os stomachi posita. Cor aquile valet ad id quod prodest cor vulturis, de quo dicam infra capitulo

19 Aquila ut] THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 2 (p. 177-178, 1-2, 4, 12-13, 15-19, 21-24, 27-28, 39-41, 47-52 et 69-74) et 5, 3 (p. 179, 1-6). 33 Aquila... enutriet] Ox, c. De aquila, f. 29ra-29rb. 36 \Fel... ferarum/] *Cyranides* ‘De aquila’, p. 144-146.

3 volueris] ante volueris, scr. et post exp. p cod. | gliris] guille Ox 5 mite] inice Ox | alia] ala Ox 6 vel¹] ante vel scr. et post exp. et cod. 8 abcinthii] id est absinthii 12 tenerarum] tenerum cod. 13 podagram] podragam cod. 14 podagra] podraga cod. 19 Aquila] aquila add. in marg. cod. 20 quasi] ante quasi, scr. et post del. et exp. multa cod. 21 frilica] fulica Ox 22 tot vicibus] ter Ox 29 prescium] prescium Ox 32 girofalcus] girafalcus Ox 40 podagram] prodragam cod.

“vultur”. Os verticis capitis aquile, ligatum et involutum in corio cervino, proficit gestanti adversus dolorem verticis. In superciliis aquile, lapides duo inveniri solent, qui gestantem preservant ab incidiis hominum, demonum et ferarum.//

[Cap. 3. De arpia.]

5 Arpia avis est, ut dicit Adelinus, iuxta mare Renicum, habens faciem humanam. Ferox \est/ et rapida. Primum quem videt hominem rapit et dilacerat. Irremeans ad aquam, suam faciem contemplatur et sibi similem occidisse intelligit, tunc plangit [f. 19v] omni tempore vite sue, aliquando usque ad mortem. Hec avis capta et domesticata loquitur ut homo.

10 [Cap. 4. De avibus paradisi.]

Aves sunt, que dicuntur aves paradisi, ob insignam pulcritudinem sic appellate sunt, quarum vox est ita dulcis, ut devocionem excitet. Capta gemit frequenter nec cessat, donec redatur libertati.

[Cap. 5. De ave alba.]

15 Avis quedam alba adducit multitudinem allecium ad capturam.

[Cap. 6. De quadam ave que nascitur ex herba.]

Avis quedam nascitur ex herba in maris fundo crescente, que volatu tempestatem nunciat, ut dicit Aristotiles.

[Cap. 7. De quibus avibus magnis.]

20 Aves quedam sunt magne facientes duo ova, que ponunt in pelle leporis vel vulpis et foveant ibi donec exeant pulli, sicut facit aquila, ut vidisti supra capitulo “aquila”.

[Cap. 8. De avibus quas vidit beatus Brandanus.]

Aves quasdam vidit beatus Brandanus, quarum una dixit quod essent spiritus penitenciam agentes.

25 [Cap. 9. De agochile.]

Agochile avis est orientis, ut dicit Aristotiles. Hec capras irriguas suggit, unde dicit Plinius, caput ab eis exequatur; has inpremulgas vocant.

5 Arpia...homo] Ox, c. De arpia, f. 29rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 4 (p. 179-180, 1-10).
 11 Aves...libertati] Ox, c. De avibus paradisi, f. 30rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 17 (p. 185, 1-6).
 15 Avis...capturam] Ox, c. [De ave alba], f. 40rb. 17 Avis...Aristotiles] Ox, c. [De ave que nascitur ex herba], f. 40rb. 20 Aves...vulpis] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 3 (p. 179, 1-3).
 Aves...pulli] Ox, c. [De avibus magnis], f. 40rb. 23 Aves...agentes] Ox, c. [De avibus quas vidit beatus Brandanus], f. 40rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 24 (p. 187, 9-11). 26 Agochile...vocant] Ox, c. De agochile, f. 29rb-29va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 5 (p. 180, 1-4 et 7-8).

1 verticis] vertis *scr. et post add. sup. lin.* -ci- *cod.* 5 Arpia] arpia *add. in marg. cod.* | Renicum] Ionicum Ox 6 Primum] Pravum Ox | Irremeans] Inde veniens Ox 11 insignam] insignem Ox 17 tempestatem] ante tempestatem, *scr. et post exp. teste cod.* 26 Agochile] agochile *add. in marg. cod.* irriguas] irrugas *cod.* 27 inpremulgas] imprimulgas Ox

[Cap. 10. De ardea.]

Ardea, ut dicit Ambrosius, dicitur quasi ardua, quia alte volat super nubes timens turbines et vescitur piscibus quam plurimum, in altis arboribus nidificat, \et alias dicitur hec avis accedella//. Accipitri anum opponit et stercus eicit, quem si tetigerit pennas putrescere facit. Dicit Plinius: In coitu pre dolore sanguinem fondit de oculis et eciam in partu. Sunt quedam ardee que rostrum habent in modum coclearis. Sunt et albe et sunt que nisi uno oculo non vident. Alte volant: significant tempestatem.

[Cap. 11. De anceribus vel aucis.]

Anceres vel auce, ut dicit Liber rerum, secundum ventum volant ordine litterato. Flante austro petunt aquilonem, scientes frigus imminere. Delectantur in volatu, ut eciam raro dormiant. Fures produnt et hoc ideo quia inter omnia animalia facilius senciunt odorem hominis et hoc domestice que graves sunt volatu, sicut legitur in Romana ystoria et cetera, \vide titulo in Cle. I De reliquiis venerac. sanc. in Cle//. Contra pluviam se balneant. Recluse inpiguantur. Inter montes Alpium sunt anceres ut ostruciones. \Anseris maioris lingua posita super pectus viri vel mulieris, ut reffertur, facit confiteri omnia que egit in vita. Cerebrum anceris cum proprio adhipe et melle, loto alias melliloto, valet contra emoroydas omnemque dolorem ani curat. Adeps eius vel gruis valet ad tumorem matricis et cum medula ovina ad cissuram labiorum convenit. Fimus silvestris anseris fumigatus demonia repellit et litargicos sanat et eciam suffocacionem matricis. Penne anseris concremate restringunt sanguinem//

[Cap. 12. De anate.]

Anas, ut dicit Liber rerum, flumine gaudet. Masculi multi in libidinis coitu femellam occidunt. \Sanguis anatis cum vino potatus valet adversus venenum//

[Cap. 13. De accipitre.]

Accipiter, ut dicit Liber rerum, tardior est erodio, tamen caucior in custodia. Avem cum ceperit, statim cor extrahit et comedit. Pullis suis adultis cibum non fert, sed eos de nido eicit. Penna eius evulsa facilius non crescit. \Fel accipitris multum prodest oculis, sic de felle ceterarum avium de rapina//

[Cap. 14. De alauda.]

Alauda, ut dicit Liber rerum, avis est a laude dicta. In aurora diem venientem vocis prodit iubilo. Sedens in [f. 20r] terra vel tempore pluvioso raro cantat. Accipitrem tamen timet, ut agitata aliquando in sinus hominum volet.

2 Ardea] Ox, c. De ardea, f. 29va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 6 (p. 180, 1-5, 7-8, et 10-12). 9 Anceres] Ox, c. De ansere, f. 29va-29vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 8 (p. 180-182, 1, 3-7, 9-11, 40-41, 45 et 48). 15 lingua...matricis] Cf. *Cyranides* c. De ansere (p. 175-177). 22 Anas... occidunt] Ox, De anate f. 29 vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 9 (p. 182, 1, 4 et 14-16). 23 \Sanguis...venenum//] Cf. *Cyranides* c. De anate (p. 162). 25 Accipiter...crescit] Ox, De accipitre f. 29vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 10 (p. 182-183, 1-4, 12-14 et 21-22). 30 Alauda...volet] Ox, c. De alauda, f. 29vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 14 (p. 183-184, 1, 4-5, 10-11 et 13).

2 Ardea] ardea *add. in marg. cod.* 5 fondit] *id est fundit* 9 Anceres] ancer *add. in marg. cod.* 16 Cerebrum] *ante Cerebrum, scr. et post. exp. cerebrum cod.* 17 omnemque] omnem *scr. et post add. sup. lin. que cod.* 18 gruis] gussis *Cyranides* | ovina] cervina *Cyranides* 19 litargicos] litargios *cod.* 20 sanguinem//] Et precipitat atque teneros compellit ad predam, ne forte adulti pigrescant *add. in marg. alia recentior manus cod.* 22 Anas] anas *add. in marg. cod.* 25 Accipiter] accipiter *add. in marg. cod.* 28 rapina//] Dicunt quoddam capud ancipitris datum alicui, amorem inducit *add. in marg. alia recentior manus cod.* 31 tamen] tantum Ox

[Cap. 15. De alcionibus.]

Alciones, ut dicit Plinius, sunt aves parve ut passeress, in mari habitant purpureo colore amixtis candidis pennis, collo longo et gracili. In bruma fetificat, nidos instar pile faciunt, qui nec ferro invadi possunt. Ova in arena ponunt et hoc quando mare
 5 vehemens fluctuans illiditur littori. Huic avi deus contulit hanc prerogativam quod ovis suis positis, mare cicius mitescit et cadunt procelle et stat placatum VII diebus, quibus ova foveat et educat pullos et aliis VII nutriet eosdem. Hiis diebus XIII^{cim} naute secure navigant. Et eos notas vocant.

[Cap. 16. De aeriophilem.]

10 Aeriophilem est avis quasi aeris amator dicta, quia semper in aere volat, etiam desuper ut raro videatur nisi aere claro. Aquila maior est. Aves predatur in aere. Raro sedet in terra. Domesticata sine vinculo servatur. Hinulos et capriolos capit. Pennas subruffas habet et caudam longam. Aves ab aere deicit obvias nec videtur a quoquam.

[Cap. 17. De bubone.]

15 Bubo a sono vocis nomen accipit compositum, cum hac ave ceterae aves capiuntur. Dicit Experimentator quod in ecclesiis oleum de lanpadibus bibit et eas defundit. Quando in pugnatur ab aliis avibus, resupina iacet et unguibus se defendit.

[Cap. 18. De buteo.]

20 Buteus avis est ut accipiter, sed nigrior. Ardeam et olorem, qui alias cignus dicitur, capit.

[Cap. 19. De butorio.]

Butorius, ut dicit Liber rerum, avis est longum collum habens, quod immobiliter iuxta aquam sedens erigit sic, quod mortuam crederes, unde pisces advenientes incautos rapit. Hec caput sub aquis mergens, vocem edit orridam, quasi tonitruum, sicut habes in
 25 simili de onocrotalo, de quo infra suo capitulo. Carnes eius cum ad ignem torrentur, mirum reddunt odorem.

[Cap. 20. De bistardia.]

Bistardia avis est instar aquile et/ a re nomen habet, quia bis vel ter saltat cum elevatur a terra. Ova sua in terra ponit, herbam comedit et aliquando cadaveris carnem.
 30 Hanc multe alie aves predantur.

2 Alciones...naute] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 15 (p. 184, 1-5, 7, 11-17 et 19-20). Alciones...vocant] Ox, c. De alcione, f. 29vb-30ra. 10 Aeriophilem...videtur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 16 (p. 184-185, 1, 3-4, 6-14, 16 et 19). | Aeriophilem...quoquam] Ox, c. De aeriophilo, f. 30ra-30rb. 15 Bubo...defendit] Ox, De bubone, f. 30rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 18 (p. 185, 1-6). 19 Buteus...nigrior] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 19 (p. 185, 1-2). Buteus...capit] Ox, c. De buteo, f. 30rb-30va. 22 Butorius] Ox, De butorio, f. 30va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 20 (p. 186, 1-2, 5-6, 13, 15 et 17-18). 28 Bistardia...predantur] Ox, c. De bistarda, f. 30va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 21 (p. 186, 1-3, 6-8 et 10).

2 Alciones] alcio *add. in marg. cod.* 3 bruma] brunma *cod.* 8 notas] alcionotas Ox 10 Aeriophilem] Aeriophilem *scr. et post add. sup. l. -o- cod.*; aeriophilem *add. in marg. cod.* Aeriophilem] Aeriophilum Ox 15 Bubo] bubo *add. in marg. cod.* 22 Butorius] butorius *add. in marg. cod.* 28 Bistardia] bistardia *add. in marg. cod.*; Bistarda Ox | quia] ante quia, *scr. et post del. et exp.* instar aquile *cod.*

[Cap. 21. De benosis.]

Benosas aves dicimus in Germania ad magnitudinem fasianorum. Masculus currit hians ore, donec spumet, tunc veniens femella recipit spumam ore et inde concipit et parit ova. Delicatas habet carnes. [f. 20v]

5 [Cap. 22. De barliatis.]

Barliate, que alias bornete dicuntur, sunt aves, ut dicit Aristotiles in libro De animalibus, que de ligno crescunt. Et dicit idem Aristotiles quod experimentator vidit in mari quoddam animal, cuius creacio erat similis ligno, nigrum, rotundum equale et habebat multas alas in se velut aves alatas. Quando lignum de abiectis aquis mari
10 incidit, successu temporis, quando putrescere cepit, emitit humorem crassum ex se et ex illo humore distincto formantur parve species avium velut alaude, deinde plumescunt et rostris pendentes ad lignum per mare fluctuant usque ad maturitatem, quoadusque viventes et se moventes adrumpan. Sicque roborantur ad debitam formam. Vidimus viros fide dignos, qui has aves adhuc in ligno pendentes se vidisse testati sunt. De
15 avibus ipsis, multas vidi--sse reffert Plinius, colorem cinereum et nigrum habentes, anceribus minores, pedibus nigris.

[Cap. 23. De blaudrio.]

Blaudrius, ut dicunt Iacobus et Ysidorus, avis est tota alba, natura vero eius est, ut, si ad infirmum ducatur, utrum infirmus moriatur aut vivere debeat; certos reddit
20 astantes. Si infirmi despiciunt faciem et oculos avertit, signum est mortis. Nam si attendat faciem eius omnes infirmitates egroti colligit intra se et volat in aere, ibi eas comburit et dispargit et sanatur statim infirmus. Hec avis est in aere ibique has aves invenit Alexander in Perside.

[Cap. 24. De cinalvolgo.]

25 Cinalvolgus est avis in Arabia, que de fructibus cinamomi construit nidum suum.

[Cap. 25. De cigno.]

Cignus est avis, quam Greci olorem vocant, quasi totum album. Cignus a canendo dicitur, quia dulciter cantat, naturaliter prophetizat mortem suam in cantu leticie et iubilo. Dentes habet parvos. In capite percussus facilius moritur. Adulterium inter eos
30 factum puniunt, unde in regno Anglie, episcopatu Londoniensi iuxta castrum Angra nuncupatum in quodam prato congregata multitudo cignorum, videntibus plurimis viris, quamdam cignam tamquam ream adulterii more iudiciorum dampnarunt eam deplumando et lacerando usque ad mortem, ut reffert Girvasius.

2 Benosas...carnes] Ox, De bonosa f. 30va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 22 (p. 186, 1 et 3-5). 6 Barliate...nigris] Ox, c. 'De barliaribus que bernete dicuntur sunt aves arborum', f. 30va-30vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 23 (p. 186-187, 1-15). 18 Blaudrius...Perside] Blaudrius...Perside] Ox, c. De caladrio, f. 30vb-31ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 24 (p. 187, 1-9). 25 Cinalvolgus...suum] Ox, c. De cinamolgo, f. 31ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 25 (p. 188, 1-2 et 4). 27 Cignus¹...moriatur] Ox, c. De cigno, f. 31ra-31rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 26 (p. 188, 1-4, 9 et 24-27). 30 puniunt...mortem] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 96 (p. 748-751).

2 Benosas] benosa *add. in marg. cod.*; Bonosas Ox 6 Barliate] barliate *add. in marg. cod.* | aves] *ante aves, scr. et post del. et exp. arbores cod.* 9 abiectis] abiete Ox 10 emitit] emiscit Ox 11 distincto] densanto Ox 13 adrumpan] arrumpant Ox 16 anceribus] *id est* anseribus 18 Blaudrius] Calandrius Ox 20 attendat] attendit Ox 22 aere] acre *cod.* 23 Perside] Parside *cod.* 25 Cinalvolgus] Cinamolgo Ox 27 Cignus¹] cignus *add. in marg. cod.* 29 Adulterium] Adulteriim *cod.*

[Cap. 26. De caristis.]

Cariste, ut dicit Solinius, sunt aves, que inpune flammas involant, ita quod nec plume nec carnes comburantur.

[Cap. 27. De ciconiis.]

5 Ciconie, ut dicunt Ysidorus, Ambrosius et Basilius, in orientis partibus \prios/
invente sunt, \licet ad alias regiones fuerint postea disperse//. Contra adversas aves
preliantur quod compertum est, quia san- [f. 21r] guinee sunt reverse. Maxima est eis
circa fetus affeccio, sed et pullis magna pietas circa parentes, unde se invicem alunt et
ideo pia avis dicitur. Unum de fetibus dant domino loci in quo nidificant, plumatum
10 quasi tributum, sed forte hoc faciunt tedio nutriendi. Quo se ferant aut quo veniant,
adhuc incompertum est. Habiture in certo loco congregantur. In Asia est campus ubi
congregantur; eam que novissime venit, lacerant. Et inde recedunt. Nota quod ciconia
comitente, adulterium se lavat in aquis ne mas deprehendat, tandem si ante locionem
deprehenditur, occiditur a multis simul congregatis. Ciconia dicitur vulgariter *ganda*.
15 \Legitur quod ciconie fluminibus se inmergunt, in quorum fundo nonnumquam a
piscatoribus dormientes extrahuntur, quas reffert Gervasius de gurgite tractas vidisse ad
ignem calefieri, velut a gravi sompno expergefatas et vite reddi, cum antea more
lapidum insencibiles essent. Et refferunt aliqui, ciconias in remotis orbis partibus
homines esse et apud nos in avium specie vivere, sicut dicitur de hominibus, qui in
20 lupos vel serpentes transformantur, de quo infra de natura serpentum capitulo I°, et ibi
vide. Ciconie quam plurimum versabantur olim in civitate Avinionensi, regni
Aralatensis et ob hoc dicta est illa civitas Avinio quasi avium unio, quia ibi tanta erat
congregacio et unio harum avium, quod eius territorium ad sterilitatem deducebatur,
donec beatus Agricola illas aves fugavit coniurando, ut in sua vita legitur et ex post raro
25 fuerunt ibi vise et quando videntur, designant aliquid magnum fore futurum.//

[Cap. 28. De calandri.]

Calander avis est alaude consimilis, ut dicit Liber rerum. Mira vocis modulacione
audientes letificat. Imitatur enim voces omnium avium, ut si non videres, crederes \esse/
omnem avem, quam imitatur cantando. Capta cito obliviscitur exilii.

30 [Cap. 29. De corvo.]

Corvus, ut dicit Ysidorus, est avis, cuius femella cubat ova et masculus fert sibi ad
comedendum. Primis VII diebus pulli eorum vivunt sine cibo, quia nec suos esse credit.
Octavo die nigrescunt, tunc pascit eos pater. Ore parere et concipere dicuntur. \Vivit
corvus annis quingentis et ultra nisi adversum ei accidat.// Nota illud in Romana istoria
35 de corvo, qui Cesarem et Romanos venientem nominavit et salutavit, qui occisus recepit
exequias et occisor occisus et in exequiis nobilis oppressus est. Volando coeunt. Gravidi
fiunt, si corvinum ovum comederint. \Nota mirabile de corvo quod si eius ova a nido

2 Cariste...comburantur] Ox, c. De carista, f. 31rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 27 (p. 188, 1-2). 5 Ciconie...congregatis] Ox, c. De ciconia, f. 31rb-31va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 28 (p. 188-190, 1, 14-17, 19-23, 30-36, 41, 43 et 48). 15 quod...vivere] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 63 (p. 680-681). 27 Calander...exilii] Ox, c. De calandro, f. 31va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 30 (p. 190, 1-3, 8-9 et 11). 31 Corvus] Ox, c. De corvo, f. 31va-31vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 31 (p. 190-191, 1-5, 9-10, 12-13, 20-21 et 24).

5 Ciconie] ciconia *add. in marg. cod.* 8 circa¹] contra Ox | circa²] contra Ox 12 novissime] novissima Ox 23 unio] *ante unio scr. et post del. h cod.* 27 Calander] calander *add. in marg. cod.* 29 obliviscitur] obliscitur *cod.* 31 Corvus] corvus *add. in marg. cod.* 33 Octavo] Septimo Ox 35 venientem] venienten *cod.* 36 exequiis] *ante exequiis, scr. et post del. et exp. ol cod.*

amoveas per novem dies ante kalendas Aprilis et in aqua decoquas usque dum sint dura et demum ad nidum reponantur, \tunc/ corvus lapidem quemdam ruffum et resplendissimum naturaliter sibi notum affert ex cuius lapidis tactu restituuntur ova ad primevum statum. Huiusmodi lapis, si per hominem portetur, etiam reddit eum gratum
 5 maxime populo et augmentat divicias et ad hoc iuvamen prestat. Mirum etiam est quod si ova corvi ungantur oleo quod idem nascuntur corvi albi et idem de cornice. Nota etiam quod si cerebrum corvi detur ad comedendum porco cum pane vel alia re, semper sequetur illum, qui hoc contulerit. Cor corvi extractum ab ipsa ave adhuc palpitante et portatum per hominem facit et reddit eum multum vigilem.//

10 [Cap. 30. De cornice.]

Cornix nobiles aves prosequitur et aliquando in malum sui. Hec sola iuxta pullos volitans diu nutrit et sustentat eos, nuces comedit et eas super saxa prohibet, ut frangantur. \Si sanguinis cornicis duo coclearia bibantur, ydropicis paratur sanitas. Refferunt aliqui cor cornicis gestatum maritalem concordiam prestare, vide etiam quod
 15 scripsi de cornice supra capitulo "corvus".//

[Cap. 31. De cuculo.]

Cuculus, ut dicit Liber rerum, avis pigra, ponit ova sua in nido alterius aviculae et glutit tot ova quot ibi ponit, de quibus cum inscia avis pullos eduxerit, neglectis pullis propriis, nutrit et admirans ipsius cuculi pulcritudinem, tandem cuculus surgit nutritus et
 20 nutricem devorat. Hieme se plumis exuit \manens/ in cavernis arborum. Et vescitur hiis que estate congregavit. Ysidorus dicit, sed ambiguum est: Tempore veniendi ad nos milvorum scapulis adducuntur propter parvum eorum volatum. Eorum saliva cicade gignuntur.

[Cap. 32. De cordulo.]

25 Cordulus est avis predans, ut dicit Ysidorus et maxime capit saciari corde.

[Cap. 33. De columbo.]

Columbus, ut dicit Augustinus, est avis mansueta. Alienos pullos eius sui tamen generis nutrit. Novem vicibus visum recuperat. \Columbi multiplicari solent de facili, si mansio eorum a stercoribus et immundiciis frequenter evacuetur, si aqua tam ad potum
 30 quam ad balneandum ministretur, quia hec quam plurimum desiderant et affectant, et si maxime hyeme pabulentur. Item si in eorum mansione, trabes et pertice aptentur in altum, ut tempore pluviali, ventoso \et/ estivali fervente calore vel alio tempore indisposito requiescere valeant. Ad fetus multiplicandos valet secundum quosdam, si detur eis ordeum torrefactum vel fabba trita. Reffert Paladius quod si columbi cimino
 35 pascantur vel ale aliquorum balsamici liquore intingantur, fiet columborum infinita congregacio.// Trans mare columbe sunt, que vice nunciorum dominis suis litteras

11 Cornix...frangantur] Ox, c. De cornice, f. 31vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 32 (p. 191, 1-10). 13 \Si...prestare] Cyranides p. 158-159. 17 Cuculus...gignuntur] Ox, c. De cuculo, f. 31vb-32ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 34 (p. 191-192, 1, 3-5, 9, 12, 15-17 et 21-24). 25 Cordulus...corde] Ox, c. De cordulo, f. 32ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 35 (p. 192, 1-2). 27 Columbus...recuperat] Ox, c. De columba, f. 32ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 36 (p. 192, 1 et 7). 29 mansio...intingantur] Cf. PETR. CRES., *Rur. com.* 9, 87 (p. 137, 22 et 24), 9, 89 (p. 139, 29 et p. 140, 8-9) et 9, 91 (p. 143, 31-33). 36 Trans...nature] Ox, c. De columba, f. 32ra-32rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 36 (p. 192-194, 27-29, 34, 38, 46, 50, 52-53, 56-57 et 62).

11 Cornix] cornix add. in marg. cod. | prosequitur] persequitur Ox 17 Cuculus] cuculus add. in marg. cod. 25 capit] cupit Ox 27 Columbus] columbus add. in marg. cod.

ferunt. Sanguis columbe, irundinis et turturis [f. 21v] sub dextra ala acceptus, oculo inpositus medetur. Habet enim vim dissolvendi. Cum adhuc pullos nutriunt, ova ponunt. Mas adultos pullos de nido eicit, sed antequam deiciat, cum eis coit. Columbe dicernunt ea que in aere rapiunt. Incubat femella ova post meridiem, ante vero mas. Non
 5 noverunt adulteria, sed maribus est suspicio adulterii, unde murmurant ante coitum et faciunt ictus. Calide sunt nature. \Columbi volitant sociati. Cadavera vitant. Felle carent, pro cantu plangunt, socium per obscura tangunt. Petra dat hiis nidum. Fugiunt hostem. Flumine visum. Rostro non ledunt, geminos pullos bene nutriunt. Est tamen aliud genus columborum silvestrium, qui nidificant in arboribus et sunt aliis maiores,
 10 et alii sunt minores, qui in parietibus et rupibus nidificant et dicuntur saxaroli, subnigri sunt ad cinereum colorem declinantes. Columbi VIII annis vivunt, sed post VI menses a nativitatis tempore pariunt. Fimus columborum optimus est ad fimandum terras et ad modum seminis spargi debet. Unde unaquaque corbis huius valet quantum onus unius plaustris alterius cuiusque fimi. Stercora etiam columborum cum farina amidi et ordeii et
 15 lolii et adhipe porcina grandulas et scrofulas curat. Stercora etiam cum aceto lenticulas et maculas faciei tollit. Sanguis recens et calidus pullorum columbi linitus super locum podagricum, prodest plurimum adversus podagram.//

[Cap. 34. De conturnicibus.]

Conturnices, ut dicit Liber rerum, aves sunt, que alias quascule et alias vulgariter
 20 calhe dicuntur, Grece ortigia de insula ortigemetra quasi gregem ducens. Hyeme mare transeunt, estate veniunt. Transire coeunt catervatim. Aliquando enim in naves ruunt et velum cindunt. Conturnices habent duces propter accipitres. Raras habent femellas in genere suo, caducum morbum paciuntur et venenosa semina comedunt. Unde earum carnibus non est multum utendum et sepius ex illis moriuntur homines. Unde carnes
 25 earum sapientes non comedunt, nisi cum cepa/.

[Cap. 35. De carduello.]

Carduellus avis est sic dicta, quia pascitur in carduis, ut dicit Ysidorus. \Et intellige forte/ de carduo illo, qui alias dicitur virga pastoris, de quo dicam infra de natura herbarum capitulo "virga pastoris" et capitulo "cardus". Carnes carduelli assate et
 30 comeste iliacos et colicos sanant. Carduellus variis pennis fulcitur.// Nigro croceoque colore in corpore et ruffo in capite rubeoque prope rostrum.

6 Felle...nutriunt] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 36 (p. 192, 2 et 6-7). 11 Columbi...vivunt] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 36 (p. 194, 59-60). 12 Fimus...plaustris] Cf. PETR. CRES., *Rur. com.* 9, 91 (p. 143, 14-15 et 17-19). 14 Stercora...tollit] Cf. *Cyranides* (p. 167-168). 19 Conturnices...comedunt] Ox, c. De coturnice, f. 32rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 38 (p. 194-195, 1-4, 12, 14, 26-28 et 37-38). 24 Unde...comedunt] Ox, c. De coturnice, f. 32rb. 27 Carduellus...Ysidorus] Ox, c. De carduello, f. 32rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 39 (p. 195, 1-2). 29 assate...pennis] Cf. *Cyranides* (p. 156). 30 Nigro...capite] Ox, c. De carduello, f. 32rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 39 (p. 195, 3-4).

3 antequam] ante scr. et post add. sup. lin. -quam cod. 4 ante] ante ante, scr. et post exp. po cod. 6 ictus] et utus cod. 7 dat] da- scr. et post add. sup. lin. -t cod. | Fugiunt] Fugiun- scr. et post add. sup. lin. -t cod.. 10 subnigri] -nigri scr. et post add. sup. l. sub- cod. 11 VIII] quindecim LDNR 15 porcina] porcino *Cyranides* 17 podagricum] podragricum cod. | podagram//] podragam cod. 19 Conturnices] conturnix add. in marg. cod. 20 insula ortigemetra] insula vel ortigometra Ox 27 Carduellus] carduellus add. in marg. cod. 30 iliacos] ciliacos *Cyranides*

[Cap. 36. De crochilo.]

Crochilos, ut dicit Plinius, avis est omnium avium minima, que rex avium dicitur, ita est animosa, ut etiam contra aquilam conetur. Fecunda est pullis. Multe simul uno antro conduntur in hyeme, ut terra confert calorem, qui modicus est in corpore.

5 [Cap. 37. De avibus Diomedee.]

Diomedee aves \sunt/ a Diomede rege sic dicte in Grecia. Candide sunt, dentes habent in ore, ut dicit Solinius. Gregatim volant. Grecus si ad eas venerit, blandiuntur ei, alterius nacionis homines in pugnant. Gemitus earum interitum regis prenunciat.

[Cap. 38. De dariam (vel daria).]

10 Dariam, ut dicit Aristotiles, avis est sine pedibus; propter pluviam que fit in fine estatis post primos fetus et enunciados, moritur.

[Cap. 39. De erodio.]

Erodius qui et girofalgus dicitur, ut dicit Glosa super Leviticum, avis est inter omnes nobilissima. Pene in toto corpore ad album declinat colorem nisi in pectore.

15 Ipsam aquilam vincit. Multas aves unam post aliam deicit simul. Si primo inpetu predam non capit, vix pre indignacione redit ad magistrum. Servatas \carnes/ non comedit nisi recentes.

[Cap. 40. De fenice.]

20 Fenix est avis in Arabia, ut dicunt Solinius et Ysidorus, Iacobus et Ambrosius, sola vivens sine prole annis CCC et XL. Magna est ut aquila, fulgentis penne ut pavo. Cum autem in senium deducitur, in orientis partibus super altam arborem nidum sternit ex ture, mira et aromatibus, et se ipsum accendens comburit. Post paucos autem dies ex ipsius cineribus vermis procreatur, cui post breve tempus ale crescunt et sic pristina avis reformatur. Nota quod reffert Ysidorus de sacerdote Elopoum civitatis Egipti, qui vidit
25 fenicem procreari ex verme.

[Cap. 41. De frilica.]

Frilica, ut dicit Ysidorus, in profundo maris nascitur. Hec, ut dicit Ambrosius, pullos aquile eiectos de nido nutrit, sicut dixi supra eodem titulo in capitulo “aquila”, et ibi vide.

2 Crochilos...corpore] Ox, c. De croculo, f. 32rb-32va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 40 (p. 195-196, 1-2, 4-5 et 7-9). 6 Diomedee...prenunciat] Ox, c. De diodomica, f. 32va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 41 (p. 196, 1-3 et 10-12). 10 Dariam...moritur] Ox, c. De dariam, f. 32va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 42 (p. 196, 1, 3 et 5). 13 Erodius...recentes] Ox, c. De erodio, f. 32va-32vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 44 (p. 196-197, 1-4, 6-12 et 14-15). 19 Fenix...verme] Ox, c. De fenice, f. 32vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 45 (p. 197, 1-3, 5-8, 10-13, 15 et 19). 27 Frilica...nutrit] Ox, c. De fulica, f. 33vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 46 (p. 197-198, 1, 3-4 et 7-8).

2 Crochilos] crochilos *add. in marg. cod.* 3 ita] sita *cod.* | Multe] ante Multe, *scr. et post exp.* uno antro *ed cod.* 4 conduntur] eduntur *cod.* | terra] turba Ox | calorem] colorem *cod.* 6 Diomedee] Diodomice Ox 10 Dariam] daria *add. in marg. cod.* 11 enunciados] enutritos Ox 13 Erodius] erodius *add. in marg. cod.* | girofalgus] girafalcus Ox 19 Fenix] fenix *add. in marg. cod.* 22 mira] ante mira, *scr. et post exp.* *et cod.* 24 Elopoum] Ebopolim Ox 27 Frilica] Fulica Ox

[Cap. 42. De folcra.]

Folcra avis est, que alias alba frons dicitur ex eo, quia tota nigra exceptis rostro et fronte ubi albescit pelle sua absque plumis. Versatur in fluminibus et stagnis. Cerebrum eius cum oleo veteri passionem ani curat, facta ibi ex hoc inunccione. Carnes eius
 5 comeste, assate vel bullite sine commixtione aliarum carnum, prosunt medicinaliter adversus venenum. Fere est ad modum anatis in corpore, sed nigra, rostro vero acuto. Pedes autem suos habet quadam pelle dentates ad modum foliorum quercus. [f. 22r]

[Cap. 43. De falcone.]

Falco cum dirigitur ad predam, parum retardatur propter eius inpetum, ut predam
 10 cum moderamine insequatur. Est quoddam genus falconum ignobile quod cum ardeam ad terram inpulerit, ardea anguillam vel piscem quam prius devoraverat, de ore eicit. Nec mora falco ignobilis captam ardeam evolare permitit et fetidum munus oblatum gaudens apprehendit.

[Cap. 44. De fluvialibus avibus.]

15 Fluviales aves sunt croceo, albo nigroque colore distincte, ad magnitudinem perdicum, solo aere vivunt et tamen pingues sunt.

[Cap. 45. De griffis.]

Griffi, ut dicit Iacobus, aves sunt magni corporis adeo, ut armatos homines occidant. Hee in Sitia \versus/ partes Indie aurum et argentum et gemmas in quodam
 20 loco inaccessibili custodiunt, quia ibi visos homines discerpunt. Arismaphi, qui alias dicuntur Macrobiei, homines XII cubitorum longitudinis, cum hiis pugnant, ut rapiant lapides smaragdus, quorum ibi copia est, ut dicit Glosa Exodi et dicam infra de natura lapidum capitulo "smaragdus". Hec avis quadrupes est, capite, pedibus anterioribus et alis aquile similis, sed maior. Reliquo corpore leonem imitatur. In
 25 Hipperboreis montibus habitat, ut dicit Experimentator, in nido suo lapidem acathem ponit, de quo dicam infra de natura lapidum capitulo "achates", et ibi vide.

[Cap. 46. De gostardis.]

Gostardi aves sunt parve, parvam habentes cristam in capite, terre similes in colore. Undosos habent volatus. Dicitur quod ova eorum in terra posita buffo fovet, donec pulli
 30 exierint, tunc primum parentes eos nutriunt.

2 avis...venenum] Cf. *Cyranides*, c. De phalare (p. 173). 9 Falco...aprehendit] Ox, c. De falcone, f. 32va-32vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 51 (p. 201-202, 1-5, 8 et 10-14). 15 Fluviales... sunt] Fluviales...pingues sunt] Ox, c. 'De fluvialibus', f. 37vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 103 (p. 222, 1-3). 18 Griffi] Ox, c. De grife, f. 33vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 52 (p. 202, 1-3 et 7-9). 19 Indie] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 186-187). 21 Macrobiei...cubitorum] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 186-187). | cum] Ox, c. De grife, f. 33vb-34ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 52 (p. 202, 1-15). 28 Gostardi...nutriunt] Ox, c. De gostordo, f. 34ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 54 (p. 202, 1-5).

2 Folcra] olcra cod.

Phalaris *Cyranides* 9 Falco] falco add. in marg. cod. | ut] ante ut, scr. et post exp. cum cod. 11 quam] quem Ox 15 Fluviales] Pluviales Ox 18 Griffi] griffus add. in marg. cod.; Grifes Ox 20 discerpunt] decerpunt Ox 24 anterioribus] anteriobus scr. et post add. sup. lin. -ri- cod. 25 acathem] id est agathem 28 Gostardi] gostardus add. in marg. cod.; Gosturdi Ox 29 eorum] earum Ox

[Cap. 47. De gruibus.]

Grues, ut scribunt Ambrosius et Ysidorus, cum expeditiones suas dirigunt, sub quodam milicie signo eunt. Nam que preest agmini castigat alias, ne ordinem excedant, qua raucessente alia illi succedit; nocte inter se excubias dividunt, ille que vigilant
 5 suspenso pede lapillos tenent, quibus reliquas incitant. Cum comedunt, dux earum erecto custodit reliquas collo, ut secure pascantur; qui si viderit hominem, clamat, volando opponunt se vento. Pontum transiture arenam devorant. Habent quandoque lapidem in stomaco, quem evomunt, qui per ignem transit in aurum. Dicit Aristotiles quod gens Pigmea, qui sunt homines cubitales apud Nilum in montibus orientis et in
 10 India, pugnant cum eisdem gruibus, de hiis dixi supra de monstruosis hominibus capitulo "homines alii sunt tam parvi". Nec falsum; de pigmeis enim ut dicit Glosa Ezechielis: 'Gens Pigmea in turribus tuis.' Sunt etiam ibi equi cubitales, ut dicit Aristotiles. Lassatas inter se grues sustollunt, donec recuperant vires, dum transeunt mare.

15 [Cap. 48. De gallo.]

Galli natura multis est nota ideo transeo. Cantus eius nocte ultra quam extimari possit auditur. Cantu suo equos mitigat. Camelos instigat. Fantasma propellit. Legitur quod plures herbe que gallum reficiunt, alia animalia occidunt. Album gallum leo timet. Gallus senescens ovum facit, ex quo basilicus procreatur; in fimo enim calido ponit
 20 ovum et ibi fovetur a buffone \ut quidam opinantur, sed alii negant a buffone foveri//. Testa \illius/ ovi est tam dura, ut validis ictibus frangi non possit. Post multum temporis exit pullus et crescit [f. 22v] per se. Habet autem caudam ut coluber. Residuum corpus ut gallus est et sic educitur basilicus, \de quo vide infra de natura serpentum capitulo "basilicus"//. Mortuis gallinis cessat gallus pre dolore a cantu. Galli pugnant inter se,
 25 victor ceteris dominatur. Carnes galli senis teneriores sunt carnibus galli iuvenis. Ova que femellam proferunt in loco acuminis rotundiora sunt, ova vero longa in fine vero acuta marem procreant. Vicesimo die pullus movetur in ovo. Ab eo autem die plumescit. Ita positus \est pullus in ovo/, ut caput supra dextrum pedem habeat, dextram vero alam super capud. In Egipto sine fotura gallinarum foveantur ova et educuntur pulli.
 30 Apperiant enim ibi arenam et ova stercore involvunt et sic cooperientes sabulo foveantur calore solis et stercoris et debito tempore extrahuntur ova et finditur testa et pulli prodeunt. Idem credimus fieri in nostris partibus, si ova in multitudine calidissimi fimi includantur eodem modo. Estate XVIII^o die edunt fetus, hyeme vero XX^o die. Audita voce accipitris viciantur ova, et tonitruo. Remedium est \ad hoc scilicet/ ferrum per transversum positum. Plinius dicit si aurum liquefeceris menbraque gallinarum
 35 admisceris, consumit aurum in se, ita ut dici possit auri venenum. Gallinacius gallus ad nichil aliud valet quam ad coquinam, non generat, non cantat, \de gallo gallinacio habetur in textu et glosa ff De hiis qui paren. vel filio. occi. l. fi. et C. eodem l. I//.

2 Grues] Ox, c. De grue, f. 34ra-34rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 55 (p. 203-204, 1-6, 8, 12-14, 18-21, 31, 34-38 et 40). 16 Galli] Galli...venenum] Ox, c. De gallo, f. 34rb-34vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 57 (p. 205, 1, 5, 8-10, 14-23, 27, 29, 32 et 35-36) et 58 (p. 206-207, 13-15, 20-23, 25-30, 63-66 et 70-72).

Ox, c. De capone, f. 34vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 59 (p. 207, 1, 6-7, 12).

2 Grues] grus *add. in marg. cod.* 4 raucessente] raucescence Ox 13 Aristotiles] Aristoteles *scr. et post add. sup. lin. -ti- cod.* 16 Galli] gallus *add. in marg. cod.* 31 extrahuntur] ante extrahuntur, *scr. et post exp. foveantur ova cod.* 33 XVIII^o] XIX Ox 36 ita] ante ita, *scr. et post del. et exp. ut cod.*

Castrantur galli, ut dicit Iacobus, qui altiles seu capones vulgariter dicuntur. Postquam tribus annis vixerint aut plus, in iecore \vel secundum alios in ventriculo galli huius castrati// invenitur lapis, cui allectorius nomen et de eo vide infra de natura lapidum capitulo “allectorius”. Postquam hunc lapidem in iecore suo conceperint, nunquam
 5 postea bibunt. Unde si quis habeat hunc lapidem in ore suo, sitim extinguit. Aliquando huic avi sicut vidi fieri in altile, plume extrahuntur in pectore et subtus ventrem urticisque percutitur et uritur et demum ponitur ad nidum, ut pullos orbatos matre subponant foventque illos ob calorem, quem pulli nudati corporis pectori prestant et tunc vice galline frangit vocem suam. Pellis que \extrahitur ex stomaco galline
 10 desiccata et pulverizata data in potu mulieri, liberat eam a passione matricis. Cerebrum galline ad ortum dencium proficit, si ex eo fricentur gingive. Valet etiam adversus morsum scorpionum. Cor galline adhuc palpitantis ligatum ad coxam mulieris laborantis in partu, liberat eam. Epar eius tritum cum farina ordeï et aqua mixtum et emplastratum valet podagricis. Axungia galline cum nardo liquefacta ad dolorem aurium utilis est.
 15 Valet etiam axungia ad nervorum confortacionem. Stercora gallinarum recencia sanant articulorum contricionem ex calciamentis provenientem. Valent etiam cum aceto cathaplasmata ad vulnera et morsus ferarum et rabidi canis. Galli veteris ius seu brodium bibitum solvit ventrem. Sanguis eius potatus venenum fugat, unde sanat eos qui leporem marinum comederunt. Fel eius cum melle et succo celidonie mistum, visum
 20 acuit. Testiculi galli, in cibo vel potu sumpti, incitant venerem. Si in gallum eviceratum et adhuc palpitantem membrum mutilatum vel lesum intromitatur, venas et sanguinem stringere facit.//

[Cap. 49. De gallo silvestri qui alias dicitur fasianus.]

Gallus silvester, qui alias fasianus dicitur, ut dicit Plinius, capitur scuto panni linei,
 25 in medio panniculo ruffo apposito, quem intuens pellitur in rete. \Adeps fasiani valet adversus passionem matricis. Sanguis eius remedium est contra venenum. Fel eius acuit visum.//

[Cap. 50. De garrulo.]

Garrulus, ut dicit Ysidorus, sic dicitur quia est avis garrula. Omnium avium predita
 30 est. Experimentator dicit quod pre furore nimio aliquando inter ramos arborum se ipsam suspendit.

[Cap. 51. De graculo.]

Graculus est de genere cornicum; simul multe in una arbore nidificant. Clamose sunt. \De graculo fit mensio ff Loquati l. Ex conducto § I.//

1 Castrantur] Ox, c. De capone, f. 34vb-35ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 59 (p. 207-208, 2-3, 18-24 et 27-28). 10 Cerebrum...venerem] Cf. *Cyranides*, De gallina domestica p. 163, p. 148-149. 24 Gallus...rete] Ox, c. De phasiano, f. 35ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 60 (p. 208, 1-2, 7-8 et 11). 25 \Adeps...visum/] *Cyranides*, p. 173. 29 Garrulus...suspendit] Ox, c. De garrulo f. 35ra-35rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 61 (p. 208-209, 1 et 9-11). 33 Graculus...sunt] Ox, c. De graculo f. 35rb THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 62 (p. 209, 1 et 4-7). 34 \De...I/] Cf. D. 19, 2, 15.

1 vulgariter] vulgaritur cod. 2 in¹] ante in, scr. et post del. et exp. postea V vel VI annis cod. 7 nidum] nudum Ox 8 corporis] ante corporis, scr. et post exp. cor cod. 10 desiccata] desicca- scr. et post add. sup. lin. -ta cod. 14 podagricis] podragricis cod. 19 qui] ante qui, scr. et post exp. eos cod. 24 Gallus] gallus silvester sive fasianus add. in marg. cod. 29 Garrulus] garrulus add. in marg. cod. | sic] ante sic, scr. et post exp. est cod.

[Cap. 52. De ibide.]

Ibis avis est, ut dicit Solinius, alba cum curvo rostro. Serpentibus infesta valde, pugnat cum serpentibus volantibus Arabie. Ore parit. Ova eius mortifera sunt comedentibus. Super Nilum sedens purgat anum rostro aqua infusa, vel cum gravatur
5 cibo de ventre per anum extrahit cum rostro. Ovis serpentum pullos suos nutriunt. Hiis delevit Moyses serpentes solitudinis profecturus contra Arabes. [f. 23r]

[Cap. 53. De irundine.]

Irundo, ut dicit Liber rerum, est avis levissima, nigra. Habet quoddam prescitum, ut dicit Solinius, quod lapsatrica tecta deserat. Sanguis eius sub dextra ala subtractus oculis
10 medetur. Gemmam portant in iecore, aliquando ruffam, \aliquando albam/, aliquando nigram, qui celidonium dicitur, sed dicunt aliqui hunc lapidem reperiri in nido. Huiusmodi lapis debet extrahi de corpore pulli antequam tangat terram et de natura istius lapidis, dicam infra de natura lapidum capitulo “celidonium”. Prodest iste lapis maxime lunaticis, et humores fugat noxios. Cum aqua abluitur et infirmis prodest oculis.
15 Pulli irundinum, qui hunc lapidem habent, ore ad os conversi in nido sedent; qui non habent, adversi posterioribus sedent. Pulli irundinum sunt primo ceci, ut dicit Plinius. Femelle libidinis ymaginacione concipiunt aut pulvere. Ab aliis avibus non inpetitur irundo. Volando cibum capit. Stercus eius oculos cecat. Si quis cecaverit irundinum pullos, revertuntur oculi eorum, ut dicit Aristotiles. Matres enim adhibent celidonium
20 herbam oculis pullorum vexatis, de qua herba vide infra de natura herbarum capitulo “celidonia”. In cavernis moncium hieme latent, nam inveniuntur ibi et adveniente hyeme transeunt mare, pedibus parvum lignum sustollentes cum quo requiescuntur in mari, dum a volatu sunt fesse et cum ala velificant. In Egipto loco palustre habent \alias nidum/, locum ubi evagari consuevit fluvius Nili ibique quasi inexpugnabilem murum
25 opponunt spacio unius stadii. Hoc opus muniunt paleis, stramento et luto et taliter quod homo non posset facere opus tam mirabile tamque cedula et intantum laborant quod alique moriuntur. Cum construunt nidum, madefaciunt pennas, ut lutum adhereat et ita defferunt \alis/, quia pedibus portare nequeunt. Fel irundinis, si ex eo ungantur capilli albi vel grisi, reddit eos nigros. Asserunt aliqui quod, si oculi irundinis desicati terrantur
30 et ponantur in lucerna olei coram comedentibus, putabunt quod ante eos sit magnus ignis et pre timore fugient, sed hoc non affirmo omnino pro vero nec sum expertus. \De natura irundinis est fere quedam alia avis dicta luxinia sive barberolus, cuius palpitantis cor \si/ transgluciat, gratiam et facundiam confert. Et fel eius cum melle clarificat oculos. Cinis irundinum cum melle facta inunccione esquinanciam sanat, et ulcera in
35 gutture et lingua et omnia cranquena curat perfecte. Carnes irundinum sepe comeste sacrum morbum fugant, epilenciam sedant et partum asclerant. Oculi irundinum portati vel fronti alligati obtolomiam sanant omnemque febrem tollunt. Terra nidi irundinum

2 Ibis...Arabes] Ox, c. De ybide, f. 35rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 63 (p. 209, 1-2, 4-5, 8-12 et 24-26). 8 Irundo...dicitur] Ox, c. De yrundine, f. 35rb-35va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 66 (p. 210-211, 1-2, et 5-11). 13 Prodest] Ox, c. De yrundine, f. 35va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 66 (p. 210-211, 7, 11-15, 21-24, 26, 28 et 42-43). 23 In...nequeunt] Ox, c. De yrundine, f. 35va-35vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 66 (p. 211, 35-37 et 47-51). 32 luxinia...sanat/] Cf. Cyranides p. 149 et 173-175.

2 Ibis] ibis *add. in marg. cod.* 6 solitudinis] sollicitudinis *scr. et post exp. -ci- cod.* 8 Irundo] irundo *add. in marg. cod.* | prescitum] prescium Ox 9 lapsatrica] lapsatura Ox | ala] *ante ala, scr. et post exp. altra cod.* 11 celidonium] calcedonium Ox 23 a] *ante a, scr. et post exp. sunt cod.* 26 cedule] cedile *cod. id est sedule* 32 quedam] que- *scr. et post add. sup. lin. -dam cod.* 35 lingua] *ante lingua, scr. et post del. et exp. omnia cod.*

cum aqua soluta inducta collo, faucium tumores et esquinanciam curat, et cum aceto cefalargiam sanat. Fimus irundinis bibitus nascenciam sanat.//

[Cap. 54. De ida.]

Ida est avis parva, sed pulcra, in dorso habet colorem quasi viridem vel saphireum, si contra solem videatur, in pectore ruffum. Circa aquas habitat, pisciculis vivit. Si huic avi pellem detrahis vel ipsam mortuam serves, omni anno plumas mutabit ac si viveret et manebit in eadem pulcritudine. \Dicitur quod in loco ubi suspensa fuerit, preservat pannos a tineis, sediciones et lites; avertit in domo in qua habetur. Cor eius portatum reddit gestantem gratum et depellit inimicos ne noceant.//

10 [Cap. 55. De karo.]

Karus, ut dicit Glosa, avis est que in aqua et aere eque valet.

[Cap. 56. De kaches.]

Kaches, ut dicit Aristotiles, avis est que vociferat vocibus diversis, singulis diebus mutat vocem suam. Pulli educti ac roborati cibant parentes in senectute faciuntque manere eos in nido sine labore.

[Cap. 57. De lucidiis.]

Lucidii aves sunt, ut dicit Liber rerum et Solinius, dicte, id est lucem dantes, quarum penne in nocte lucent et prebent in tenebris ambulantibus lucem. In Germania \alias Hercynia/ reperiuntur.

20 [Cap. 58. De linachos.]

Linachos, ut dicit Aristotiles, avis est acuti visus valde, que docet pullos suos intueri solem, non valentes autem interficit; in mari est.

[Cap. 59. De milvo.]

Milvus, ut dicit Ysidorus, cadaveribus nutritur et parvis aviculis, unde audax est in parvis avibus, in magnis timidus. Pullos gallinarum libenter venatur. Est avis impia circa proprios pullos. Dum enim videt eos inpiguiari dolet et ideo cum rostro eos percutit et vulnerat, ut macerentur; sic facit vultur, ut videbis infra suo loco. Tempore mutacionis recedunt milvi et postea revertuntur, unde Dominus in evangelio dicit: 'milvus in celo cognovit tempus suum.' [f. 23v]

4 Ida...pulcritudine] Ox, c. De yda, f. 35vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 67 (p. 211-212, 1-10). 11 Karus...valet] Ox, c. De laro, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 74 (p. 213, 1 et 4). 13 Kaches...labore] Ox, c. De riche, f. 35vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 73 (p. 212-213, 1-2 et 4-6). 17 Lucidii...reperiuntur] Ox, c. De lucidio, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 75 (p. 213, 1-3 et 5). 21 Linachos...est] Ox, c. De linachio, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 77 (p. 213, 1-2 et 4-5). 24 Milvus...timidus] Ox, c. De milvo, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 79 (p. 214, 1, 4-5 et 8). 27 Tempore...suum] Ox, c. De milvo, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 79 (p. 214, 10-12 et 15).

2 cefalargiam] cephalalgiam *Cyranides* 4 Ida] ida *add. in marg. cod.* 11 Karus] Larus Ox 13 Kaches] Riches Ox 19 Hercynia/] Hircania *cod.* 24 Milvus] milvus *add. in marg. cod.* 26 videt] vide- *scr. et post add. sup. lin. -t cod.* 28 evangelio] evagelio *cod.*

[Cap. 60. De morplice.]

Morplex, ut dicit Ysidorus, avis est magna ut milvus, sic dicta eo quod morte plectetur. Nigra est. Pisces de fundo aque extrahit et devorat.

[Cap. 61. De melmomonibus.]

5 Melmomonis aves sunt Egipti, ut dicit Plinius, a loco, ubi Memmon periit, catervatim veniunt quinto anno ad Ilium iuxta sepulcrum Mennonis et biduo circumvolant, tercio die pugnantes se lacerant.

[Cap. 62. De merobi.]

10 Merobs avis est, ut dicit Plinius, que antra fodit in terra sex pedum altitudinis et ibi ova ponit, ut pullos educat.

[Cap. 63. De merlionibus.]

Merliones aves sunt, ut dicit Liber rerum, parve, sed socialiter volant ut erodii, de quo supra capitulo “erodius”. Et quod non possunt viribus propriis, turba vincunt, quatuor cignum deiciunt.

15 [Cap. 64. De merula.]

Merula, ut dicit Iacobus, avis est que mirabiles voces et modos reddit cantando; hyeme tacet. Fuit merula, que docta humana arte novem notulas in ordine musice perfecte cantabat. Contra naturam suam domesticata carnem comedit. Nigra est colore, plumas non mutat ut ceterae aves. Colorem rostri mutat.

20 [Cap. 65. De monedula.]

Monedula, ut dicit Iacobus, dicitur quasi monetam tollens vel diligens; si enim aurum vel argentum invenerit, furatur. Avis est nigra, sed rostro et pedibus rubea, vocem hominum imitatur edocta. Carnes eius pruritum capitis excitant unde et ipsa in capite fricari appetit, ut dicit Experimentator.

25 [Cap. 66. De mergo vel mergulo.]

Mergus vel mergulus, ut dicit Ysidorus, avis est aquas insequens persequitur pisces. Has aves beatus Martinus contra naturam aquas deserere, arida atque deserta querere divina virtute coegit. Ambrosius: Cum sepe merguntur, tempestatem significant. Ista avis est insatiabilis sicut lupo et pellicanus, de quo tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “venter”, et infra capitulo “pellicanus”, et supra titulo precedenti capitulo “lupo”. \Venter mergi desiccatus et pulverizatus datusque in potu,

2 Morplex...devorat] Ox, c. De morplece, f. 36ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 82 (p. 214, 1-2 et 4). 5 Melmomonis...lacerant] Ox, c. De menoni, f. 36ra-36rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 83 (p. 215, 1-5). 9 Merobs...educat] Ox, c. De merobe, f. 36rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 87 (p. 216, 1-3). 12 Merliones] Ox, c. De merlione, f. 36rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 85 (p. 215, 1 et 4-6). 16 Merula...mutat] Ox, c. De merula, f. 36rb-36va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 88 (p. 216, 1-5, 10-11, 13-14, 16 et 19). 21 Monedula] Ox, c. De monedula, f. 36va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 89 (p. 216, 1-7). 26 Mergus...significant] Ox, c. De mergo, f. 36va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 90 (p. 216-217, 1-3 et 11-16). 31 \Venter...nasci/] Cf. Cyranides, p. 151-152.

2 dicta] dictus *cod.* 5 Melmomonis] Mennonis Ox | Memmon] Mennon Ox 9 Merobs] Merorbs *scr. et post exp. r cod.* 12 Merliones] merlio *add. in marg. cod.* 16 Merula] merula *add. in marg. cod.* 21 Monedula] monedula *add. in marg. cod.*

bonum reddit stomachum. Et fel eius, si ex eo fiat inunccio, non sinit pilos crescere vel nasci.//

[Cap. 67. De niso.]

Nisus, ut dicit Liber rerum, avis est nobilis inter ceteras aves predam capiens.
 5 Omnis avis parcit sui generis avibus preter nisum, qui suum comparem \persequitur nisum, ut capiat//, si prevalet, et hoc habet commune cum homine. Nisus in hyeme captam avem sub pedibus ponit, ut calefiat ab ea et hoc per noctem propter frigus. Mane autem non immemor beneficii, eam vivam evolare permittit pro premio.

[Cap. 68. De niticorace.]

10 Niticorax, ut dicit Adelinus, est \avis dicta sic quasi/ noctis corvus, que et alias noctua dicitur. Tenebras amat, solem videre non potest, que, si die volat, a ceteris avibus inpetitur. Humanis stercorebus delectatur. Mures persequitur. Caput habet deforme. Cum inpugnatur, ut dicit Plinius, ab homine vel ab avibus, resupina iacens unguibus et rostro se deffendit. Caro eius paraliticos iuvat; sepulcra mortuorum et
 15 parietes et loca ruinosa inhabitat. \Si fumigetur domus ex corde huius avis, fugient mures ab ea domo. Cor eciam ipsius, si foramini formicarum aponatur, fugat eas.//

[Cap. 69. De nepina.]

Nepina avis est, que alias dicitur vulgariter gallina seca ad modum perdicum, sed cum longo rostro quod profunde in terram figit et extrahit vermes. Mane et sero volat,
 20 unde capitur per recia suspensa in arboribus sub quibus volat.

[Cap. 70. De onocrotalo.]

Onocrotalus avis est a lege prohibita rostro longo. Quando vocem edere vult, sub aqua rostrum ponit et emitit magnum rugitum, sic vidisti de butorio, ut supra capitulo "butorius". Ysidorus dicit: multas escas simul in quadam parte ventris re- [f. 24r] ponit,
 25 quas, cum esurit, iterum extrahiit et devorat.

[Cap. 71. De otho vel huhu.]

Othus vel huhu avis est sic dicta a sono vocis huhu, sed minor bubone; plumas habet in capite quasi aures. Nocte volat. Cum hac ave multe alie capiuntur.

[Cap. 72. De oriolis.]

30 Orioli aves sunt a sono vocis sic dicte, colore aureo, habentes pennas in alis ceruleas. In ramis nidum suum subtiliter suspendunt.

4 Nisus] Ox, c. De niso, f. 36va-36vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 91 (p. 217, 1, 8-9 et 12-14). 10 Niticorax...iuvat] Ox, c. De nocticora, f. 36va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 92 (p. 217-218, 1-3, 7-8, 10-12, 15-16 et 18). 18 Nepina] Ox, De nepa, f. 36vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 93 (p. 218, 1-2, 4-5 et 8-10). 22 Onocrotalus] Ox, c. De onocrotalo, f.36vb-37ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 94 (p. 218, 1-3, 9 et 11-12). 27 Othus...volat] Ox, c. De otho, f. 37ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 95 (p. 219, 1-4). 30 Orioli...suspendunt] Ox, c. De oriolo, f. 37ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 97 (p. 219, 1-4).

4 Nisus] nisus *add. in marg. cod.* 6 si] *ante si, scr. et post exp. pit cod.* 8 evolare] avolare Ox | premio] pretio Ox 10 Niticorax] niticorax *add. in marg. cod.*; Nocticoras Ox 18 Nepina] nepina *add. in marg. cod.*; Nepa Ox | seca] *id est ceca* 19 rostro] *ante rostro, scr. et post exp. go cod.* | figit] fingit Ox 22 Onocrotalus] Onocrotalus Ox 24 butorius] buterius *cod.* 25 extrahiit] *ante extrahiit, scr. et post exp. esurit iterum cod.* 27 Othus] othus *add. in marg. cod.* 30 Orioli] oriolus *add. in marg. cod.* 31 suspendunt] suspendent *cod.*

[Cap. 73. De ostrucio.]

Ostrucius avis est, ut dicit Ysidorus, que Grece assidua vocatur. Hec avis, cum tempus est ut ova pariat, elevat oculos ad celum, ut videat si stella Vigilia ascendat. Non enim sua ova ponit nisi illa stella sit orta, et hec oritur mense Iulii, tunc ova sua ponit et
 5 postea fodit in terra, ut ea cooperiat sabulo, quibus coopertis recedit et statim obliviscitur nec ultra ad ea revertitur. Est enim naturaliter obliviosa. Unde de ipsa ave Ieremias dicit: Assidua ‘in celo cognovit tempus suum.’ Igitur ovis calefactis sub arena a sole, pulli educuntur ab eis. Ostrucius habet pennas ut erodius vel accipiter. Avis est tarda ad volandum, sed celerime currit in terra et tunc alas erigit. Ferrum comedit et
 10 digerit. Equum odit et equus eam in tantum ut eum videre non audeat. Bissulcas habet ungulas, quibus comprehendit lapides et prohibet contra persequentes. Ova eius sunt tam magna, ut ex eis vasa ad bidendum fiant. Calvescit et plumas eicit. Alis raro utitur ad volandum, ut dicit Aristotiles. Solinius dicit quod ostrucius solo visu fovet ova sua, sed Ysidorus dicit quod in sabulo ponit, ut dictum est. \\Vide de ostrucione quod scripsi
 15 infra de natura vermium capitulo “tamur”. Stercus ostrucii bibitum vel super se portatum, digestionem perfectam facit. Fel eius cum melle albuginem et lepram tollit.//

[Cap. 74. De pellicano.]

Pellicanus dicitur quasi pellem cannam, id est pennas, habens. In Egipto circa Nilum \et in paludibus/ habitat. Augustinus reffert quod hec avis pullos suos diligit, sed,
 20 cum sibi inportuni fuerint, occidit. Et plangens eos, per triduum se ipsam in latere percutit rostro, et sanguine proprio vivificat pullos. Idem facit, si pulli a serpentibus occidantur. Experimentator dicit quod post sanguinis effusionem debilitatur tantum, quod nidum suum exire nequit, tunc pulli pro cibo suo et matris nidum exire compelluntur, sed quidam ex eis tam sevi et crudeles sunt quod nec se nec matrem
 25 \alunt/, quidam se et non matrem. Quod mater convalescens noscit, unde pios nutrit, alios eicit. Duo sunt genera pellicanorum: quoddam aquatile et piscibus vivit, aliud sollitudinis et serpentibus vivit. Lacte eciam cocodrilli pascitur. Solum habet viscum, unde macra est semper.

[Cap. 75. De porfirio.]

Porfirius avis est, ut philosophus dicit, habens unum pedem ut anser ad natandum, alium ad ambulandum. Et cum pede, cibum et potum ori porrigit quasi manu. [f. 24v]

2 Ostrucius...Aristotiles] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 110 (p. 226-227, 1-8, 11-13, 34, 38-41, 44-45 et 47-49). | Ostrucius...est] Ox, c. De structione, f. 38vb-39ra. 15 bibitum...lepram] Cf. *Cyranides* p. 172, 15-16 et 18-19. 18 Pellicanus...semper] Ox, c. De pellicano, f. 37ra-37rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 98 (p. 219-220, 1-15, 17 et 19). 30 Porfirius...manu] Ox, c. De porfirio, f. 37rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 99 (p. 219, 1-4 et 13).

2 Ostrucius] ostrucius *add. in marg. cod.*; Strutio Ox 5 coopertis] coopertis *cod.* 7 Ieremias] Ieronimus Ox 8 educuntur] eduntur *cod.* 10 eam] eum Ox 11 lapides] *ante lapides, scr. et post exp.* ungulas quibus comprehe *cod.* 12 raro] numquam Ox 13 ostrucius] structio Ox 16 albuginem] albedinem *Cyranides* 18 Pellicanus] pellicanus *add. in marg. cod.* 21 vivificat] vivicat *scr. et post add. sup. l. -fi-cod.* 30 ut philosophus] ut Iohannes philosophus Ox

[Cap. 76. De pavone.]

Pavo avis est amica mundicie et pulcritudinis. Habet enim pennas pulcherimas et
 relucens, capud vero serpentis, vocem habens orridam et passum latronis. Unde
 versus: 'Voce satham, penna cherubin, cervice draconem, sed pede furtivo designat
 5 pavo latronem'. Clamore suo omnia venenata animalia depellit. Carnes pavonis nec per
 annum putrescunt nec fetent, ut dicit Augustinus in libro De civitate dei. Ymo dicit eas
 numquam putrescere. Iacobus: Pavo, si inspicitur et laudatur, extendit \caudam/; si a
 tacito videatur, submitit eam. Amissa cauda, pudibundus quasi querit latibula. Si nocte
 evigilet, statim clamat, quia caudam dimisisse timet. In abscondito ponit ova, que, si
 10 mas invenerit, frangit. Desiderio incubandi ova faciliter franguntur, nisi molli stramento
 suscipiantur. Vivit annis XXV. Albi pavones inveniuntur. Item eciam silvestres
 pavones, sed non ita pulcri. Pavo post triennium parit, ex tunc incipiunt crescere
 gemmate penne. \Ova pavonis sicut anseris valent ad faciendum colorem aureum. Cor
 eius portatum felicitatem prestat. Dicitur quod sanguis eius bibitus demonia eicit. Et
 15 stercus ac interiora eius fumigata omne pravum abicit. Carnes pavonis comeste
 dissintericos sanat. Et eius stercus bibitum epilensiam sanat.//

[Cap. 77. De perdice.]

Perdix, ut ait Ambrosius, avis est dolosa. Alterius ova diripit et foveat, sed pulli
 educti, cum proprie genitricis audierint vocem, naturali instinctu redeunt ad veram
 20 genitricem, relinquentes aliam. In pulvere ponit ova inter spineta. Ad que ova aliquis si
 accesserit, matres se offerunt quasi debiles ut ipsas sequatur, et sic a nido trahatur
 derisus. Pulli cum se deprehendi metuunt, glebas pedibus tollunt et sub eis latent. Mater
 volat in circuitu venatorum, quousque pulli effugiant. Nota quod una sequitur aliam in
 capturam. Femelle quandoque sine masculo concipiunt libidinis fervore et vento. Fel
 25 perdicis, ut dicit Plinius, cum melle equo pondere prodest ad clarificationem oculorum.
 \Addito succo maratri id est feniculi, ius id est brodium perdicis cocte cum coctano,
 sumptum cum vino, illiacos et sciaticos curat. Ova perdicum comesta venerem incitant.
 Item soluta ova cum adhipe asinino, si ex eis ungantur mamis nutricis, inducunt lac.
 Teste eciam dictorum ovorum trite et cum cera et coctano super mamillas emplastrate,
 30 ipsas lapsas erigunt.//

[Cap. 78. De pica.]

Pica, ut dicit Plinius, avis callidissima, cum diligenter nidum suum ab homine
 senserit visum, ova sua transfert alias, comoditate digitorum. Carnes pullorum suorum
 ad acumen oculorum manducare dicuntur latrones. Linguas habent, quibus humanam
 35 loquelam imitantur. Moriuntur aliquando difficultate verborum.

2 Pavo...pulcritudinis] Ox, c. De pavone, f. 37rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 100 (p. 220, 1-2). 3 capud...serpentis] Ox, c. De pavone, f. 37rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 100 (p. 220, 1-2). 4 Voce...latronem] Cf. *Thes. Proverb.* 9 (p. 84). 5 Clamore...penne] Ox, c. De pavone, f. 37rb-37va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 100 (p. 220-221, 5-11, 14-15, 19-24, 27 et 39-41). 13 \Ova...sanat/] Cf. *Cyranides*, 'De pavone' (p. 171-172). 18 Perdix...oculorum] Ox, c. De perdice f. 37va-37vb THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 101 (p. 221-222, 1-5, 9-14, 17-18, 21-22, 28, 31 et 34-35). 26 succo...erigunt/] Cf. De perdice *Cyranides*, p. 169, 12-16 et p. 170, 1-2. 32 Pica...verborum] Ox, c. De pica, f. 37vb-38ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 104 (p. 223, 1-2, 9-10, 14, et 17-18).

2 Pavo] pavo *add. in marg. cod.* | pulcritudinis] pulcrudinis *scr. et post add. sup. lin. -tu- cod.* 4 cervice] cevice *scr. et post add. sup. lin. -r- cod.* 7 extendit] post extendit, *scr. et post del. et exp. se cod.* 18 Perdix] perdix *add. in marg. cod.* 19 genitricis] genitris *cod.* 24 vento] veno *scr. et post add. sup. lin. -t- cod.* 28 asinino] anserino *Cyranides* 32 Pica] pica *add. in marg. cod.* | callidissima] calidissima *cod.* 34 latrones] latiores Ox

[Cap. 79. De pico (marcius).]

Picus marcius avis est, ut dicit Liber rerum, arbores rostro penetrans, cum supini percuciant corticem arboris, pabulum subesse intelligunt. Plinius dicit: pullos in cavis educunt arboribus, in quas arbores cum quis sagitam, \lapidem, lignum vel aliud
 5 obstaculum in illarum arborum foraminibus// inmiseric, picus adiuncta quadam herba statim eicit et quodcumque eciam ibi ingestum sit. Ex eorum genere quidam sunt nigri ut merule, quidam crocei ut orioli, quidam ruffi in capite et virides circa collum, in alis crocei. Calvescunt semel in anno, cum rapa seminatur.

[Cap. 80. De passere.]

10 Passer, ut dicit Liber rerum, cicus in furore concitatur, sine ulla mora discordie, ut dicit Experimentator. Passeres calidiores sunt omnibus avibus, unde carnes eorum in cibum sumpte sunt libidinis incitative; sunt enim supra modum luxuriosi. Stercus eius calidissimum \est/, cum egeritur. Quidquid deglucit, cito digerit. In quibusdam terris caducum morbum paciuntur, et hoc dicit Aristotiles esse, quia semen iusquiami
 15 comedunt. Pulli cum evolant, vicini sunt parentes eorum. [f. 25r]

[Cap. 81. De philomena.]

Philomena est avis, ut dicit Liber rerum, dicta a philos quod est amor et menos quod est dulcis. Mira enim modulacione audientem letificat. Verno tempore cantat, yberno numquam. Adheo delectatur amenitate vocis, ut rarissime comedat et hoc
 20 festinanter. Et pocius debilitate moritur, quam modulacione vocis privetur. Unde eciam dicitur philomena a philos quod est amor et menos quod est deffectus quasi amore deficiens. Plinius dicit: certant inter se tanta contencione cantus, ut vita et morte prius deficiant. Qui quidem cantus in illo modico corpore imitatur omnis musice scienciam. Editur enim nunc sonus gravis, acutus, creber, extensus, vibrans, nunc longus, nunc
 25 flexus, nunc summus, nunc ymus et ut breviter dicam: omnes sonos quos ars humana excogitavit, hec avicula representat. Meditantur alie iuniores et imitantur senes, addiscendo magna intencione cantum earum. In exitu verni temporis alia fit vox. Cum coire ceperit, statim vocem perdit, ut dicit Plinius.

[Cap. 82. De psipaco.]

30 Psipacus avis est Indie, ut dicit Solinius, colore viridi, torque aureo, lata lingua et lata verba profert articulata, que homo. Ita durum habet rostrum quod, si de alto precipitet se, rostro se recipit sine lesione. Pede suo cibum ori porigit velut homo manu. In montibus, ubi non pluit, habitat, quia pluviam non patitur, quia si tangatur, moritur statim, alias aquas sustinet quoquo modo, ut dicit Aristotiles. Naturaliter habent quod
 35 reges saluant. Nota de rege Karolo et post de imperatore et de psipaco Leonis pape sibi misso.

2 Picus] Ox, c. De pico, f. 38ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 105 (p. 223, 1-5 et 10-14).
 10 Passer] Ox, c. De passere, f. 38ra-38rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 106 (p. 223-224, 1, 9-13 et 24-26). 17 Philomena... Plinius] Ox, c. De phylomena, f. 38rb-38va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 108 (p. 224-225, 1-23). 30 Psipacus... misso] Ox, c. De psitaco, f. 38va-38vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 109 (p. 225-226, 1-3, 5-6, 9-12, 15, 19-20 et 22).

2 Picus] Piicus *cod.*; picus *add. in marg. cod.* 10 Passer] passer *add. in marg. cod.* 14 dicit] *ante dicit, scr. et post exp. ut cod.* 17 Philomena] philomena *add. in marg. cod.* 20 festinanter] festinater *cod.* 30 Psipacus] psipacus *add. in marg. cod.*; Psiptacus Ox 32 precipitet] precipite- *scr. et post add. sup. lin.-t cod.* 35 Karolo] Carulo Ox | psipaco] psicaco Ox

[Cap. 83. De regulo.]

Regulus est avis parva fecunda in fetu seu prole. Dicitur quod cor eius infixum verui se ipsum girat, regis nobilitatem non expers.

[Cap. 84. De strige.]

5 Strix, ut dicit Ysidorus, avis est nocturna ita dicta, quia semper quasi stridet voce. Hec quendam lacteum humorem pullis suis instillat nutriendo.

[Cap. 85. De sturnis.]

10 Sturni \et inde sturnelli nomen diminutivum// aves sunt, ut dicit Ysidorus, fusce, catervatim volant quasi in pilo orbiculate, propter accipitrem murmurant in aurora. \De hiis sturnis fit mensio ff Loquati l. Ex conducto § I.//

[Cap. 86. De turture.]

15 Turtur avis est a voce sic dicta. Aristotiles dicit quod mire est pudicie. Socium diligit adheo, quod si orbata fuerit, nulli se iungat alteri: in aridis ramis sedens semper gemit. Paucis ramis nidum struit. Ambrosius: Cerifolium super ova sua contra venenata ponit. Experimentator dicit quod per totam hyemem iacet nuda in concavis locis. Pullos eciam nocte pascit. Sanguis ale dextre valet oculis inmissus. In vento meridionali non possunt bene volare, quia humidus est. \Sanguis turturis bibitus dissinteriam tollit et eius fimus cum melle albugineam curat.//

[Cap. 87. De tregophale.]

20 Tregophales avis est Ethiopie, ut dicit Solinius, maior aquila. Cornua habet in capite ut aries, quibus depellit adversarios.

[Cap. 88. De turdis.]

Turde sunt aves parve, que statim post decimo die generant. In arboribus habitant.

[Cap. 89. De vespertilione.]

25 Vespertilio, ut dicit Liber rerum, hyeme latet in nemori quasi mortua, si ad calorem ponatur, reviviscit et volat ad soporem. Nil a muris distat forma. More pecudum parit et lactat. Pennas non habet, sed membranis volitat. Et volitans geminos amplectans secum portat pedes. Liniamenta habet in cauda, sed non utitur; cum enim quiescit, ori vel pectori innitur. Dentes habet. Sibi invicem adherent vespertiliones aliquo loco

2 Regulus...expers] Ox, c. De regulo, f. 40rb. 5 Strix...nutriendo] Ox, c. De strice, f. 39ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 111 (p. 227, 1-2 et 4-6). 8 Sturni] Ox, c. De sturno, f. 39ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 112 (p. 227, 1). | aves...aurora] Ox, c. De sturno, f. 39ra-39rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 112 (p. 227, 1-5). 9 \De...I//] D. 19, 2, 15. 12 Turtur...est] Ox, c. De turture, f. 39b. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 113 (p. 227-228, 1-4, 7-8, 10, 13-14, 17, 20-21 et 23-24). 18 eius...curat//] *Cyranides* De turture p. 172, 5 20 Tregophales...adversarios] Ox, c. De trogophali, f. 39rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 114 (p. 228, 1-3). 23 Turde...habitant] Ox, c. De turda, f. 39rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 115 (p. 228, 1-4). 25 Vespertilio...evellunt] Ox, c. De vespertilione, f. 39rb-39va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 116 (p. 228-229, 1-2, 4-10 et 15-21).

3 verui] verru Ox 9 pilo] ante pilo, scr. et post exp. pl cod. | orbiculate] orbiculate cod. 12 Turtur] turtur add. in marg. cod. 14 Cerifolium] Cerefolium Ox 20 Tregophales] tregophales add. in marg. cod.; Trogophales Ox 23 Turde] turda add. in marg. cod. | post decimo] post coitum decimo Ox 25 Vespertilio] vespertilio add. in marg. cod. | nemori] nemus cod. 27 amplectans] amplectens Ox 29 Sibi] Si- scr. et post add. sup. lin. -bi cod.

pendentes, sed si una lassatur, omnes resolvuntur. In India sunt vespertiliones ut columbe, que hominibus aures vel nares evellunt. Si sanguine vespertilionis ungatur locus [f. 25v] mamillarum in puella, impedit earum incrementum, eciam tollit incrementum pilorum.

5 [Cap. 90. De ullula.]

Ullula est avis, ut dicit Ysidorus, a plantu dicta; cum enim clamat, fletum imitatur aut gemitum.

[Cap. 91. De upupa.]

Upupa est avis lege prohibita. Ysidorus dicit immunda est. Stercore nidum sternit.
 10 In fetidis delectatur. Avis est pulcra et cristata. Hyeme latet. Senescentes parentes plumas exuunt in nido, inter pullos iam adultos ponunt se et a pullis pascuntur, donec vires recuperent et plumas. Cum autem parentes cecantur, pulli quadam herba naturaliter eis nota liniant oculos eorum et illuminantur, ut dicit Phisiologus. Iacobus dicit: si quis tympora sua unxerit sanguine upupe se madens, sompniabit quasi demones
 15 suffocent eum. Similiter oculus upupe, si ligato in panno lineo ponatur ad lectum, non permitet iacentem dormire. Upupe cor incantatoribus et maleficis valet, sed de hoc nichil dicit Experimentator. Refferunt aliqui quod unguis upupe tritus et mixtus cum vino valet ad conceptionem. Item lingua eius ligata in brachio facit proponentem bene et facunde loqui. \In nido upupe tres \reperiuntur/ lapides, que sunt huius virtutis, quod si
 20 ponantur sub capite dormientis mulieris vel viri, statim patefaciet quidquid invita fecerit, ut refferunt aliqui et scripta antiqua hoc testantur.// Ista tamen relinquo expertis.

[Cap. 92. De vulture.]

Vultur avis est magna et ponderosa, ut dicit Ysidorus. Plinius dicit quod cor vulturis habentes ad latus tutos facit a \malivolis et/ venenatis omnibus, liberat eciam a
 25 fantasia, latrociniiis et sortilegiis et legitur alibi quod huiusmodi cor debet involvi pelle lupi. Item exuste eius penne serpentes fugant. Odore ultra mare cadavera senciunt ut aquila. Vultur, cum creverit et patrem matremque \senem/ videat vel debilem, occidit. Exponit se periculo deffendendo pullos suos. Cum volare queunt pulli, eicit eos a nido et longe pellit a locis, in quibus nati sunt. Avis est emula rapine. Non venatur in locis
 30 vicinis nidis suis propter pacem incolarum, ne pellantur. Alique vultures sine coitu concipiunt et sine coniunccione sociali generant. Diutissime vivunt. Ambrosius: Quibusdam presagiis prenunciant mortes hominum et intelligunt ideo quando homines se exponunt ad bellum. Senescenti rostrum crescit intantum, quod alimenta capere non potest et moritur. Experimentator dicit: cum pullos suos viderit cicius inpinguari, dolet.
 35 Quapropter eos rostro vulnerat, ut macerentur. Pugnat cum erodio, sed cum ruit in eum

3 eciam...pilorum] Cf. Cyranides De vespertilione p. 121, 6. 6 Ullula...gemitum] Ox, c. De ulula, f. 39va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 118 (p. 229, 1-2). 9 Upupa...suffocent] Ox, c. De upupa, f. 39va-39vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 119 (p. 229, 1-3 et 6-14). 16 Upupe... Experimentator] Ox, c. De upupa, f. 39vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 119 (p. 229, 15). 23 Vultur...omnibus] Ox, c. De vulture, f. 39vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 120 (p. 229, 1 et 5-6). 26 Item...cibo] Ox, c. De vulture, f. 39vb-40ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 120 (p. 229-231, 4-5, 7, 10-11, 15-16, 17-21, 24-29, 33-35, 42-44 et 47-50).

1 lassatur] id est laxatur 2 evellunt] avellunt Ox 6 plantu] id est planctu 9 Upupa] upupa add. in marg. cod. 13 liniant] liniunt Ox | illuminantur] illuminatur cod. | Phisiologus] Phisialogus cod. 23 Vultur] vultur add. in marg. cod. 25 latrociniiis] latrocinii cod. 30 ne] scr. nec et post exp. -c cod. | sine] ante sine, scr. et post exp. quandoque cod. 32 mortes] mortem Ox 34 Experimentator] ante Experimentator, scr. et post del. et exp. quapropter cod. 35 ruit] ruunt cod.

erodius, \qui/ agilis est, cedit et sic vultur inpetu cadens propter gravidinem se occidit. Multa cadavera simul in nido ponit pro futuro cibo \et in capite vulturis invenitur lapis, qui multum prodest portanti ad optinendum impetrata et desiderata. Refferunt aliqua scripta antiquissima quod lingua vulturis extracta sine ferro et in collo cum panno lineo
 5 suspensa et portata, confert portanti gratiam facitque optinere petita, quia de lapide vulturis mentionem feci, ut experiaris: accipe vulturem et occide eum antequam advertat, hoc est subito, post hec accipe lapidem, quem habet in cerebro et porta illum tecum. Habet enim virtutem predictam atque gestans illum, nullo potest ledi medicamine. Lactatrices bono replet lacte. Vetus etiam experientia dicit portantibus
 10 omnem salutem conferre et ista descripserit Marbodius in libro suo super lapidario edito.//

[Cap. 93. De zeloncides.]

Zeloncides aves sunt, ut dicit Plinius, quarum suffragium petunt a deo incole montis Cadim. Cum enim a locustis fruges illius terre vastantur, veniunt huiusmodi aves
 15 et locustas depopulantur, sed unde veniant aut quo vadant incompertum est, nisi a deo mitantur. Nec veniunt, nisi cum presidio earum indigent incole illius terre.

[Tit. IX.] De natura belluarum maris et fluviorum. Rubrica. Rubrica.

[Cap. 1. De abidos.]

Abidos, ut dicit Aristotiles, animal est marinum, prius vivit in aqua, deinde crescit
 20 \et mutatur/ forma natura et moribus, et exit aquas vivens in terra et vocatur tunc aune. Monstrum maris est, ut dicit Aristotiles, magnum corpore et gulosum. Ventrem ultraquam extimari possit, habet. Cum sibi periculum senserit imminere, caput in se contrahit recolligens sua membra. Si autem [f. 26r] non cessat periculum, tunc afflictus
 25 fame proprias carnes devorat. Vult enim pro parte magis consumi quam predam fieri belluis. Hoc animal stomacho caret et saturus, eicit pisces de ventre.

[Cap. 2. De belluis.]

Bellue sunt in orientali mari, ut dicit Plinius, tam magne, ut turbines procellas concitent et nebulas ab uno mari revertentes videntur natantes quasi multitudo classium.

30 [Cap. 3. De cocodrillo.]

Cocodrillus animal est quadrupes in partibus Indie, ut Iacobus et Solinus dicunt quod in flumine et in terra pariter valet. Frequencius tamen est diebus in terra, noctibus in aqua. \Sed in aquis amplior est ipsius potencia quam in terra, ut omnia que sub aquis

13 Zeloncides...terre] Ox, c. De çelontide, f. 40ra-40rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 5, 121 (p. 231, l. 1-5). 20 Abidos...ventre] Ox, c. '[De abide]', f. 40rb-40va et c. 'De adhune', f. 40va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 2 (p. 232, l. 1-4) et 6, 3 (p. 232-233, l. 1-4, 6, 10-14 et 20-22). 28 Bellue...classium] Ox, c. 'De belluis', f. 40va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 4 (p. 233, l. 1-4). 31 Cocodrillus...aqua] Ox, c. 'De cocodrilo', f. 40vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 7 (p. 235, l. 1-3 et 5). 33 in²...trahat] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 13 (p. 350-351).

10 Marbodius] Marrodo cod. 13 Zeloncides] Çelontides Ox 15 vadant] ante vadant, scr. et post exp. veniant cod. 20 Abidos] abidos add. in marg. cod.; Abides Ox 21 aune] astois Ox 22 dicit] dicitit scr. et post exp. -it cod. 25 predam] preda Ox 26 saturus] satur Ox 29 uno] imo Ox 31 Cocodrillus] cocodrillus add. in marg. cod.

comprehendit ad se trahat, ut reffert Girvasius.// Ponit ova quasi anceris longitudinis in terra. Est XX cubitorum. Linga caret. Hyatus oris est usque ad aures. Maxillam movet superiorem. Ungues et dentes orribiles habet. Et tanta est duricies eis cutis ut vix possit perforari. Hyeme non comedit. Cum hominem occidit, luget eum, ut dicit Experimentator. De stercore eius unguentum fit, unde rugose vetule et meretrices extendunt pellem in facie. In illa regione homines habitant qui Tintiri dicti sunt. Mensura huius gentis parva est, sed audaces contra has bestias. Natant in fluviis in quibus habitant, et salliunt super eas et equitant et funes in ora earum ponunt et ad terram ducunt. Lacte huius animalis pascitur pellicanus, de quo tetigi supra de natura avium capitulo “pellicanus”. Cocodrilli interrimuntur multociens a pisce serratam habente cristam cum qua tenerem ventrem huius animalis resecant, de quo infra eodem titulo capitulo “sera”.

[Cap. 4. De chilon.]

Chilon est animal marinum, qui exit ab eodem.

15 [Cap. 5. De canibus marinis.]

Canes sunt bellue marine, ut dicit Plinius, terribiles, que venantur pisces more canum in terra.

[Cap. 6. De clen.]

Clen est animal marinum, ut dicit Aristotiles, quod multum dormit.

20 [Cap. 7. De dracone maris.]

Draco maris est monstrum crudele instar draconis terrestris excepto quod caret alis, loco quarum pinnas habet, quibus transit multa maria uno inpetu.

[Cap. 8. De delphinis.]

25 Delphini sunt bellue in mari, ut dicunt Iacobus et Solinius, speciosissime et velocissime. Mares autem catulos devorant predileccione. Hoc scientes matres occultant, uberibus lactant. Pro voce gemitus habent quasi humanos. Mulcentur muzica, gaudent cantu citariorum, qui cum audierint gregatim adveniunt. Aurionem citaredam volebant naute precipitare in mare, qui obtinuit ab eis, ut prius caneret citara, quod audientes multi delphini adveniunt: quem tandem proiectum in mare recipiunt supra dorsa et ad terram ducunt. Felle carent. Duos custodes semper habent inter [f. 26v] se maiores. Si
30 unus delphinus moritur, alii afferunt eum super scapulas et custodiunt, ne ab aliis piscibus comedatur. Invicem se diligunt, ut dicit Plinius. Si unus capitur, alii plangunt ad portum. Experimentator dicit si quis carnes delphini comederit et postea in mare

1 Ponit] Ox, c. 'De cocodrilo', f. 40vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 7 (p. 235-236, l. 5, 7-10, 15-18, 20-21 et 47-52). 14 Chilon...eodem] Ox, c. 'De chilone', f. 40vb-41ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 12 (p. 237, l. 1 et 3). 16 Canes...terra] Ox, c. 'De cane', f. 41ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 13 (p. 237, l. 1, 2 et 5). 19 Clen...dormit] Ox, c. 'De celene', f. 41ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 11 (p. 237, l. 1 et 5). 21 Draco...inpetu] Ox, c. 'De dracone maris', f. 41ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 15 (p. 237, l. 1-2 et 6-7). 24 Delphini...interfecit] Ox, c. 'De delfino', f. 41ra-41va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 16 (p. 238-239, l. 1-2, 6, 12, 17-18, 24-39, 44-45, 48-51, 55-57 et 59).

8 funes] clavos Ox 12 sera] id est serra 16 Canes] canis marinus add. in marg. cod. 19 Clen] Celen Ox 21 Draco] draco marinus add. in marg. cod. 24 Delphini] delphinus add. in marg. cod. 25 velocissime] post velocissime, Os habent in medio ventre scr. et post exp. et del. cod. 30 Duos] dominos Ox 31 scapulas] scopulas cod.

lapsus fuerit et a delphinis inveniatur, statim devoratur ab eis. Si non comederit, elevat eum et ad terram trahunt. In Canpania, puer quidam delphinum pane alexit, tandem appropinquans manu tetigit, tandem per maria sepius equitavit quo mortuo delphinus cum eum diu spectaret in loco ubi consueverat alicui nec ille veniret, coram multis
 5 delphinus morte interiit. Hoc scribit Fabianus et Solinius. Idem accidit apud Iason urbem Babilonie, ut in istoria Persarum continetur quod delphinus amans quemdam puerum qui cum recederet, volens eum sequi, delphinus arenis adhesit. Ibidem quidam puer equitans delphinum in mari, tandem submersus est fluctibus tempestatis. Delphinus eum ducens ad terram se ipsum quasi reum interfecit. Nota quod delphinus alias dicitur
 10 porcus marinus, de quo dicam infra titulo primo capitulo “porcus”. \Item nota quod aliud est genus delphinorum minus isto, de quo dicam infra titulo sequenti capitulo “delphinorum”. Notandum insuper quod vulgariter dicitur quod quando fit magna captura delphinorum, pronosticatur mortalitas regaliū et magnatum.//

[Cap. 9. De equo marino.]

15 Equus marinus, ut dicit Aristotiles, monstrum est contra alia animalia fortissimum. In superiori parte est equus, infra piscis. Extra aquam nichil valet.

[Cap. 10. De equo Nili.]

Equus Nili monstrum est infestissimum homini non capitur nisi rethe ferreo. Captum occiditur difficulter. Pellem spissam habet, ad mensuram cubiti unius.

20 [Cap. 11. De foca.]

Foca monstrum est marinum, ut dicit Aristotiles, contra omnia animalia mitissimum nisi contra suam comparem, quia cum sua femella semper pugnat, donec ipsam interficiat; et tunc superducit aliam et sic cum secunda et tertia pugnat.

[Cap. 12. De galalca.]

25 Galalca, ut dicit Aristotiles, monstrum est marinum quod cum sentit fetus suos in alvo vivere, extrahit eos de ventre, non maturos iterum reponit eos.

[Cap. 13. De gladio.]

Gladius, ut dicit Ysidorus, \est monstrum/ habens rostrum ut gladius vel spata cum quo multociens naves perforat et ad fundum mergit. Sic dicitur \alias de/ monoceros, qui
 30 alias unicornus marinus \dicitur/, quia unum cornu habet, ut dicit \Liber rerum, de quo infra dicam capitulo “unicornus”//.

15 Equus... valet] Ox, c. 'De equo', f. 41va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 18 (p. 239, l. 1-5).
 18 Equus... unius] Ox, c. 'De equo Nili', f. 41va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 19 (p. 239-240, l. 1-2 et 8-10). 21 Foca... pugnat] Ox, c. 'De foca', f. 41vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 23 (p. 240, l. 1 et 3-6). 25 Galalca... eos²] Ox, c. 'De galalta', f. 41vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 25 (p. 241, l. 1-5). 28 Gladius... mergit] Ox, c. 'De gladio', f. 41vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 27 (p. 241, l. 1-3).

4 ubi] ubi ubi cod. 7 arenis] a remis cod. 13 delphinorum] dalphinorum cod. 15 Equus] equus add. in marg. cod. | fortissimum] post fortissimum, scr. et post exp. et del. est cod. 21 contra] contra contra cod. 28 Gladius] gladius add. in marg. et post exp. c cod.

[Cap. 14. De ipotamo.]

Ipotamus, ut dicit Plinius, bellua est in Nilo flumine, maior elephante. Dentes habet ut aper. Retrograde exhit aquas ne vestigia deprehendantur, et vastat fruges. Habet dorsum tam durum inde tornantur.

5 [Cap. 15. De luligine.]

Luligo monstrum est maris, ut Adelinus dicit, mirabile natura secamosum. Nunc in aquis habitat maris, deinde alis pinnigens aera petit volando, sed ventum sustinere nequit.

[Cap. 16. De monaco.]

10 Monacus monstrum est maris ex se habet nomen. In mari Britannico moratur. Formam piscis habet in inferioribus, in superioribus formam humanam. Capud habet in formam monachi recenter rasi: coronam desuper candidam circumque nigrum super aures habens, sicut in crinibus monachi. Aliciatur homines ambulantes apud mare luditque coram eis et saltibus appropinquat. Si viderit hominem \delectari/ in suis ludis,
15 gaudet. [f. 27r] Si autem appropinquat hominem tantum quod possit eum rapere, trahit eum in mare et devorat. Nasum habet simum.

[Cap. 17. De nerechidibus.]

Nerechides bellue sunt marine, ut dicit Plinius, hispide forma pene ut homo. Cum unam ex eis mori oportet, gemit, quod procul auditur.

20 [Cap. 18. De nautilo.]

Nautilus monstrum est marinum, ut dicit Plinius, habet duo brachia longa et inter ea menbranam tenuem extendit erectis brachiis et velificat per ventum quocumque voverit super aquas. Cauda regit se.

[Cap. 19. De orcul.]

25 Orcul monstrum est marinum, ut dicit Plinius, cuius ymago nulla comprehensione exprimitur alia, nisi quod sit maxima moles carnum. Ballenas persequitur laceratque, cetus flectere nequit in deffendendo.

[Cap. 20. De perna.]

30 Perna monstrum est in mari, ut dicit Adelinus, que vestitur vellere fulvo ac precioso nimis, de quo fiunt pepla mulierum vel preciose vestes utriusque sexus.

2 Ipotamus...tornantur] Ox, c. 'De ypotamo', f. 41vb-42ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 28 (p. 241-242, l. 1-4, 6 et 12-13). 6 Luligo...nequit] Ox, c. 'De luligine', f. 42ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 32 (p. 243, l. 1-6). 10 Monacus...simum] Ox, c. 'De monaco', f. 42ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 34 (p. 243, l. 1-12). 18 Nerechides...auditur] Ox, c. 'De mereclidibus [!]', f. 42rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 36 (p. 243, l. 1-4). 21 Nautilus...se] Ox, c. 'De nautili', f. 42rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 37 (p. 244, l. 1 et 4-7). 25 Orcul...deffendendo] Ox, c. 'De orco', f. 42rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 39 (p. 244, l. 1-3, 5 et 7). 29 Perna...sexus] Ox, c. 'De perna', f. 42rb-42va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 40 (p. 244-245, l. 1-5 et 7).

6 secamosum] *id est squamosum* 7 aquis] *quis scr. et post sup. l. add. a- cod.* | pinnigens] *pimnigens cod.* 10 Monacus] *monacus add. in marg. cod.* | se] *re Ox* 13 Aliciatur] *Alicit Ox* 15 tantum] *ante tantum, scr. et post exp. tamquam cod.* 18 Nerechides] *Merechides Ox* 21 Nautilus] *nautilus add. in marg. cod.* 25 Orcul] *Orcus Ox* 30 precioso] *preciosio scr. et post exp. -i- cod.*

[Cap. 21. De pistere.]

Pister ingens est animal, ut dicit Plinius, tante altitudinis quod excedat navem cum malo, cum se erigerit super aquas.

[Cap. 22. De platanistis.]

5 Plataniste bellue sunt habentes caudas sexdecim cubitorum.

[Cap. 23. De polipo.]

Polipus piscis est circa Veneciam, ut dicit Plinius, pedibus et brachiis quasi manibus utitur. Incidiatur hominibus incaute stantibus super navim. Caudam habet bisulcam. Simul foveant ova cum brachiis super ea. Arenatis petris tantum adheret quod
10 ullatenus nequit evelli. Incidiatur conchis et devorat lapidibus iniectis, dum se resolvunt. Ultra binarium non vivit. In siccum exeunt. \De polipo, vide notata per glosam ff De edili. edic. l. Qui clavum in principio.//

[Cap. 24. De serra.]

Serra monstrum est ita dictum, quia serratam habet cristam, qua oculte naves cecat
15 in fundo, ut mergantur homines, quos devorat, ut dicunt Plinius et Ysidorus. Et est aliud genus latissimas habens alas, quibus contendit velificare contra naves. Serra capud habet leonis, caudam piscis. Interponit se navi et vento et aufert navi ventum, ut eam destruat.

[Cap. 25. De syrenis.]

20 Syrene sunt monstra vocifera, ut dicit Physiologus, que a capite usque ad unibilicum figuram habent mulieris procere magnitudinis, longis crinibus, placibiles facie. Reliqua parte ut anguilla, ut dicit Adelinus. Apparent cum fetibus, eos portantes in brachiis et eos lactant mammis. Has visas naute timent, sed prohibeant eis vacuas lagenas \id est barrilas seu cartinos/, quibus ludunt, donec transeat navis. Caudas
25 \habent/ secamosas. Quoddam melos musicum [f. 27v] dulcissime cantant, quo delectantes navigantes in sonum resolvuntur et navem obliviscuntur et tunc earum lacerantur unguibus; sed prudentes obturant aures ne audiant eas et transeant immunes. Syrene non nisi hyeme vel tempestate cantant.

2 Pister...aquas] Ox, c. 'De pistero', f. 42va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 41 (p. 245, l. 1-4).
5 Plataniste...cubitorum] Ox, c. 'De platanista', f. 42va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 42 (p. 245, l. 1-3). 7 Polipus...exeunt] Ox, c. 'De polipo', f. 42va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 43 (p. 245, l. 1-5, 7-8, 11-12, 16-17 et 20-22). 9 ea...petris] ea arcuatis. Petris Ox 11 \De...principio//] Cf. D. 21, 1, 12, prol. 14 Serra...naves] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 44 (p. 246, l. 2-4) et 6, 45 (p. 246, l. 1-4). | Serra...destruat] Ox, c. 'De serra', f. 42va-42vb. 20 Syrene] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 46 (p. 246, l. 1-12 et 14-15). | Syrene sunt] Ox, c. 'De syrenibus', f. 42vb-43ra.

7 Polipus] polipus *add. in marg. cod.* 8 Incidiatur] *id est* Insidiatur 10 evelli] avelli Ox | Incidiatur] *id est* Insidiatur 11 binarium] bimatum Ox | vivit] vivunt Ox 14 Serra] serra *add. in marg. cod.* | cecat] *id est* secat 20 Syrene] syrena *add. in marg. cod.* 21 placibiles...facie] horribiles facie Ox 22 anguilla] aquila Ox 25 secamosas] *id est* squamosas 26 sonum] *id est* sompnium 28 cantant] *post* cantant, *scr. et post del.* Naute periclinantes in scopolis vel locis arduis propter periculum *cod.*

[Cap. 26. De scillis.]

Scille monstra sunt maris velut sirene, ut dicit Adelinus; in mari habitant quod est inter Ytaliā et Ciciliā, hominibus infesta. Caput habent virgineum et pectus, caudam delphini. Voces habent aliquantulum musicas. Fortes et vallide sunt. Orridos habent
5 dentes.

[Cap. 27. De testudinibus maris Indici.]

Testudines habet Indicum mare, de quarum testa faciunt sibi homines capacia hospicia vel domos et eciam navigant cum eis in mare. Coheunt more pecudum. In terra egressae, ova pariunt, quae visu fovēt in littore anni spacio, donec reducant fetus oculis
10 spectando. Femella non patitur cohitum, donec masculus ori eius festucam inponat. Ova ponit centena numero velut anceris ova.

[Cap. 28. De tigno.]

Tignus monstrum est, ut dicit Solinius, caudam cubitorum duorum habens. Geminis mammis in pectore, sequitur naves curiositate videndi velificationem eius, tanto stupore ut aliquando tridente feriat. Dulcibus aquis delectatur, quas haurit ex
15 mari, nec mirum nam in mari sunt aquae dulces: unde si posueris vas \de cera/ in mari omni parte clausum, per spacium unius diei et noctis reperies vas plenum, aqua dulci cum extraxeris; de quo videbis infra de III^{or} elementis capitulo “aqua”.

[Cap. 29. De tortuca.]

Tortuca monstrum est maris instar tortucae terrestres, sed multo maior scilicet cubitorum octo. Scutum habet triangularem cubitorum quinque. Crura longa et ungues habet. Audax est: tres homines et plures invadit. Si vertatur in dorsum, debile est, quia surgere non valet propter clipeum contra iacula fortem.

[Cap. 30. De vitulo maris seu bove marino.]

Vitulus maris seu bos marinus \est piscis/, qui alias elleo dicitur, ut \dicit/ Plinius. Spirat et dormit in terra. Hyrsutus est. In terra parit pecudum more. Gravi sompno premitur. Dextre pinne supposite capiti sompnium inferunt. Pellis abstracta motu maris regitur. Nam ubicumque fuerit, qualiter se habet mare, sic pellis disponitur. Si fluctuat eriguntur pili, si placidum est plane iacent. \De hoc vidi fieri zonas, quae dicuntur
30 prodesse renibus. Ex carnibus eius diminutis cum adhipe fit liquor \ad ignem/ ut oleum quod optimum est contra guttam et membra guttosa. Sed melius est si talis liquor fiat ad solem.//

2 Scille...dentes] Ox, c. 'De scilla', f. 43ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 47 (p. 246-247, l. 1-8). 7 Testudines...ova] Ox, c. 'De testudine', f. 43ra-43rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 49 (p. 247, l. 1-3 et 12-16). 13 Tignus...delectatur] Ox, c. 'De tigno', f. 43rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 50 (p. 247, l. 1-2, 5-6 et 9) et 6, 51 (p. 247, l. 2). 16 in¹...extraxeris] Ox, c. 'De tigno', f. 43rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 53 (p. 248, l. 8-11). 20 Tortuca...fortem] Ox, c. 'De tortuca', f. 43rb-43va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 54 (p. 248, l. 1-9). 25 Vitulus...iacent] Ox, c. 'De elcone', f. 41va-41vb, c. 'De vitulo', f. 43va et Fr, c. 'De vitulo marino', f. 39ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 22 (p. 240, l. 4-7) et 6, 56 (p. 248, l. 1-3 et 7-9).

3 Ciciliā] *id est* Siciliā 7 Testudines] testudo maris Indici *add. in marg. cod.* 11 anceris] *id est* anseris 20 Tortuca] tortuca *add. in marg. cod.* | terrestres] *ante* terrestres, *scr. et post exp. et del.* terri *cod.* 25 Vitulus] *figura in marg. sine rubrica* | elleo] elco Ox 26 et] *ante* et, *scr. et post exp.* et dor *cod.* | Hyrsutus] Hyrsustus *cod.* | Gravi...premitur] *om.* Ox

[Cap. 31. De unicorno marino qui alias dicitur monoceros.]

\\Unicornus marinus, qui alias dicitur monoceros, animal est habens unum cornu grande quo naves perforat, ut dicit Liber rerum.//

[Cap. 32. De zedrosis.]

5 Zedrosi bellue sunt, ut dicit Plinius, quarum ossa tam magna sunt, ut fores in palaciis et tigna in domibus inde secentur. XL enim \\cubitorum longa reperiuntur//. [f. 28r]

[Cap. 33. De zintarone.]

10 Zintaron monstrum est in mari, quod et miles maris dictum est, ut dicit Liber rerum. Ingens et fortissimum, in superiori parte quasi formam armati militis habet, caput scilicet galeatum et hoc dura cute. A collo eius dependet scutum longum et latum et cavum interius et hoc per venas et nervos fortes procedit de spondilibus in humerum. De quibus predictum scutum super scapulas more pugnancium pendet. Et hoc est
15 triangulum tam validum, ut nullo iaculo penetretur. Et eo protegitur bellua, que etiam habet brachia forcia et quasi manus busiletis \\alias bissulcas/, quibus valide percutit. Unde vix ab homine potest capi. Captum vero non nisi malleis potest occidi. Hec animalia quasi homines inter se bella movent et tantam turbacionem faciunt in pugnando quasi sit tempestas. In mari Britannico hec monstra habitant.

[Cap. 34. De zufio.]

20 Zufius, ut dicit Basilius in libro Exameron, marina est bellua, que tanta est quod extimacionem excedit hominum, ut ita mater rerum natura in ea fuisse credatur. Neque habet figuram piscis, neque monstri nec bestie alicuius. Capud habet monstruosum inextimabiliter, os quasi abissum, oculos horribiles, corpus ceterum inenarrabile.

[Tit. X.] De natura piscium tam marinorum quam fluvialium.

25 [Cap. 1. Generaliter.]

Nullus piscis, ut dicit Aristotiles, habet collum, virgam aut testiculos aut mammas, exceptis monstris marinis, de quibus habes supra titulo proximo. Numquam cohit piscis cum alterius generis pisce. Omnes pisces maris comedunt se invicem, excepto animali quod Aristotiles fastaleon vocat. Nullum animal marinum comedit suos fetus, nisi dum
30 complentur et formam sibi similem sumunt. Omnes pisces preda viventes socialiter non natant ut luceus. Maior pars ovorum piscium perit multimode. Alioquin multiplicarentur nimis pisces multiplicantur flante vento septentrionali, exceptis hiis qui in lacu natant, ut bote que inpiguntur vento meridionali. Piscium femelle maiores sunt quam mares. Eque nocte ut \\die/ vident. Gustu olei moriuntur pisces. Quidam pisces generantur sine

2 \\Unicornus...rerum//] Ox, c. 'De monocerote', f. 42rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 35 (p. 243, l. 1-2, 5). 5 Zedrosi...reperiuntur//] Ox, c. 'De zedroso', f. 43va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 57 (p. 249, l. 1-4). 9 Zintaron...habitant] Ox, c. 'De zintarone', f. 43va-43vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 59 (p. 249, l. 1-17). 20 Zufius...inenarrabile] Ox, c. 'De zufio', f. 43vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 60 (p. 249, l. 1-4 et 7-9). 26 Nullus...egrediuntur] Ox, c. '[Generaliter de piscibus]', f. 44ra-44rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 1 (p. 251-253, l. 1-3, 21, 24-28, 31, 38-42, 47-49, 53-54, 66-68, 71-73 et 87-88).

2 \\Unicornus] unicornus maris add. in marg. cod. | \\Unicornus...rerum//] infra col. add. et post pon. ante c. '[De zedrosis]' cod. 9 Zintaron] zintaron add. in marg. cod.; Zintaron Ox Zintaron] ante Zintaron, scr. et post del. et exp. cubitorum longa reperiuntur cod. 21 fuisse] luxisse Ox 33 bote] pote cod. 34 vident] ante vident, scr. et post exp. nocte cod.

cohitu, quidam de terra, quidam de limo aliorum piscium. Multa sunt genera piscium in fundo maris, que numquam exeunt ad visus hominum. Pulmone piscis marini si fricetur lignum, videtur ardere. Ex epatibus quorundam piscium fit oleum. Magnus Basilius dicit singula genera piscium detinent suas regiones quas numquam egrediuntur nisi
5 violenter propter vehementem tempestatem. Ante solis ortum bona est piscacio in mari.

[Cap. 2. De anguilla.]

Anguilla piscis est, ut dicit Ieronimus, ab angue nomen habens quanto forcius stringis animal, tanto cicius et facilius labitur. Ex limo aliorum piscium nascitur. Plinius dicit sexus masculinus vel femininus in eis non est. Atterunt se scopulis et sic
10 lignamenta vivescunt. Alia non est earum procreacio alias procuracio. Anguille in vino necate, ut dicit Isidorus, qui ex vino biberit, tedium habet. Aquis claris gaudent. Pinguedo anguille auribus medetur. Ad ignem assa sanior est, quia evaporat eius maliciam. In Gange flumine in India fluente sunt anguille XXX cubitorum et \eciam/
CCC^{orum} pedum. [f. 28v]

15 [Cap. 3. De alleciis.]

Allecia pisces marini sunt, ut dicit Liber rerum. Optima captura alleciorum est circa Augustum mensem et Septembrem, durat aliquando usque ad Decembrem. Hic piscis inter omnes sola vivit aqua, nisi in aqua vivere non potest, statim ut aerem sentit, spirat. Oculi eius \viventis/ in nocte lucent instar luminis; sed non mortui. Taliter
20 aliciuntur ad recia ubicumque super aquas vident lumen in mari, gregatim adveniunt. Ybernis temporibus latent in secreto maris, sed ceteris temporibus veniunt quasi se exhibeant hominibus. \Capud allecis desiccatum et pulverizatum datum in potu laboranti in partu multum iuvat.//

[Cap. 4. De albiures.]

25 Albiures piscis est maris, ut dicit Aristotiles, tam spissam habens cutem et validam, ut nullis ictibus perforari possit. Unde milites \eis/ utuntur pro galleis.

[Cap. 5. De ariete maris.]

Aries maris piscis est, qui incidiatur natantibus in mari, ut eos mergat, ut dicit Plinius.

30 [Cap. 6. De aureo vellere.]

Aureum vellus eciam in mari nutritur, ut dicit Ambrosius, habetque lanam tam decoram et specie metallina, ut nullus pictor eam expresserit imitando. De hoc velleris

5 Ante...mari] Ox, c. 'De aqua', f. 112ra. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de naturis c 'De accessione et recessione maris'* (p. 103). 7 Anguilla...cubitorum] Ox, c. 'De anguilla', f. 44rb-44va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 2 (p. 253, l. 1-8, 16 et 18-19). 16 Allecia...maris] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 5 (p. 254, l. 1, 5-7 et 12-18). | Allecia...hominibus] Ox, c. 'De allecia', f. 44va et Fr, c. 'De allecibus', f. 40ra. 25 Albiures...galleis] Ox, c. 'De albire', f. 44va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 6 (p. 254, l. 1-4 et 6). 28 Aries...Plinius] Ox, c. 'De ariete', f. 44va-44vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 7 (p. 255, l. 1 et 4). 31 Aureum...Tirannorum] Ox, c. 'De aureo vellere', f. 44vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 8 (p. 255, l. 1-2 et 4-6).

2 exeunt] exeun- scr. et post add. supra lin. -t cod. 8 tanto] tan- scr. et post add. supra lin. -to cod. 11 vino] ante vino, scr. et post exp. eo cod. 16 Allecia] allec add. in marg. cod. 17 durat... Decembrem] om. Ox 19 lucent] post lucent, scr. et post exp. viventis cod. 28 incidiatur] id est insidiatur 32 pictor] ante pictor, scr. et post exp. piscis cod.

genere creditur fuisse illud vellus, de quo legitur in Grecorum istoria. Pro quo infinita milia hominum \perierunt/ et civitates exuste sunt in partibus Tirannorum.

[Cap. 7. De accipendre.]

Accipender piscis est, ut dicit Plinius, contra morem omnium piscium scamas
5 habens versas ad os.

[Cap. 8. De armigero.]

Armiger est piscis maris pene sicut anguilla. Rostrum habet oris loco velut ciconia cum rimulis longis. Et alias dicitur \hic piscis acus, cuius est mirabilis proprietas, ut multi refferunt, quod si rostrum eius usque ad oculos portetur, fugat demones et
10 demoniaci ex hoc curari dicunt, si super eos ponatur.//

[Cap. 9. De aranea maris.]

Aranea maris piscis est, ut dicit Ysidorus, in aure stimulos habens, quibus percutit proximantes. Cuius punctura est venenosa ut aranee vermis, de qua videbis infra de natura vermium capitulo "aranea".

15 [Cap. 10. De botis.]

Bote sunt pisces fluviales, qui natant per amplitudinem sui corporis. Tenues \sunt/ et lati. Rubeas habet maculas in dorso. Non in omnibus aquis fructificant.

[Cap. 11. De borbotis.]

Borbote sunt pisces fluviales, sic in Gallia appellate. In Teutonia autem apellate
20 rute vel cape dicuntur. Nigre sunt. Capud magnum, os amplum et epar habent delicatissimum. Quando excesserint annos XII^{cim} in etate, crescunt in corpus magnum et tunc dicitur solaris, de quo infra eodem titulo capitulo "solaris".

[Cap. 12. De ceto.]

Cete omnium piscium maximus est. Ysidorus dicit, tam magni pisces sunt ut insule
25 putentur vel montes. Arenas aliquando sustollunt dorsis, in quibus aliquando naute pausare volentes, terram putant et ancoras prohiiciunt et in profundum trahuntur. Hoc Ambrosius et magnus Basilius dicunt: tante magnitudinis esse quasi montes altis verticibus ad celum eminere. Habet strictos oris meatus, unde non nisi per eos deglucit pisciculos, quos odoriffero anelitu ad se trahit et devorat. In gutture enim quamdam
30 habet pellem quasi membranam, multis meatibus perforatam. Unde non potest ventrem eius aliquid intrare quod magnum sit. [f. 29r] Os vero maximum habet et patulum, quo Ionas creditur deglutitus fuisse. Hoc ore fetus gestant, cum infirmantur eciam vel

4 Accipender...os] Ox, c. 'De accipendi', f. 44vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 10 (p. 255, l. 1-3). 7 Armiger...longis] Ox, c. 'De anigero', f. 44vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 12 (p. 255, l. 1-4). 12 Aranea...proximantes] Ox, c. 'De aranea', f. 44vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 15 (p. 256, l. 1-2). 16 Bote...fructificant] Ox, c. 'De bota', f. 45ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 16 (p. 256, l. 1-2 et 5-6). 19 Borbote...solaris¹] Ox, c. 'De borbota', f. 45ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 17 (p. 256, l. 1-8).

24 Cete...piscatores] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 6, 6 (p. 233-234, l. 1-7, 9-17, 20-22, 25, 29-46). | Cete...meretricum] Ox, c. 'De cete', f. 45ra-45va.

1 istoria] instoria *cod.* 2 Tirannorum] Troianorum Ox 4 Accipender] Accipendis Ox 7 Armiger] armiger *add. in marg. cod.*; Anniger Ox 12 Aranea] aranea *add. in marg. cod.* 19 Teutonia] Tetonia *scr. et post add. supra lin. -u- cod.* 20 cape] quape Ox 24 Cete] cete *add. in marg. cod.* 25 naute] nate *scr. et post add. supra lin. -u- cod.* 27 montes] ante montes, *scr. et post exp. alti cod.* 32 Hoc] Hec *cod.*

tempestas est in mari. Os habent in fronte. Post fetus adherent terre, emitit mater aquam ore receptam instar fluvii. Cum eructuant fluctus ore receptos movent alumen et turbinem, qua sepius submerguntur navigantes. Hoc enim fit cum transierint de loco ad locum et tunc effluit mare quasi torrens, viditque Plinius hoc ipsum. Cete trium
 5 annorum cohit cum ballena et tunc in cohitu emutilatur virga genitalis in tantum quod ultra non coeat et tunc intrat magnum \alias altum/ mare et crescit in tantum quod ultra non potest capi. Capitur autem cete triennium hoc modo: Piscatores congregantur ubi sciunt morari cete cum navibus et facto concentu tubarum et fistularum eum id alliciunt insequentes. Delectatur enim dulci sono, sed cum viderint id esse atonitum et
 10 stupefactum propter sonum huiusmodi. Instrumentum habent quoddam ferreis dentibus quod in cete prohiiciuntur. Nec mora vulnerata bellua petit fundum et effricat se dorso ad terram, donec ferrum transit piguedinem in carnem et cum salsa aqua secuta fuerit, perimitur cete vulneratum. Mortuum ergo cete fluitat super mare, quod piscatores tunc transveniunt ad terram. Sperma ceti dicitur ambra, calida et sicca, alba, et grisea melior
 15 \est/. Valet enim sincopi, epilepticis, suffocacioni et tactui meretricum.

[Cap. 13. De cancro.]

Cancer, ut Adelinus dicit, piscis est cuius gressus retrogradus est, ante faciem numquam novit ire. Cum senuerit, lapides duo in capite eorum inveniuntur, qui cordis compunccionem sanant, teste Galieno, qui dicit eorum substanciis cor maxime
 20 confortari. Cancer venatur ostream, ut dicit Ambrosius, cum ostrea apperit concam suam ad aerem, cancer incidiatur latitans prope et inmitit lapidem unum in scapham ostree, ne subito recludit eam et sic intrat et devorat ostream. Sunt aliqui cancri qui aprehensos homines erigunt. Femellis cancri primus pes est duplex, in maribus simplex. Coeunt versi more hominis. Cancer lacte potatus diu vivit. Mutant testam eorum duram
 25 per tempora ut serpentes. Nota quod multa sunt genera cancrorum que differunt forma et specie. Sunt et enim de hac natura locusta, centipes et piscis, qui vulgariter dicitur esquinata. Sunt eciam huius nature echini, de quibus dicam infra hoc eodem titulo. In aliquibus fluviis reperiuntur pisces similes locustis, sed valde minores, qui vulgariter numcupantur *chanbres*.

30 [Cap. 14. De conchis.]

Conche in mari navium more carinate sunt, ut dicit Plinius.

[Cap. 15. De capitato.]

Capitatus, ut dicit Liber rerum, piscis est a re nomen habens: parvus, sed magno capite. In fluminibus et inter lapides habitat.

17 Cancer...dicit] Ox, c. 'De cancro', f. 45va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 19 (p. 256, l. 1 et 3). | retrogradus...Mutant] Ox, c. 'De cancro', f. 45va-45vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 19 (p. 256-257, l. 3, 10-13, 16, 18, 23-25, 31, 35 et 41-42). 25 ut...cancrorum] Ox, c. 'De cancro', f. 45vb. 31 Conche...Plinius] Ox, c. 'De concha', f. 45vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 22 (p. 258, l. 1-2). 33 Capitatus...habitat] Ox, c. 'De capitato', f. 46ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 24 (p. 259, l. 1-4).

2 fluvii] flumii *cod.* | alumen] alluvium Ox 4 Plinius] ego Ox 8 tubarum] tybium Ox 11 cete] ante cete, *scr. et post del. et exp. eis cod.* | effricat] affricans Ox 15 Valet] Vale- *scr. et post add. supra lin. -t cod.* 17 Cancer] cancer *add. in marg. cod.* 21 incidiatur] id est insidiatur 22 ostream] ante ostream, *scr. et post exp. eam cod.* 29 chanbres] Cancres fluvios non pautiores quam decem suspensi in aere, in ortis vel pratis fugant talpas, ut scribit Guilelmus Parisiensis in libro De universo spirituali *add. in marg. alia recentior manus cod.* Cancres...talpas] GUIL. PARIS., *De univ.* 2, 3, 22 (p. 1060, col. 1, lettre E).

[Cap. 16. De cocleis.]

Coclee aquatiles terrestresque, oculis carent, sed pretendunt cornua duo, quibus viam suam dirigunt.

[Cap. 17. De caprea.]

- 5 Caprea, ut dicit Liber rerum, dicta est quasi carpens et vulgariter dicitur *scarpa*. Et est piscis stagnorum vel fluminis. Hic piscis cum ova in ventre matura ad pariendum senserit, addit marem et pulsu inuit, ut iuvet parituram. Tunc masculus motus eius [f. 29v] intelligens emitit lac loco seminis quod femina ore recipiens, statim ova parit. Niger vermiculus ex eius ovis nascitur, sepius iuxta aurem omnis aliquando moriuntur.
- 10 Caprea multas habet astucias, quo modo evadat rete et nunc ultra saltare temptat. Nunc herbam ore aprehandit, qua retractum nunc capit, fugit in fundo, ut fugiat rethe.

[Cap. 18. De centipede.]

Centipes est piscis de genere cancrorum sic dictus, quia quam plurimos pedes habet et vulgariter dicitur *canbarot*, de quo tetigi supra eodem titulo capitulo “cancer”.

- 15 [Cap. 19. De die.]

Dies piscis est marinus, ut dicit Aristotiles, qui post perfeccionem suam non vivit plusquam uno die, ideo dies vocatur. Duos habet pedes et duas alas. Sanguine caret.

[Cap. 20. De alio genere delphinorum.]

- 20 Delphinorum est aliud genus minus primo, de quo dixi supra titulo proximo, ut dicit Ysidorus, qui tempestate imminente in superficie ludunt aque. Agilitate naves sepe transvolant. Tunc prevident naute tempestates \et forte dicuntur vulgariter *capsduels*\\.

[Cap. 21. De echino.]

- 25 Echinus piscis est semipedalis, tante virtutis est, ut navim adherendo detineat. Cum ruunt venti seviuntque procelle, immobilis stat navis nec procedere potest nec redire, ei tam modico pisciculo adherente. Nec de hoc dubitet aliquis, hoc testantur Ambrosius, Ysidorus, Aristotiles, Iacobus Aconensis et magnus Basilius quod navim CC^{orum} pedum vel amplius semipedalis piscis detineat. Dico ergo hoc esse mirabile in natura. Ex cancrorum genere echini sunt. Ora habent in medio ventre, coloris vitrei. Pro dentibus graves habent in ore aculeos. Pennas habent sub ventre loco pedum. Comesti mortem
- 30 inferunt. Cum echinus tempestatem viderit, lapidem aprehandit, quo se tamquam ancora tenet. Et dicitur echinus ab adherendo, quia navi adheret vel a mora, quia moram facit navigantibus.

2 Coclee...dirigunt] Ox, c. ‘De coclea’, f. 46ra-46rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 27 (p. 259, l. 1-4). 5 Caprea...carpens] Ox, c. ‘De caprea’, f. 45vb-46ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 23 (p. 258, l. 1-2). 6 est...rethe] Ox, c. ‘De caprea’, f. 46ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 23 (p. 258, l. 2-7, 11-12, 22-23 et 25). 16 Dies...caret] Ox, c. ‘De die’, f. 46rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 28 (p. 259, l. 1-2 et 5-6). 19 Delphinorum...primo] Ox, c. ‘De delfino’, f. 46rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 29 (p. 260, l. 1). | ut...tempestates] Ox, c. ‘De delfino’, f. 46rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 29 (p. 260, l. 1-4). 23 Echinus...ancora] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 31 (p. 260-261, l. 1-4, 6-8, 10-11, 28, 30-35 et 38). | Echinus...navigantibus] Ox, c. ‘De echino’, f. 46rb-46va.

5 Caprea] caprea *add. in marg. cod.* 9 omnis] unus Ox 10 Caprea] Capre *scr. et post add. supra lin. -a cod.* 11 capit] caput Ox | fugit] figit Ox 13 Centipes] centipes *add. in marg. cod.* 20 in] ante in, *scr. et post del. et exp.* cum ruant venti sevant procelle *cod.* 21 capsduels[/] capsduells *scr. et post exp. -l- cod.* 24 seviuntque] seviunt- *scr. et post add. supra lin. -que cod.* 25 adherente] adherente *cod.*

[Cap. 22. De elloce alias esoce.]

Ellox alias esox piscis est Danubii, quem Suevi huseci vocant, ita magnus quod vix potest trahi in biga tribus vel quatuor equis. Pauca habet ossa et eadem cartilaginosa. In capite autem multa et dura. Mitis et timorosus est ita quod a minimo pisce, scilicet
 5 pungitivo \fugetur/. Sturio se illi libenter aplicat fricandi gracia, quem cum esox fugit, ille simul fugiens, sepe capiuntur, quia se producit movendo aquam propter magnitudinem utriusque. Captus et vino potatus diu vivit, ut duci possit ad terras longincas. Bibens autem vinum inebriatur quatuor sextariis.

[Cap. 23. De esquinata.]

10 *Esquinata* est de genere cancrorum, de quo pisce tetigi supra eodem titulo capitulo “cancer”. Eius cibus est valde calidus et fastidiosis parat appetitum comedendi.

[Cap. 24. De erocio.]

Erocus piscis est in Arcadia, qui propter sompnum in siccum exit sine sompno vivere non potest, ut dicit Plinius.

15 [Cap. 25. De eraclordibus.]

Eraclordes pisces sunt circa Eracliam Ponti in Theophrastum, qui cavando terram transseunt ad opposita flumina, de flumine in quo habitant.

[Cap. 26. De ericio maris.]

20 Erius maris, ut dicit Aristotiles, est piscis habens capud et os inferius \versus/ exitum \unde/ superfluitates eicit. Superius spinosus est ut ericius terre, de quo vide supra de natura pecudum capitulo “erinacius”.

[Cap. 27. De gobione.]

Gobio pisciculus parvus est, ut dicit Liber rerum, in arenosis aquis habitat, unde cibus eius sanus.

25 [Cap. 28. De grano.]

Granus est piscis in mari unum habens oculum super capud.

[Cap. 29. De irundine maris.]

Irundo maris, ut dicit Plinius, piscis \est, qui/ manens in aqua ut piscis, instar irundinis \avis/ alas habens volat in aere.

2 Ellox...sextariis] Ox, c. ‘De eloce’, f. 46va-46vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 32 (p. 261, l. 1, 3-6 et 8-16). 13 Erocus...Plinius] Ox, c. ‘De eçochio’, f. 46vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 34 (p. 261, l. 1-2). 16 Eraclordes...habitant] Ox, c. ‘De eraclorde’, f. 46vb-47ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 36 (p. 262, l. 1-3). 19 Erius...ericius] Ox, c. ‘De ericio’, f. 46vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 33 (p. 261, l. 1-3). 23 Gobio...sanus] Ox, c. ‘De gobione’, f. 47ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 39 (p. 262, l. 1-3). 26 Granus...capud] Ox, c. ‘De garano’, f. 47ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 40 (p. 263, l. 1-2). 28 Irundo...aere] Ox, c. ‘De yrundine’, f. 47ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 41 (p. 263, l. 1-4).

2 huseci] husen Ox 5 Sturio] Sturiose cod. 10 Esquinata] esquinata add. in marg. cod. 13 Erocus] Eçochius Ox | sompnum] sonum cod. | sompno] sono cod. 16 in] ut Ox | Theophrastum] Theoto cod.; Teothoprastus Ox 19 Erius] ericius add. in marg. cod. | et] ante et, scr. et post exp. est cod. 20 superfluitates] ante superfluitates, scr. et post exp. autem cod. 26 Granus] Garanus Ox 28 Irundo] irundo add. in marg. cod. | in] ante in, scr. et post exp. nunc cod. 29 aere] post aere, scr. et post del. et exp. similis est irundini cod.

[Cap. 30. De kaleam.]

Kaleam piscis est, ut dicit Aristotiles, specie multiformis, qui simulata pluvea [f. 30r] fuerit, excecatur, postea moritur, unde recreantur pisces.

[Cap. 31. De loliginibus.]

5 Loligines, ut dicit Plinius, pisces sunt in mari, qui ut iacula volitant super aquas, aliquando etiam tanta multitudine, ut naves mergant. Caput et ventrem habent inter pedes.

[Cap. 32. De lepore maris.]

10 Lepus maris, ut dicit Plinius, ita venenosus est, ut in solo tactu provocet vomitum stomacho \et ab eius comestione est abstinendum//.

[Cap. 33. De lampreda.]

15 Lampreda piscis est ad modum anguille dentibus et spinis caret, sed ore torpescit et colligatur. Habet in ventre foramina rotunda ad modum fistule. Primo nascitur in mari, deinde intrat flumina et aquas dulces et in eis nutritur. Cibus est divitum optimus ad edendum, sed multum est repletinus.

[Cap. 34. De lucio.]

20 Lucius piscis est, ut dicit Aristotiles et Liber rerum, qui per successionem in magnum corpus crescit. Predatur pisces et ranas. Fere ad magnitudinem sui corporis piscem devorat, quem tenet in ore, donec successive digerat. Suo generi non parcit, ymo fetus proprios devorat. Inveteratus lapidem quasi cristallum gerit in capite. Femella paritura ascendit aquas quantum potest providens adversus predam suorum fetuum. Piscem spinosum, si in capite apprehenderit, devorat; sed non, si caudam capit. Duo sunt genera luciorum: quidam sunt lucii maris, alii sunt fluviorum et stagnorum.

[Cap. 35. De lupo pisce.]

25 Lupus piscis est preda vivens, propter quod dixerunt quidam lupum et lucium esse idem, quod est falsum. Quamvis enim natura sint similes, tamen forma dissimiles, de lucio vide supra capitulo proxime precedenti.

[Cap. 36. De locusta pisce.]

30 Locusta piscis est marinus de natura cancrorum sicut dixi supra capitulo "cancer". Tegitur longo scuto, plures tibias habens. Duas vero maiores bissulcas cum quibus cibum ori porrigit. Habet duo cornua longa. Huic pisci similis est piscis aque dulcis in forma/ vulgariter dictus *chambre*. Sed omnes isti pisces generaliter dicuntur cancri et ideo eorum naturam vide supra dicto capitulo "cancer".

2 Kaleam...pisces] Ox, c. 'De kalaem', f. 47ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 42 (p. 263, l. 1-2 et 5-6). 5 Loligines...pedes] Ox, c. 'De loligine', f. 47ra-47rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 44 (p. 263-264, l. 1-2 et 5-7). 9 Lepus...stomaco] Ox, c. 'De lepore', f. 47rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 46 (p. 264, l. 1-3). 17 Lucius...capit] Ox, c. 'De lucio', f. 47rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 48 (p. 264-265, l. 1, 3-6, 9-10, 12, 14 et 17-18). 25 Lupus...lupum] Cf. Ox, c. 'De lucio', f. 47rb. 29 Locusta...marinus] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 45 (p. 264, l. 1).

2 Kaleam] Kalaem Ox 12 Lampreda] lampreda add. in marg. cod. 17 Lucius] lucius add. in marg. cod. | Aristotiles] om. Ox 25 Lupus] lupus add. in marg. cod. 26 est] ante est, scr. et post exp. est falsum cod. 29 Locusta] locusta add. in marg. cod. 31 Huic] Huc scr. et post add. supra lin. -i- cod.

[Cap. 37. De murena.]

Murena feminum sexum tantum dicit sicut lampreda. Et a serpente concipere murena dicitur et ob hoc in siccum egredi ad serpentis coitum. Unde a piscatoribus tamquam a serpentis sibilo evocantur. Dicit Ambrosius quod serpens venturus ad
 5 murenam, omne virus deponit priusquam coeat. Singulis mensibus parit. Aristotiles dicit non concipere a serpente, sed a masculo, quem murinum vocat. Ad formam septentrionis VII maculas habet et hoc in plaga septentrionali. Aceti gustu in rabiem agitatur. Cibus eius periculosus est, nisi prius vino cocatur et aromatibus condatur. Habundat enim veneno. Morsum habet venenosum. In capite vix vel numquam occidi
 10 potest eciam malleis, percussa cauda statim moritur. Serpens cum quo se inmiscet dicitur boro, de quo dicam infra titulo sequenti de natura serpentum capitulo “boro”.

[Cap. 38. De muricibus.]

Murices conche sunt in mari, ut dicit Plinius, que preciosum liquorem habent tingendis vestibis utilem, sed color in sola vena reperitur. Hic color exhimitur vivis
 15 conchis, quem evomunt moriendo. Et huiusmodi colore vestes imperiales tingi solent. Hee conche, ut dicit Plinius, velut echinus navem detinent adherendo.

[Cap. 39. De mure marino.]

Mus marinus exiens aquam fodit in terram fossam et in ea ponit ova cooperiens ea sabulo. Post XXX diem redit et fossam appetit fetumque in aquam ducit.

20 [Cap. 40. De mulo.]

Mulus piscis, ut dicit Ysidorus, comestus minuit libidinem. Visum ebetat in vino necatus, qui de illo vino biberit, tedium vini habebit.

[Cap. 41. De nacra.]

Nacra est piscis in cuius concha, ut dicit Solinius, concipiuntur et concepti
 25 reperiuntur lapides dicti margarite, de quibus tango infra de natura lapidum capitulo “margarita”. \Et gingniture hic piscis in India. Margarite// vero concipiuntur hoc modo: Conche, in quibus inveniuntur, nocturno tempore litus adeunt et rore celi concipiunt margaritas, secundum dispositionem roris fiunt gemme, nunc pure, nunc fusce, matutino fiunt pure, vespertino fusce; quanto plus hauserunt de rore, tanto maiores fiunt
 30 gemme. Si apertis conchis fulminaverit abortiuntur formidine. Due numquam clause in una concha reperiuntur, unde a quibusdam uniones dicuntur. Sole fervente fundum petunt conche ne fetus maculentur. Gregatim natant et una ducit gregem. Margarita mollis est in aqua. Sed excepta durescit in lapidem. Cum luna crescunt et decrescunt in concha. In aceto posite resolvuntur margarite. Unde nota quod scribit Plinius de

2 Murena...moritur] Ox, c. 'De lampreda', f. 47rb-47va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 49 (p. 265, l. 1-4, 6-9, 11-17 et 19). 13 Murices...adherendo] Ox, c. 'De murice', f. 47vb-48ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 54 (p. 267, l. 1-7). 18 Mus...ducit] Ox, c. 'De mure', f. 48ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 55 (p. 267, l. 1-3). 21 Mulus...habebit] Ox, c. 'De mullo', f. 48ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 57 (p. 268, l. 1-4). 24 ut...Solinus] Ox, c. 'De margaritis', f. 47va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 51 (p. 265, l. 1). 26 gingniture...India] MARB., *Liber lapidum* c. 50, v. 646 (p. 156-157). | Margarite//...gestantem] Ox, c. 'De margaritis', f. 47va-47vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 51 (p. 265-266, l. 1-9, 11, 13-17, 21-22, 24 et 31-34).

2 Murena] murena add. in marg. cod. 4 ad] ante ad, scr. et post exp. dicit a cod. 6 sed] ante sed, scr. et exp. quem cod. | murinum] mirmum Ox | vocat] vocant cod. 14 exhimitur] exprimitur Ox 21 Mulus] Mullus Ox 22 necatus] bectatus cod. 24 Nacra] nacre add. in marg. cod. 26 Margarite//] Nargarite Ox 31 fundum] ante fundum, scr. et post exp. solem cod.

Cleopatra regina Egipti in Anthonio marito eius. Hic lapis contritus valet contra debilitatem stomachi. Habet eciam virtutem concordie. Castum reddit gestantem. Margarite \eciam/ reperiuntur et eius conche apud Rubrum Mare \et apud Indos, ut supra circa principium dixi. In antiqua Britannia eciam reperiuntur margarite insignes,
5 secundum Marbodum.//

[Cap. 42. De ostreis.]

Ostree sunt conche, quibus cancer libenter vescitur. Nota quo modo cancer incidiatur, de quo vide supra eodem titulo capitulo “cancer”.

[Cap. 43. De purpureis.]

10 Purpuree conche sunt, que atrictum liquorem de ore salivant, quem faucibus habent. Hoc liquore vestes tinguntur, que roseo colore lucent. Purpuree conche post annum crescunt. Vim libidinis amitunt, ut liquorem non pariant. Unde infra annum abstrahuntur conche vel franguntur, ut dicit Plinius.

[Cap. 44. De pungitivo.]

15 Pungitivus minimus piscis fere est omnium piscium ita dictus, quia pungit. Hii sine semine in aquis crescunt et eorum semine alii pisces procreantur, ut vulgus opinatur, unde hunc piscem matrem piscium vocat.

[Cap. 45. De pectinibus.]

20 Pectines pisces sunt, ut dicit Plinius, qui unguibus armantur et lucent in tenebris \noctis/ ignis more.

[Cap. 46. De porcus marino.]

25 Porcus marinus est piscis esibilis, porco terrestri pene similis, magna pinguedine. In dorso quedam spine sunt \in eo/ venenose, quibus, qui punguntur, multum cruciantur, sed selerius est remedium. Escam querit in fundo maris fodiendo ut porci. Os habet in gutture. Et alias, \secundum quosdam/, huiusmodi piscis dicitur delphinus, de quo dixi supra titulo precedenti capitulo “delphini”.

[Cap. 47. De pavone maris.]

Pavo maris est piscis pavoni avi similis in colore.

3 Margarite] GERV., *Otia imp.* 2, 3 (p. 184-185).

Rubrum Mare] GERV., *Otia imp.* 2, 3 (p. 184-185). 4 antiqua...insignes] MARB., *Liber lapidum* c. 50, v. 647 (p. 156-157). 7 Ostree...incidiatur] Ox, c. ‘De oestro’, f. 48ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 59 (p. 268, l. 1-3). 10 Purpuree...Plinius] Ox, c. ‘De purpurea’, f. 48ra-48rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 60 (p. 268, l. 1 et 3-9). 15 Pungitivus...vocat] Ox, c. ‘De pungitivo’, f. 48rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 62 (p. 269, l. 1-5). 19 Pectines...more] Ox, c. ‘De pectine’, f. 48rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 63 (p. 269, l. 1 et 4). 22 Porcus...guture] Ox, c. ‘De porco’, f. 48rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 64 (p. 269, l. 1-3 et 5-8). 28 Pavo...colore] Ox, c. ‘De pavone’, f. 48rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 65 (p. 269, l. 1-2).

1 Cleopatra] Cleopatra scr. et post exp. -l- cod. 3 apud¹] ante apud, scr. et post del. et exp. reperiuntur cod. 5 Marbodum//] Marrodum cod. 7 Ostree] ostree add. in marg. cod.; Oestre Ox 8 incidiatur] id est insidiatur | supra] supra supra cod. 10 liquorem] liquo- scr. et post add. supra lin. -rem cod. 11 tinguntur] tinguntur cod. 16 opinatur] opinantur cod. 24 selerius] fel eius Ox

[Cap. 48. De rumbo.]

Rumbus piscis est maris latus, fortis, sed tardus, qui in limo turbato absconditur et ubi ceteri pisces appropinquant, apprehendit et devorat.

[Cap. 49. De salmonibus.]

5 Salmones pisces sunt magni, ut dicit Liber rerum, fortes et agiles. Ubi in transitu sepem vel aliud obstaculum inveniunt. Capud caude iniungentes flexo corpore transvolant. Hoc eciam faciunt, cum se senserint irritos. Carnes eorum dulces sunt, sed cito faciant. In stangnis vivere non possunt, nisi liberum habeant transitum ad aquas fluvii eorum.

10 [Cap. 50. De sturione.]

Sturio piscis est magnus, quem barbari scuram vocant. In magnis fluviis habitat. Nichil vel parum comedit, sed cibus eius est serenitas aeris. Unde ventrem habet parvum et durum ut ceterum corpus, intestina minima. Epar habet tam dulce, ut non possit comedi nisi felle eius [f. 31r] temperetur. Ore caret, sed in gutture parvum habet
15 foramen, quo recipit aerem. In lacte positus diu vivit ut in aqua.

[Cap. 51. De sopendis.]

Sopende pisces sunt quasi centipedes, ut dicit Plinius, omnia evomunt in terram, donec egerant amum et demum resorbent ea.

[Cap. 52. De stella pisce.]

20 Stella piscis est in mari occidentali. Cuius figura quasi stelle. Habet igneum fervorem in ore, ut dicit Aristotiles. Omnia in mari contacta adhurit. Quidquid comedit, statim durum efficitur.

[Cap. 53. De solari.]

Solaris piscis est a sole dictus, libenter in ripis habitat. Crescit ingens. Et antequam
25 sic creverit, nominatur alio nomine scilicet borbota, ut habuisti supra capitulo "borbote".

[Cap. 54. De salpa.]

Salpa piscis est vilis, ut dicit Plinius. Naturam habet, ut numquam decoqui possit, nisi prius fortiter verberetur.

2 Rumbus...devorat] Ox, c. 'De rumbo', f. 48rb-48va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 67 (p. 269-270, l. 2-4). 5 Salmones...eorum] Ox, c. 'De salmone', f. 48va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 69 (p. 270, l. 1-3, 6-10 et 18-19). 11 Sturio...aqua] Ox, c. 'De sturione', f. 48va-48vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 70 (p. 270-271, l. 1-2, 4-8 et 11-14). 17 Sopende...ea] Ox, c. 'De scopenda', f. 48vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 72 (p. 271, l. 1-3). 20 Stella...efficitur] Ox, c. 'De stella', f. 48vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 73 (p. 271, l. 1-4). 24 Solaris...ingens] Ox, c. 'De solari', f. 48vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 75 (p. 271-272, l. 1-2 et 4). 27 Salpa...verberetur] Ox, c. 'De salpa', f. 49ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 77 (p. 272, l. 1-3).

2 Rumbus] rumbus *add. in marg. cod.* 5 Salmones] salmo *add. in marg. cod.* 9 fluvii eorum] fluviorum Ox 11 Sturio] sturio *add. in marg. cod.* 17 Sopende] Scopende Ox 18 amum] anum *cod.*; hamum Ox 20 Habet] huic Ox 21 in ore] inesse Ox 24 Crescit] ante Crescit, *scr. et post exp. cre cod.* 27 Salpa] salpa *add. in marg. cod.*

[Cap. 55. De sepia.]

Sepia piscis est maris, cuius attramentum, quod est ei pro sanguine, in lucerna positum lucet. Pro lumine Ethiopes illo utuntur. Capta femella mas ei auxiliatur, sed capto mare fugit femella nec reddit vicem. \Os sepie est mundificativum, unde ex eo
 5 solent mundari vasa argentes, quia illa clarificat fiuntque per aurifabros in hoc osse inpressiones. Valet etiam huiusmodi os ad clarificandum faciem secundum modum, quem pono infra de natura herbarum capitulo “serpentaria”, et ibi vide. Vel si pulvis huius ossis conficiatur cum unguento citrino et inde facies illiniatur et super faciem ducatur.//

10 [Cap. 56. De scauro.]

Scaurus piscis est delectabilis ad edendum. Inter omnes pisces solus ruminat, ut dicit Ambrosius. Cum se sentit gurgustis inclusum, non capite, sed cauda evadere nititur, quam exerit percuciens nimium, ut solvatur. Et si alter scaurus viderit, iuvat eum extrahendo.

15 [Cap. 57. De scutania.]

Scutania piscis est marinus pellem habens tam duram et asperam, ut cum ea ligna et ebora poliantur et vulgariter dicitur piscis scatus.

[Cap. 58. De torpedine.]

Torpedo, ut dicunt Plinius et Ysidorus, vim talem habet, ut si quis longe vel prope
 20 stans torpedinem etiam asta vel virga tetigerit, statim tangentis rigescunt brachia et torpescunt. Etiam licet velociter nitatur efugere. Pedibus enim perligatur ad tactum eius.

[Cap. 59. De trebio.]

Trebius, ut dicit Plinius, piscis pedalis est, tamen quinque digitorum crassitudinem habet. Pars huius piscis servata et apposita \alias amota/ puteo profundissimo, in quem
 25 aurum cecidit. Mox extrahit et superfluitare facit. Rostrum habet durum, quo naves perforat.

[Cap. 60. De truitis.]

Truite pisces sunt, qui in montuosis fluviis currentibus inhabitant. Scamas habent ut salmo. Habent etiam maculas in dorso croceas et ruffas.

2 Sepia...vicem] Ox, c. 'De sepia', f. 49ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 78 (p. 272, l. 1-6).
 11 Scaurus...extrahendo] Ox, c. 'De scauro', f. 49ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 81 (p. 273, l. 1-3, 6-7 et 9). 16 Scutania...poliantur] Ox, c. 'De scutania', f. 48vb-49ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 76 (p. 272, l. 1-2 et 4). 19 Torpedo...eius] Ox, c. 'De torpedine', f. 49ra-49rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 82 (p. 273, l. 1, 4-6 et 8). 23 Trebius...perforat] Ox, c. 'De trebio', f. 49rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 83 (p. 273, l. 1-5 et 7). 28 Truite...ruffas] Ox, c. 'De truita', f. 49rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 84 (p. 273, l. 1-3 et 5).

2 Sepia] sepia add. in marg. cod. 13 nimium] vimina Ox 16 Scutania] scutania add. in marg. cod.
 19 Torpedo] torpedo add. in marg. cod. 28 Truite] truita add. in marg. cod. | montuosis] mentuosis
 cod. ; mentusis scr. et post supra lin. add. -o- cod.

[Cap. 61. De tenca.]

Tenca piscis est, qui aristosus dictus est eo, quod habeat multas aristas. Habitat in aquis stagnosis. Vilis est et pauperum cibus. Capitur per nolam suspensam super rete, cuius tonitum alias tinitum tence \sequuntur/ in magna multitudine in rethe.

5 [Cap. 62. De tergiaiibus.]

Tergiaies pisces sunt in duobus lacubus Ytalie, in radicibus Alpium, qui loci vocantur Largius et Verbatum. Hii pisces Vigiliarum \alias stelle vigilie/ ortu tantum apparent. Reliquo tempore conduntur. Hii caligarum effigiem habent in iuncione capitis parvi sunt. Reliquo autem corpore multum dilatantur.

10 [Cap. 63. De timalo.]

Timalus piscis est, qui ex flore nomen accepit, quia est ex gustu iocundus et sicut flores flagrat et huiusmodi piscis, secundum alios dicitur in Gallia *unbra*. Est piscis optimus atque sanus. Cuius oleum est efficacissimum remedium pro auribus quod est probatum a pluribus. [f. 31v]

15 **[Tit. XI.] De natura serpentum seu anguim. Rubrica.**

[Cap. 1. Generaliter.]

Quia de serpentibus \seu anguibus/ sum tractaturus, primo pono generalia ad titulum. \Serpentes veneno habundant, unde venenum nil aliud est quam fel serpentum, ut dicit Plinius.// Venenum dicitur, quia venas invadit. Non enim potest nocere
20 antequam sanguinem tetigerit. Platearius dicit venenum quoddam calidum est, quoddam frigidum. Serpentes longas habent lingas et fissas. Si serpens cecatur, iterum illuminatur ut irundo. Amputata sibi cauda iterum recrescit. Triginta costas habet. Omnis serpens herbas et carnes comedit. Libenter vinum \bibit/. Terra serpentem homine percusso non recipit, sed post modicum moritur. Sub terra ova incubant et post annum fetum educunt.
25 Hieme conduntur. Serpentes in Ibernica non sunt, nec aliquod venenatum et ubicumque etiam terra de Ibernica proiecta fuerit super venenatum, moritur. Idem dicitur de terra Scocie. Idem etiam de Sardinia. Simili modo asseritur esse de terra cuiusdam castri provincie Viennensis, ad unum miliare prope ripam Ysare fluminis. Serpens nudum hominem \fugit/. Dicit Ambrosius quod sputum ieiuni hominis interficit serpentem.
30 Idem facit cornu cervi et capre, ut dixi supra de natura pecudum in capitulo “cervus” et capitulo “capra”. \Fumigacio ex iunipero facta fugat serpentes, dicam infra de natura arborum capitulo “iuniperus” et similiter folia mori, ut eodem titulo capitulo “morus”.

2 Tenca...rethe] Ox, c. 'De tenth', f. 49rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 89 (p. 274, l. 1-3 et 6-11). 6 Tergiaies...dilatantur] Ox, c. 'De tergiaie', f. 49va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 90 (p. 274-275, l. 1-8). 11 Timalus...flagrat] Ox, c. 'De tymallo', f. 49va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 7, 85 (p. 273, l. 1-3). 18 venenum...Scocie] Ox, c. 'De veneno' et [Generaliter] de serpentibus et venenatis', f. 49va-49vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 1 (p. 276-277, l. 3-4, 6-10, 14-19, 21-25 et 36-37) et Ox, c. 'De mirabilibus mundi', f. 112va. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de naturis* c. 'De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis' (p. 116). 27 Sardinia] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 12 (p. 342-343). | castri...fluminis] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 10 (p. 310-311). 28 Serpens...serpentem] Ox, '[Generaliter] de serpentibus et venenatis', f. 49vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 1 (p. 277, l. 37-39).

2 Tenca] tenca add. in marg. cod.; Tenth Ox 3 stagnosis] ante stagnosis, scr. et post exp. ad cod. suspensam] supensam cod. 6 loci] lociis scr. et post exp. -is cod.; lacus Ox 7 Verbatum] Verbatinus Ox 22 Amputata] Amputa- scr. et post supra lin. add. -ta cod. 23 Terra] ante Terra, scr. et post exp. comedit cod. 25 Hieme] ante Hieme, Venenum nichil aliud est quam fel serpentum, ut dicit Plinius scr. et post del. cod. 28 nudum] invidum cod. 29 ieiuni] ienuni cod.

Sic dicitur de malo, qui fugat omne venenum, ut eodem titulo capitulo “malus”, eodem modo de ruta, ut infra de natura herbarum capitulo “ruta”. Idem de rubo, ut infra de natura arborum capitulo “rubus”.// Serpens capud abscondit, exponens ceterum corpus periculo. Serpens ingressurus aquas venena deponit, qui quando rediens non invenit
 5 forte, \ex inadvertencia vel/ casu, caput allidit terre et pre dolore moritur. Cum senuerit, ieiunando se macerat, ut cutis laxetur, quam detrahit transiens foramen petre et sic se renovat. \Unde versus: ‘Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas, Nec faciunt cervos cornua iacta senes.’ Nota de serpente quod cum cuniculu vel aliud animal devoraverit nec facile digere valeat, ad arborem se involvit stringendo, ut ex constriccione devorata
 10 comprimantur et ad digestionem reducantur.// Odorem bonum fugit serpens et eo necatur. De medula spine dorsi hominis mortui, que nuca dicitur, serpens procreari dicitur, de quo tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “nuca”. De serpentibus dicunt vulgares quod sunt quedam femine que mutantur in serpentes, que ita dignoscuntur: habent enim, ut dicunt, ligaturam albam quasi mittum in capite, sed quod
 15 in serpentes mutari dicant feminas mirandum quidem est, sed non detestandum \omnino/. Videntur enim frequenter in Anglia per lunaciones homines mutari \in lupos/, quod hominum genus ‘gerulfos’ Galli nominant, Anglici vero *were vulf*. Sed mirum quo modo hec eveniant, an procedant ex illusionem oculorum vel delusionibus demonum per mundum discurrencium. Sic etiam refferunt aliqui de ciconiis, que in
 20 aliquibus partibus sunt homines, sicut tetigi de predictis supra de natura pecudum capitulo “lupus” et de natura avium capitulo “ciconie”. Verumtamen scio veridica narratione dici quod in partibus Galliarum, regno Aralatensi, in quodam castro dicto Rossetum prope Aquis contingisse, dominum illius castri duxisse in uxorem quamdam dominam a casu repertam dum in campis spaciaretur, pacto prehabito ne unquam illam
 25 nudam videret. Sed cum successu temporis dominus ex intemperie motus illam balneantem vidisset, conversa est in serpentem. Multosque \vidisse reffert Girvasius// qui ex illo descendisse dicebantur matrimonio. Et talia forte quandoque contingunt ob delicta que sic puniuntur ex divina permissione sicut habetur de Nabucodonozor, qui in bovem transmutatus bestialiter herbas et fenum pascebatur vel forte eveniunt ex
 30 delusione demonum, ut reffert Augustinus, de virgis quas magi verterunt in dracones. Serpentes cum incantantur ex vi verborum, demones arcent eos ne noceant. Serpentes qui vexarunt \filios Israel in deserto, ut dicit Iacobus, fuerunt dipsa, situla et scorpiones, de quibus videbis infra hoc titulo in suis capitulis. Serpentes sunt in mari plurimi velut in terra. In Ethiopia sunt serpentes qui volant. In India sunt serpentes cum cornibus. Ex
 35 inhabitatione serpentum inficitur aqua vicina, que bibentes quandoque interimit, sicut est fons Stix.//

3 Serpens...renovat] Ox, '[Generaliter] de serpentibus et venenatis', f. 49vb-50ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 1 (p. 277, l. 53-60). 10 Odorem...dicitur] Ox, '[Generaliter] de serpentibus et venenatis', f. 50ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 1 (p. 277, l. 63-64). 12 De...vulf] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 15 (p. 86-87). 21 scio...serpentem] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 15 (p. 88-91). 28 puniuntur...fenum] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 120 (p. 812-813). 30 delusione...dracones] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 15 (p. 88-89). 31 Serpentes¹...scorpiones] Ox, c. 'De aspide', f. 50ra-50rb et c. '[De tribus generibus serpentium]', f. 50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 14 (p. 281, l. 1-3). 33 Serpentes...Stix//] Ox, c. '[De serpentibus in mari]', f. 51va., c. '[De serpentibus in Ethiopia]', f. 53rb, c. '[De serpentibus in India]', f. 53rb et c. 'De aqua', f. 106rb. 35 serpentum...Stix//] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 19, 4 (p. 410, l. 46-47).

14 mittum] vittam *Otia imp.* 17 vulf] wolf *Otia imp.* 22 quodam] quoda *cod.* 23 Rossetum] Russectum *Otia imp.* | duxisse] duxi- *scr. et post supra lin. add. -sse cod.* 28 Nabucodonozor] Nabugodonosor *Otia imp.*

[Cap. 2. De aspide.]

Aspis est serpens cerulei coloris, qui virtute quorumdam verborum incantatur ne noceat et capiatur, sed naturaliter aurem unam comprimit terre, alteri caudam infigit, ne audiat incantantem. Aspis non nisi cum pari vivere potest. Unde occisorem sui comparis
 5 diu persequitur et in turba populi et in eum insilit. Africis et Syris aspis non nocet, unde ei pueros suos obiciunt quos habent suspectos tamquam adulterinos et si de eorum semine fuerint, nichil penitus nocet eis aspis, si vero fuerint adulterini statim sub aspide [f. 32r] moriuntur, ut dicit Plinius. Dentes habet ut aper extra os. Nota de puero regis occiso de catulo aspis. Morsus aspis inducit sompnum et mortem teste Lucano.

10 [Cap. 3. De ansibena.]

Ansibena serpens est habens duo capita, unum in principio loco suo, aliud in cauda. Ambo capita cibum capiunt, ut dicit Aristotiles et ambobus serpunt. Hii inter omnes serpentes frigori se committunt.

[Cap. 4. De basilicus.]

15 Basilicus, ut dicit Iacobus, est serpens semipedalis. Sic dictus basilicus quasi serpentum rex, quia basilicus Grece regulus Latine dicitur. Albas habet maculas in capite liniatas quasi diademate. Anelitu saxa rumpit. Serpentes ceteri hunc timent, quia afflatu eos occidit. Homines solo visu necat: nam si hominem primo viderit, moritur homo; si vero serpentem homo primo viderit, serpens moritur. Aquas facit ydropicas
 20 quas tangit. Terram mortifferam facit et exurit. Herbas extinguit. Arbores afflatas exurit. Auram et aerem corrumpit, ita ut aves transvolantes moriantur. A mustella tamen occiditur \et ipsa secum moritur/, de quo tetigi supra de natura pecudum capitulo “mustella”. Ubi cumque cinis eius aspersus fuerit locusque delinitus, nec aranea audet texere, nec venenatum aliquod locum illum accedere. Templum fuit in Grecia eius
 25 pulvere delinitum. Eciam dicitur argentum eius cinere delinitum colorem auri imitari. Qualiter et quomodo procreatur basilicus, vide supra de natura avium capitulo “galli natura”.

[Cap. 5. De boa.]

Boas anguis est in Calabria, ut dicit Solinius, invadit vaccas et lac suggit, deinde in
 30 tantum crescit, ut cervos et boves devoret, ut dicit Istoria sanctorum patrum. Postremo tantum invalescit, ut nemo sibi audeat resistere. Hunc anguem beatus Ylarion apud Epidaurum, castrum Dalmacie, divina virtute in igne cremare se coegit, ut scribit Ieronimus. Huiusmodi anguem Regulus Romanorum dux apud Affricam interfecit, balistis et tormentis variis expugnando; centum XXV pedum longitudinis erat.

2 Aspis... adulterinos] Ox, c. 'De aspide', f. 50ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 2 (p. 277, l. 1, 3-4, 7-10 et 12-13). 6 et... Plinius] Cf. BART. ANGL., *De propr. rer.* 18, 9 (p. 1008). 8 Dentes... os] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 2 (p. 278, l. 18-19). | Dentes... Lucano] Ox, c. 'De aspide', f. 50ra. 11 Ansibena... committunt] Ox, c. 'De ansibona', f. 50rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8,3 (p. 278, l. 1-2, 6-9 et 11). 15 Basilicus] Ox, c. 'De basalisco', f. 50rb-50va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 4 (p. 278-279, l. 1-7, 15-19, 24 et 27-30). 29 Boas... Ylarion] Ox, c. 'De boa', f. 50va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 5 (p. 279, l. 1-3, 5-7 et 10). 31 apud... Dalmacie] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 29 (p. 618-619). 32 divina... erat] Ox, c. 'De boa', f. 50va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 5 (p. 279, l. 7-9, 11-13 et 15-16).

2 Aspis] aspis *add. in marg. cod.* 4 comparis] corporis *cod.* 6 ei] eis Ox | de] dei *scr. et post exp. -i cod.* 11 Ansibena] ansibena *add. in marg. cod.* 13 serpentes... se] serpentes frigori se Ox 15 Basilicus] basilicus *add. in marg. cod.*; Basaliscus Ox 16 basilicus] basaliscus Ox 20 exurit¹] exvurit *cod.* 29 Boas] Boa Ox

[Cap. 6. De boro.]

Boro serpens est qui murenam de mari evocat ad litus et cum ea coit blandiendo sibi, quia murenam delectat, de quo tetigi supra de natura piscium capitulo “murena”.

[Cap. 7. De cornutis.]

5 Cornuti serpentes sunt quos antiqui patres in heremo occiderunt.

[Cap. 8. De cerace.]

10 Cerax serpens, ut dicit Solinius, octo cornua habens cornibus arietum similia, que ostentat se tamen sub pulvere abscondens, cum quibus alliciat bestias et volucres et depredatur eas. Huiusmodi cornu mensis divitum appositum sudore venenum prodit et fiunt manubria, ut venenum ablatum statim prodatur.

[Cap. 9. De cerula.]

Cerula serpens est parvus non habens oculos.

[Cap. 10. De centipeda.]

Centipeda serpens est multis pedibus.

15 [Cap. 11. De celidonio.]

Celidonium serpens est in terra et in aqua habitans. Terram per quam graditur, fumare facit.

[Cap. 12. De cenore.]

Cenoris serpens est, ut dicit Isidorus, qui nequit se flectere.

20 [Cap. 13. De calcatrice.]

Calcatrix serpens est quem devicit beatus Victor, in Galliis regno Aralatensi, civitate Marssiliensi, ubi dicitur adhuc esse pellis huius serpentis ad monasterium ubi requiescit dictus sanctus, ut in eius istoria legitur. Magnus anguis est ad grossitudinem bovis, formam tamen habet fere ut laserta, nisi quod longum rostrum habet ut porcus. [f. 32v]

2 Boro...delectat] Ox, c. 'De berone', f. 50va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 6, (p. 279, l. 1-3). 5 Cornuti...occiderunt] Ox, c. 'De cornuto', f. 50va-50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 7 (p. 279, l. 1 et 3-4). 7 Cerax...manubria] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 9 (p. 280, l. 1-3 et 6-7). | Cerax...prodatur] Ox, c. 'De ceraste', f. 50vb. 12 Cerula...oculos] Ox, c. 'De cecula', f. 50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 10 (p. 280, l. 1). 14 Centipeda...pedibus] Ox, c. 'De centipeda', f. 50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 11 (p. 281, l. 1-2). 16 Celidonium...facit] Ox, c. 'De celidro', f. 50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 12 (p. 281, l. 1-3). 19 Cenoris...flectere] Ox, c. 'De cencris', f. 50vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 13 (p. 281, l. 1).

2 Boro] Bero Ox 5 Cornuti] cornutus serpens *add. in marg. cod.* 7 Cerax] cerax *add. in marg. cod.*; Cerastes Ox 8 tamen] totum Ox | abscondens] abcondens *cod.* 12 Cerula] Cecula Ox 16 Celidonium] Celidrus Ox 17 fumare] fuma- *scr. et post supra lin. add. -re cod.* 19 Cenoris] Cencris Ox 21 Calcatrix] calcatrix *add. in marg. cod.*

[Cap. 14. De dracone.]

Draco, ut dicit Augustinus, inter omnia animalia terre maximus est. Venenum non habet, tamen morsus eius malus est, quia venenosa comedit. Os strictum habet. Si quem cauda ligaverit, occidit etiam elephantem. Raro dentibus nocet. In rupibus cavernosis
 5 habitat propter nimium calorem sui corporis. In partibus orientis et circa Babilonie turrim habitat. Vox eius terribilis et visus intollerabilis est ita ut eo viso homines terreantur usque ad mortem. Ad XX^{ti} cubitorum magnitudinem et amplius excrescit. Pauci tamen tales inveniuntur. Draco prout dicitur sine cibo \vel saltem cum paucis// vivit. In abissi terre, ut dicit Augustinus, aliquando moratur, sed cum in aere
 10 tempestatem senserit, egreditur et super aera fertur alis pelliceis. Ubi moram trahit, aerem inficit. De cerebro eius draguncia lapis, qui alias dicitur draconcida, extrahitur et ille valet qui adhuc viventi et palpitanti bestie extrahitur, \de quo dicam infra de natura lapidum capitulo “draconcida”//. Percussus uno ictu ad solem cubans moritur. Ethiopes vescuntur carnibus draconum propter calorem, unde quidam pro carnibus eos
 15 mansuescere faciunt et frena ori inposita in Ethiopiam ducunt ad vendendum. Inimicatur elephanti, de quo dixi supra de natura pecudum capitulo “elephas” et etiam panthere, ut eodem titulo capitulo “panthera”.

[Cap. 15. De draconpedibus.]

Draconpedes serpentes sunt, ut dicit Adelinus, magni. Facies eorum virgineis
 20 faciebus sunt similes, sed in draconum corpus desinunt. De hoc genere credi potest fuisse serpens, in quo mater nostra Eva decepta fuit, in quo dyabolus latuit, ut dicit Beda, qui virgineum vultum habebat, per cuius arterias loquebatur.

[Cap. 16. De emoroi.]

Emoroi serpens est morsu sanguinem extrahens, unde egerentes sanguinem
 25 emoroides vocantur vel emoroise.

[Cap. 17. De iaculis.]

Iaculi serpentes sunt, ut dicit Solinius, qui alis penetrant obvios.

[Cap. 18. De ipanapi.]

Ipanapis est serpens, ut dicit Solinius, qui sompno interimit quos mordet. Hunc
 30 serpentem Cleopatra regina apposuit brachio, collocans se in sepulcro iuxta suum Antonium, ut dormiendo vitam finiret.

2 Draco] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 16 (p. 281-282, l. 1-2, 4-6, 9, 11-17, 25-27, 29, 31-34 et 37-38). | Draco ut] Ox, c. ‘De dracone’, f. 51ra-51rb.

19 Draconpedes...loquebatur] Ox, c. ‘De dracoconpede’, f. 51rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 17 (p. 283, l. 1-6 et 18). 24 Emoroi...extrahens] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 18 (p. 283, l. 1-2). | Emoroi...emoroise] Emoroi...emoroise] Ox, c. ‘[De emoroi]’, f. 51rb. 27 Iaculi...obvios] Ox, c. ‘De iaculo’, f. 51rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 19 (p. 283, l. 1-4). 29 Ipanapis...finiret] Ox, c. ‘De ypanapi’, f. 51rb-51va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 20 (p. 283, l. 1-5).

2 Draco] draco add. in marg. cod. 3 strictum] structum cod. 6 viso] vso scr. et post supra lin. add. -i-cod. 19 Draconpedes] draconpes add. in marg. cod.; Dracoconpedes Ox | Facies] ante Facies, scr. et post. exp. virgineis cod. 25 emoroise] emoroissa Ox

[Cap. 19. De idro.]

Idros, ut dicit Ysidorus, in Nilo habitat. Homines hoc serpente percussi sanantur fimo bovis.

[Cap. 20. De leviatan.]

5 Leviatan serpens est aquosus et ferocissimus, qui quandoque se inmiscet in coitu cum bonaco animali pecude, ex qua inmistione generatur Tarasca serpens, de quo dicam infra capitulo "Tarasca".

[Cap. 21. De lacerta.]

10 Lacerta pedibus graditur. Capta una, reliqua efferatur. Non cubat ova, quia obliuosa est, sed per se catuli erumpunt. Obliviscitur enim mater, ubi posuerit ea. Catulos mater devorat, sed unus adherens clunibus evadit, qui postea ultor fratrum parentem occidit. Refferunt aliqua antiqua scripta quod si cinis lacerte viridis combuste mitatur in seram vel aliud ferreum clausum, virtute sua aperietur, sed expertis relinquo.//

15 [Cap. 22. De natrice.]

Natrix serpens est, ut dicit Ysidorus, qui aquas inficit.

[Cap. 23. De nadera.]

20 Nadera serpens in Germania ad crossitudinem brachii humani, in dorso virens, in ventre aureo colore. Huius flatus virgam recenter cessam ori eius adhibitam, facit in vesicas felleas ebullire. Et gladium fulgentem si lingua tetigerit, inficit; hac infeccione usque ad summum gladii retro colore ac si flamma adureretur, nigrescit. Huius veneno percussus in pede evadit, si per pedem in altum suspendatur, quia venenum more ignis semper ascendit. [f. 33r] Unde est consilium quod pars lesa abscindatur ne venenum ascendat ad cor.

25 [Cap. 24. De pestere.]

Pester serpens est currens semper ore patente et hyante. Pester morsu inflat hominem, ut vix noscatur.

[Cap. 25. De pharia.]

30 Pharias serpens est, ut dicit Ysidorus, semper in cauda ambulans et sulcum facere videtur, de quo Lucanus: Quo contentus iter cauda sulcare pharias.

2 Idros...bovis] Ox, c. 'De ydro', f. 51va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 21 (p. 283-284, l. 1 et 6-7). 5 Leviatan...Tarasca] Cf. *Sanctuarium* vol. 2, p. 235, l. 47-48. 9 Lacerta...occidit] Ox, c. 'De lacerta', f. 51va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 23 (p. 284, l. 1 et 3-9). 16 Natrix...inficit] Ox, c. 'De natrice', f. 51va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 25 (p. 284, l. 1-2). 18 Nadera] Ox, c. 'De nadera', f. 51va-51vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 26 (p. 284-285, l. 1-7 et 10-13). 26 Pester¹...patente] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 27 (p. 285, l. 1). | Pester¹...noscatur] Ox, c. 'De pestero', f. 51vb. 29 Pharias...pharias] Ox, c. 'De pharia', f. 51vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 28 (p. 285, l. 1-3).

2 percussi] ante percussi, scr. et post exp. hoc serpente cod. 9 Lacerta] lacerta add. in marg. cod. efferatur] effertur cod. 10 ea] eos Ox 18 Nadera] nadera add. in marg. cod. | crossitudinem] id est grossitudinem 19 colore] colorore cod. 21 retro] recto cod. 27 noscatur] De galbano scribitur quod diffugat serpentes et dracones et omnem virtutem veneni add. in marg. alia recentior manus cod. De...veneni] Cf. AVIC., *Liber can.* 4, 3, 5. 30 pharias] Iaspis fugat serpentes, ideo aquila ponit in nido add. in marg. alia recentior manus cod.

[Cap. 26. De pucella.]

Pucella serpens est utilis ad medicamina, ut dicit Aristotiles, sine cibo dicitur vivere.

[Cap. 27. De serpente vulgari.]

5 Serpens vulgaris dormientem hominem non ledit, sed cum evigilat.

[Cap. 28. De serralis.]

Serralis penna multum nitet. Tanti fervoris est, ut hyeme pellem deponat. Hoc serpente lesus tamquam igneo ardore consumitur.

[Cap. 29. De salamandra.]

10 Salamandra, ut dicit Iacobus, Grece stallio dicitur. Cameleontem id est leonem terre necat, ut dicit Plinius. Adelinus dicit quadrupes est faciem habens lacerte vel porci, ut dicit Aristotiles. Crura retro habet longiora, prolixam caudam. Isidorus: Vivit in igne. Augustinus: Vivit in igne et non uritur, ymo incendium extinguit. Corpore est magna. Hyatus oris eius numquam clauditur, quia non eo utitur sumendo cibum, sed solo aere
15 vivit vel rore. Color eius ita mutabilis est, ut cuicumque iungatur rei, concolor ei fiat, ut dicit Ambrosius. Pene sine carne eius corpus est. Quamdā lanam prefert palidam, de qua vestimenta facta non possunt uri, ymo in igne purgantur pro ablucione, ut vestis Alexandri pape. Unde ait \Iacobus: Vidi// ego zonam, quam igni inieci et post tempus excepi, nec in crine solo lesam inveni quam tamen ex igne candere vidi. \Reffert etiam
20 Girvasius se vidisse, cum Rome esset, allatam a cardinali Petro Capuano corrigiam de corio salamandre amplam velut cincorium renū, et cum aliquas sordes contraxisset, in ignem ipsam vidit ab omni inquinamento purgatam et in nullo consumptam. Salamandre in// suo incessu tarde sunt. Timorose sunt, quia parum habent de sanguine. Ova faciunt quasi galline. Masculus in eis non est. Omnia poma in arbore simul inficiunt, ut qui de
25 eis comederit, moriatur incontinenti. Vim magnam habent nocendi.

[Cap. 30. De salpiga.]

Salpiga serpens est, qui pre parvitate vix videri possit et tamen multum nocet.

2 Pucella...vivere] Ox, c. 'De pucella', f. 51vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 29, (p. 285, l. 1-2 et 4). 5 Serpens...evigilat] Ox, c. 'De serpente', f. 51vb. 7 Serralis...consumitur] Ox, c. 'De serralis', f. 51vb-52ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 35 (p. 288, l. 5-6). 10 Salamandra...vidi] Ox, c. 'De salamandra', f. 52ra-52rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 30 (p. 285-287, l. 1-8, 12-14, 23-25, 30-35, 55-57 et 59-61). 20 se...consumptam] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, praefatio (p. 558 -561). 23 in//...nocendi] Ox, c. 'De salamandra' f. 52rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 30 (p. 286-287, l. 15, 27-28, 47 et 51-52). 27 Salpiga...nocet] Ox, c. 'De salpiga' f. 52rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 31 (p. 287, l. 1-2).

2 cibo] om. cod. 5 Serpens] serpens vulgaris add. in marg. cod. | evigilat] Serpens ligat maleficos et magicos ita, ut in presentia ipsius cessent omnia prestigia eorum et inca[n]tationes. Idem dicitur de argento vivo, si inclusu[m] fuerit inter duos nodos canne. Item si ex pellicula vel nervo, qui est in spina serpentis fiat corda in viella vel cithara, ubicumque nervus huiusmodi sonuerit, impossibile est nervos instrumentorum sonare. Est igitur huiusmodi virtus prohibendi sonum ab aliis nervis et suspendendi. Hoc dicit Guilelmus Parisiensis in summa De universo spirituali add. in marg. alia recentior manus cod. Serpens...suspendendi] GUIL. PARIS., *De univ.* 2, 3, 22 (p. 1059, col. 2, lettre C et D). 7 penna] pelle Ox 10 Salamandra] salamandra add. in marg. cod. | stallio] stellio Ox 11 necat] vocant Ox 17 ablucione] abluicione cod. 23 tarde] ante tarde, tra scr. et post exp. cod. 25 comederit] comoderit cod.

[Cap. 31. De stellione.]

Stellio, ut dicit Ysidorus, de colore nomen habet. Est enim tergo depictus
 lucentibus oculis ut stelle. Scorpionibus contrarius est, ut viso eo torpeant pavore. Fel
 eius aqua trictum mustellas congregat occulta natura. \De stellione est glosa pulcra ff De
 crimine stellionatus l. III.//

[Cap. 32. De situla.]

Situla, ut dicunt Solinius et Iacobus, parvus est serpens et hominem siti interficit et
 ardore igneo succendit.

[Cap. 33. De sirenibus.]

Sirenes serpentes sunt in Arabia velociores equis, ut dicit Experimentator. Horum
 virus tantam vim habet, ut prius morsum eius mors sequatur quam dolor.

[Cap. 34. De scorpione.]

Scorpio, ut dicit Solinius, serpens est blando vultu. Nodosam habet caudam et
 aculeum, quo pungit obliquo ictu. Cinis eius in vino potatus remedium est percusso. Bina
 habet brachia. Niger porcus a scorpione percussus moritur, alterius coloris non. Scorpio
 manus palmam non ledit. Aristotiles: Oleum quod fit ex scorpionibus medetur eius
 moribus. Pocius est vermis quam serpens. Prodest etiam contra morsum eius herba
 cilum, de quo dicam infra de natura herbarum capitulo "cilum" et etiam lauri elizatura
 cum vino bibita, videbis infra de natura arborum capitulo "laurus". \Idem ad hoc
 prodest mirtus, de quo tangam in eodem titulo de natura arborum capitulo "mirtus".//
 Est regio in qua scorpiones non ledunt, sicut est Graius mons.

[Cap. 35. De seps.]

Seps serpens est parvus, cuius venenum ut ignis consumit.

[Cap. 36. De tiso.]

Tisus serpens est in montibus Paduanis septem pedum. Currit et saltat velocissime,
 grocior est retro. Lineas ruffas habet in dorso. Carnes eius putrefacte, comeste vel
 potate, valent contra lepram efficaciter.

2 Stellio...natura] Ox, c. 'De stillione' f. 52rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 32 (p. 287, l. 1-3) et 8, 33 (p. 287, l. 4-5). 4 \De...III/] Cf. D. 47, 20, 3. 7 Situla...succendit] Ox, c. 'De situla', f. 52rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 35 (p. 288, l. 1-2 et 6). 10 Sirenes...dolor] Ox, c. 'De syrenis', f. 52rb-52va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 36 (p. 288, l. 1-5). 13 Scorpio...non] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 37 (p. 288-289, l. 1-4, 11-12, 18 et 20-21). | Scorpio...serpens] Ox, c. 'De scorpione', f. 52va. 21 in...mons] Ox, c. 'De Graio mons', f. 112rb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de naturis* c. 'De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis' (p. 114). 23 Seps...consumit] Ox, c. 'De sepi', f. 52va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 38 (p. 289, l. 1 et 4). 25 Tisus...efficaciter] Ox, c. 'De tyso', f. 52va-52vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 42 (p. 289-290, l. 1-2, 5 et 7-9).

11 sequatur] seqatur scr. et post supra lin. add. -u- cod. 13 Scorpio] scorpio add. in marg. cod. 16 scorpionibus] corpionibus cod. 21 mons] Effugat scorpiones suffumigatio storacis et arcenici et stercoris ovium, folia rafani et succus eius et albedaregi et sputum ieiuni hominis. Hec dicit Avicenna add. in marg. alia recentior manus cod. Effugat...hominis] AVIC., *Liber can.* 4, 3, 10. 26 grocior] id est grossior

[Cap. 37. De tareo.]

Tareus est serpens de genere scorpionum, ut dicit Plinius. Parvus est et volatilis et perniciosus, nisi subveniatur a triaca. Vivit ultra XX dies sine cibo. Oleum, quo suffocatur, sanat suas puncturas. Et solet pungere dormientes, quos in \quali/ statu eos
 5 reperit sompniantes, in tali eos vexat ex veneno, ut si sompnient se trepidiare semper trepidiabunt, vel si sompnient se cantare continue conabuntur cantare ex vi infirmitatis, quod maxime dicitur esse in principatu Tarente. [f. 33v]

[Cap. 38. De tortuca.]

Tortuca genus est serpentum, quatuor pedes habet et caudam. Duobus scutis
 10 tegitur. Ova ponit \sub terra/. Costa mortue, qui figitur veneno, inficitur. Cibus eius prodest adversus melancoliam, si sit tortuca terrestris, secus si aquatilis.

[Cap. 39. De tiro.]

Tirus serpens est, ut dicit Iacobus et Liber rerum, circa solitudines Iordanis. Cuius carnes confecte quasi electuarium cum quibusdam speciebus omne venenum compellit,
 15 quod confectum triaca dicitur. Dicunt aliqui contra hunc anguem ante passionem Christi nullum fuisse remedium, sed tunc esse infestum hominibus. Ipso autem die passionis, quidam maximus captus fuit et occisus et suspensus fuit ad latus in cruce Christi, unde ex vi passionis Christi mutata natura factum est remedium omnis veneni. Habet autem venenum, ut dicit Aristotiles, quod dicitur titicon, quod non curatur suo remedio et
 20 accipit a quodam genere draconum in sua terra.

[Cap. 40. De tiliaco.]

Tiliacus prius est vermis, sed post fit anguis, ut dicit Liber rerum, a pluribus orbis partibus visus. A tilia arbore dictus, eo quod intrinsecus de medulla huiusmodi arboris nascatur, de quo arbore vide infra de natura arborum capitulo "tilia". Hic quippe natus
 25 medullam prius, deinde lignum in circuitu depascitur. Demum crescit in maximam molem, pecudibus incidiatur terram devastando.

[Cap. 41. De Tarasca.]

Tarasca est serpens valde magnus, capud leoninum, dentes ut spata acutos \habens, comas equinas, dorsum acutum ut dolabrum, scamas hyrsutas ut serre
 30 sidentes, pedes et ungues urcinos/, ventrem latum, sex pedes et caudam serpentinam deferens. Pariter in terra et aqua habitat, unde dicitur medium animal et medius piscis, binis scutis utraque parte est munitus. Fortissimum animal est. Homines \et/ pecudes devorat. Et generatur ex inmixtione adulterina que fit ex serpente leviatan cum bonaco animali, ut dixi supra \capitulo/ "leviatan". Et de hoc genere fuit ille serpens, quem
 35 superavit beata Marta in Galliis, regno Aralatensi, inter civitatem Aralatem et

2 Tareus...puncturas] Ox, c. 'De trane', f. 52va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 41 (p. 289, l. 1-3 et 5-7). 9 Tortuca...inficitur] Ox, c. 'De tortuca', f. 52va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 40 (p. 289, l. 1-2 et 4-5). 13 Tirus...terra] Ox, c. 'De tyro', f. 52vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 43 (p. 290, l. 1-2, 4-9 et 11-14). 22 Tiliacus] Ox, c. 'De tyliaco', f. 52vb-53ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 44 (p. 290, l. 1-4 et 6). 28 Tarasca est] Cf. *Sanctuarium* (p. 235, vol. 2, l. 23, 26-28, 32-34, 43-45 et 47).

2 Tareus] tareus *add. in marg. cod.*; Tarans Ox 3 triaca] tyriaca Ox 5 trepidiare] trepuadiare *cod.* 9 Tortuca] tortuca *add. in marg. cod.* | quatuor] duos Ox 11 melancoliam] malencoliam *cod.* 13 solitudines] sollicitudines Ox 15 triaca] tyriaca Ox 26 incidiatur] *id est* insidiatur 28 Tarasca] Tarasca *add. in marg. cod.* 29 hyrsutas] hyrcinas *cod.* 30 urcinos//] ursinas *Sanctuarium*

Avinionem, in oppositum Bellicadri, in loco dicto tunc Verlur, id est niger locus, propter nemora unbrosa et nigra, et demum vocatus \est/ Tarasconus. Et ibi venerat huiusmodi tarasca de mari Galacia intrando Rodani flumen sicut habetur in Vita dicte sancte.

5 [Cap. 42. De vipera.]

Vipera, ut dicunt Iacobus et Ysidorus, serpens est sic dicta eo quod vi pariat. Voluptate autem libidinis femella maris capud amputat ore receptum, quia per os recipit. Plinius: cum ad partum venerit singulis diebus singulos excludit pullos et, quia multi sunt fetus numero viginti; ultimi autem ultra tempus spectantes, impacientes mora
10 prorumpunt per latera matris et occidunt eam lacerantes. Dicit Physiologus quod vipera faciem habet humanam. Mas absentem femellam querit et blando sibilo vocat. Ea autem adveniente ob reverenciam eius venenum evomit. \De vipera habetur C. De hiis qui paren. vel liber. occi. l. I et ff eodem titulo l. fi.//

[Tit. XII.] De natura vermium. Rubrica.

15 [Cap. 1. Generaliter.]

Nullum insectorum, id est vermium, habet sanguinem nisi modicam quantitatem. Insecta enim dicitur omnium vermium propagacio. Saniem autem habent pro sanguine. Multa genera vermium cum estate incipiunt et cum estate finiuntur, quia ex corrupcione nascuntur. Quidam namque cum estate incipiunt et cum posuerint in arboribus aut
20 domiciliis semen, tunc cum estate servantur semina, que verno tempore animantur. Quidam hyeme conduntur iacentque quasi mortui et estate reviviscunt. In regno Aralatensi, ad confinium archiepiscopatus in maritima \parte regione Tolonensi//, est insula maris angusto intervallo a terra communi distincta, quam Lirinensem nominant, ubi antiquis temporibus polluit religio monachorum, in quam si- \quidem insulam
25 nullus unquam vermis ingreditur, ut reffert Girvasius.// [f. 34r]

[Cap. 2. De apibus.]

Apes, ut dicunt Aristotiles, Basilius et Ambrosius, inter omnia animancia communem sobolem habent, communemque cibum et operacionem. Integritas quoque virginalis est in eis, quia nec concubitu nec libidine resolvuntur, nec partus dolore
30 quaciuntur. Ipse enim reges ordinant, que caute ab ipsis consistunt. Illis constitutis libenter obediunt, ut nulla discordia inter eas moveatur. Succum dulcissimum de floribus ad mella contrahunt. Ceras conficiunt. Habent privatim consilia et duces.

6 Vipera...evomit] Ox, c. 'De vipera', f. 53ra-53rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 8, 45 (p. 291, l. 1-4, 15-16, 18-24 et 26-28). 12 \De...fi//] Cf. C. 9, 17, 1 et D. 48, 9, 9, pr.

Ox, c. 'De apibus', f. 53rb-54va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 2 (p. 293-298, l. 1-8, 10-13, 15-17, 20, 25-26, 29-34, 36-48, 59-61, 64-65, 67-73, 75, 77-78, 80-88, 90-91, 96-97, 99, 103-105, 107-114, 123-126, 128-134, 141-144, 148-149, 158-161, 165, 168, et 172-178). 16 Nullum...reviviscunt] Ox, c. '[Generaliter] de vermibus terre', f. 53rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 1 (p. 293, l. 1-2, 12 et 17-23). 21 In...maritima] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 67 (p. 690-691). 22 est...ingreditur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 67 (p. 690-691). 27 Apes ut] Ox, c. 'De apibus', f. 53rb-54va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 2 (p. 293-298, l. 1-8, 10-13, 15-17, 20, 25-26, 29-34, 36-48, 59-61, 64-65, 67-73, 75, 77-78, 80-88, 90-91, 96-97, 99, 103-105, 107-114, 123-126, 128-134, 141-144, 148-149, 158-161, 165, 168, et 172-178).

1 Verlur] Nerluc *Sanctuarium* | locus] lucus *Sanctuarium* 2 Tarasconus] Tirasconus *Sanctuarium* 10 prorumpunt] prerumpunt Ox 18 finiuntur] finiunt Ox 22 archiepiscopatus] episcopatus *scr. et post in marg. add. archi- cod.*; episcopatus *Otia imp.* 27 Apes] apes *add. in marg. cod.* 28 communemque] communem- *scr. et post supra lin. add. -que cod.* 30 que] quem Ox

Gregatim volant. Operantur primo infra LX passus et ibi consumptis floribus in proximo, speculatores alias exploratores ad pabula ulteriora admitunt. Sunt inter apes reges, in uno tantum alveo unus tamen imperator dominatur. Hic duplo maior est ceteris. Penne breviores sunt ei, crura erecta, in fronte candidam maculam habet quasi diadema.

5 Nullum habet aculeum. Habent matres minores apibus. Sunt quaedam alie iuniores in opere prestanciores matribus subdite. Sunt et alie inter eas, que aculeo carent et sunt quasi clientes aliarum. Has primas expellunt \et/ in opere tardantes necant, eciam cum mella maturescunt, abigunt eas. Tunc matres mediam partem apium quasi doctas satis expellunt. Que egressae locum sibi querunt, ducentes iuvenem imperatorem secum, quem

10 cum reverencia comitantur. Opus mansionis castrorum more construunt: primi tres ordines inanes sunt, ne in promptu sit quod inveniant depredandum. Novissimi maxime replebuntur melle. Est autem primo dilutum quasi aqua, deinde infervet quasi mustum, deinde crassescit. Apes quiescunt in matutino, donec una eas excitet duplici aut triplici bucino. In sero autem in alveo prostrepunt, donec circumvolet eodem bucino et

15 quiescere tunc repente incipiunt. Predivinant imbres et futuros ventos. Cum autem ad opus processerint, alie flores pedibus portant, alie aquam ore et lanugine corporis ferunt, alie castra custodiunt, alie auram inplorant. Seniores intra operantur, excipiunt portantes et exonerant. Terne vel quaterne alie struunt, alie distribuunt cibum. Cessancium moram notant et puniunt morte. Spurcias et incrementa operum in unum locum reponunt et

20 diebus nebulosis efferunt. Domos primo plebis edificant, deinde regibus palacia ampliora et adiciunt contubernia. Imperatores plures uno opere incoantur et prodeunt. Cum crescere ceperint, apes discordant et deteriores necant, ne agmen destruant et sedicionem faciant. De floribus fetus facere dicuntur et gallinarum more incubant. Fetus ille qui excluditur primo videtur vermiculus candidus. Imperatoris vero fetus mellei

25 coloris est et ex electo flore. Cum apium popullus est in labore, rex operantes circuit velut exortans immunis ab opere; circa eum sunt satellites et littores quasi custodes sui. Numquam foris procedit nisi migrante agmine. Id multo strepitu intelligitur, ante aliquos dies. Nulle tunc a domibus exire audent, nisi prius rex fuerit egressus et cum procedit totum agmen circa eum globatur. Unaqueque illi proxima esse cupit et in

30 officio illius se videri gaudet. Fessum sublevant humeris et eum portant. Si qua alam impera- [f. 34v] toris leserit, necatur. Amisso imperatore examen debilitatur migratque ad alias, ubi imperator est. Si in alveo aliquando mella defficiunt, irruunt in proximas rapine proposito. Struunt eciam duo imperatores acies contrarias pro convehendis floribus. Hec dimicatio pulvere et fumo discutitur. Eciam lacte vel aqua reconsiliantur.

35 Aculeum habent apes quod semel infixum vel moriuntur, quia intestinum sequitur aculeum vel non mellificant amplius. Odorem fetidum fugiunt. Cancrorum odore, si iuxta coquantur, moriuntur. Et eciam odore mortui. Funerancium more comitantur exsequias. Mortuo imperatore inheret plebs. Tunc non procedunt, sed tristes glomerantur circa cor plusquam lugentes. Et si tunc non subvenitur eis, fame moriuntur.

40 Ex resonancia plausu et eris tinitu convocantur, ut vidi fieri ex sono pelvis. Vivunt septem annis. Mortue ex hyeme reviviscunt ad solem in vere. De ventribus \et corporibus putrefactis/ bovum et bubalorum recentibus cum fimo obruptis generantur apes, sed ille coeunt ut musce, nec minus mellificant, sicut de equorum corporibus

3 tamen] tantum Ox 8 abigunt] ambigunt *cod.* 14 bucino¹] bucorino *cod.*; buccino Ox 16 lanugine] lamigine *cod.* 19 incrementa] excrementa Ox 20 diebus] *om. cod.* 25 electo] electore *scr. et post exp. et del. -re cod.* 26 satellites] satallites *cod.* | littores] litores *scr. et post supra lin. add. -t cod.* 27 Id] *is cod.* 34 et] e- *scr. et post add. supra lin. -t cod.* 36 fetidum] fedum Ox 38 exsequias] *id est exequias inheret] meret Ox* 39 cor plusquam] corpus quasi Ox 40 tinitu] tonitu *cod.* 43 apes] *ante apes, scr. et post del. et exp. quandoque cod.*

vespe, de asinorum vero corporibus scarabei. \Et horum sunt actores Archadius, Varro et Virgilius. Nascuntur eciam apes ex se ipsis ut videmus. Requirunt apes locum secretum, calidum et temperatum, a ventisque segregatum, ad quem splendeat sol in eius ortu, maxime hyemis tempore, unde debet retro alveos paries altus esse, qui ventis
 5 obsistat. Locum eciam volunt floribus habundantem et cui aqua liquida sit vicina et a quo distet et cesset vocus et strepituum resonancia et absint stelliones, lacerte, yrundines et cetera aves apibus incidiose. Unde clauduntur et opturari solent earum alvei supra subtus et circumquaque uno vel duobus parvis foraminibus pro ingressu vel earum egressu exceptis. Tempore hyemali maxime cum grandines, nives et gelu
 10 existunt, debet eis pabulum dari de ficcibus siccis vel fabbis frixis, bullitis et cum tepiditate ante alveos ministrari. Utiles sunt alvei \de/ cortice ex subere tracto, sed secundum alios prevalent alvei quadrati ex tabulis constructi. Sed notandum quod utilius est alveos apibus plenos emere quam examina cum sonitu vel alias perquirere.// In plenilunio capitur mel sereno die et fumo abigantur apes, ne aviditate mel devorent.
 15 Mel calidum est in primo gradu et siccum in secundo. Contra frigidos humores stomachi detur mel cum aqua calida, extergit et solvit. Ad faciem clarificandum valet mellis lotura cum aqua suppositorum \vel addito felle taurino/. Et ex melle asso in testa admixto sale valet febricitanti. Et nota quod istud mel de quo hic agimus est artificiale, sed aliud est naturale, de quo vide infra de humoribus aeris capitulo “mellis regio”,
 20 \dicam/ eciam infra titulo de liquoribus capitulo “mel”. In Scotia non gignuntur apes. \Si alveus fumigetur testiculo \equi/ fugantur vespe, dixi supra de natura pecudum capitulo “equi”.//

[Cap. 3. De aranea.]

Aranea de visceribus suis, ut muscas capiat, subtilissima irreciat recia. Eviscerat
 25 enim se, ut aliquando evacuata morte deficiat. Est enim in eis quedam lanigera materia ad opus. Femella textit et mas venatur. Pariunt clunibus. Femina marem atrahit per fila tele coitus causa. Nubilo tempore non textit. Tela aranee vulneri aposita servat illud sine tumore et corruptione. Vibriat aranea se filo in capud serpentis sub arbore iacentis et eum morsu necat. \De genere aranee est phalanga, de qua dicitur infra hoc titulo
 30 capitulo “phalanga”. In civitate Aniciensi alias dicta ad beatam Mariam de Podio, in Galliis, provincia Biturricensi, est refretorium in ecclesia collegiata infra \quam/ aranea vel musca \non/ audet intrare; dicam eciam infra capitulo “musca”.// Imbrium signa sunt, quando tela sua alteri tollunt aranee. Tumorem ex morsu aranee sedat emplastrum de muscis factum. \Tela aranee, in patella fuza cum oleo communi, valet multum contra
 35 lapidem, si super locum aponatur.//

1 Archadius...sonitu] Cf. PETR. CRESC., *Rur. com.* 9, 94, 1-3 (p. 146-147) ; 9, 95, 1-3 (p. 147-148) ; 9, 96, 1 (p. 149) ; 9, 97, 1 (p. 149) ; 9, 98, 3 (p. 152) et 9, 102, 1 (p. 160). 14 In] Ox, c. ‘De apibus’, f. 54va-54vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 2 (p. 298, l. 180, 182-183, 185-186 et 188-191). 20 Scotia...apes] Ox, c. ‘De mirabilibus mundi’, f. 112va. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de nat. c.* ‘De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis’ (p. 116). 24 Aranea...necat] Ox, c. ‘De aranea’, f. 54vb-55ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 3 (p. 298, l. 1-3, 7, 14-16, 20-21, 23 et 26-28). 30 In...intrare] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 10 (p. 574). 32 Imbrium...aranee¹] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 3 (p. 299, l. 29-30).

5 obsistat] obstistat cod. 11 \de/] ex scr. et post exp. et supra lin. add. de cod. 14 fumo] frano cod. abigantur] ambigantur cod. 21 fugantur] ante fugantur, scr. et post exp. vulpis cod. 24 Aranea] aranea add. in marg. cod. | capiat] ante capiat, scr. et post exp. et del. faciat cod. 28 Vibriat] vibrat Ox | filo] filio cod. 29 aranee] arane cod. 31 refretorium] id est refectatorium | aranea] arane- scr. et post supra lin. add. -a cod. 33 tela...alteri] telam suam altius Ox | emplastrum] emplastrum Ox

[Cap. 4. De alacta.]

Alacta similis est locuste, licet coloris dissimilis.

[Cap. 5. De borace seu buffone.]

Borax seu buffo, ut dicit Liber rerum, venenosus est, pestilencie habet visum,
 5 tactum sordidum. Inflatur cum tangitur et eius tactu crepat. Morsus boracis pessimus
 est. Terra vescitur, et hoc in pondere et mensura: quantum enim concludere in anteriori
 pede potest, hoc illi pro cotidiano cibo est. Timet enim quod sibi [f. 35r] pro cibo terra
 deficiat. Ex cinere buffonis combusti nascuntur plures. \Idem ex foliis atriplicis, dicam
 infra de natura herbarum capitulo "atriplex". Procreantur eciam supra in nubibus ex
 10 corrupcione aeris, vel potius sustolluntur per nubes depresatas \et/ de terra in aerem
 trahuntur cum aqua; tangam infra capitulo "rana", et infra de passionibus \aeris/ capitulo
 "nubes". De buffone vide mirabile quod scripsi supra de monstruosis hominibus
 capitulo "in quadam regione".// Buffones in Galliis sunt, qui cornute dicuntur a sono
 vocis. In sola Gallia sunt vocifferi, extraportati sunt muti. Solem fugiunt. Tritas vias
 15 libenter egrediuntur. Odorem vinee florentis fugiunt. Libenter pugnant cum venenatis
 aliis. Cum vulnerantur, curantur herba plantaginis. Borax salviā continuat pro
 medicina, sed ruta necatur, videbis infra de natura herbarum capitulo "salvia" et capitulo
 "ruta". Lapidem in capite gerit, qui arcet venenum a portante. Et transglutitus per
 hominem, circuit intestina eius, et interiora mala sanat; demum egreditur per inferiorem
 20 regionem. Integer glutiri debet. \Valet eciam si ablutus super locum inflatum ducatur
 sepe. Si eciam super se portetur, fugat ebrietatem.// Et dicitur hic lapis simili nomine
 borax, de quo infra de natura lapidum capitulo "borax". Est eciam herba que dicitur
 borax, videbis in titulo suo.

[Cap. 6. De blacte.]

25 Blactis vermis est, qui manum tenentis tingit, ut dicit Ysidorus.

[Cap. 7. De bonbace.]

Bonbax vermis est in Assiria, ut dicit Plinius, qui luto figit nidum tanta duricia, ut
 spiculis non possit perforari. In hiis, ceras largius faciunt quam apes. Telas texunt, \ut/
 aranea, ad vestes ususque hominum, que bonbicine appellantur. Volunt quidam quod
 30 bonbax sit ille vermis qui sericum facit, qui proprie dicitur lanificus, de quo dicam infra
 capitulo "lanificus", et ibi vide.

2 Alacta...dissimilis] Ox, c. 'De adlacta', f. 55ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 3 (p. 299, l. 1-2). 4 Borax...deficiat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 5 (p. 299, l. 1-5) et 9, 7 (p. 299, l. 1, 3 et 5-6). | Borax...nascuntur] Ox, c. 'De bufone', f. 55ra et c. 'De borace', f. 55rb. 13 Buffones... Borax] Ox, c. 'De bufone', f. 55ra-55rb et c. 'De borace', f. 55rb. | Galliis...fugiunt] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 6 (p. 299, l. 1-2 et 4-5) et 9, 7 (p. 299, l. 14-15). 17 ruta necatur] Ox, c. 'De borace', f. 55rb. 18 Lapidem...debet] Ox, c. 'De bufone', f. 55ra et c. 'De borace', f. 55rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 7 (p. 299, l. 6 et 10-11). 25 Blactis...Ysidorus] Ox, c. 'De alacte [!]', f. 55rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 8 (p. 300, l. 1-2). 27 Bonbax...appellantur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 9 (p. 300, l. 1-4). | Bonbax...facit] Ox, c. 'De bombace', f. 55rb-55va.

2 Alacta] Adlacta Ox 4 Borax] borax add. in marg. cod. 9 herbarum] hebarum cod. | Procreantur] Proceantur scr. et post supra lin. add. -r- cod. 10 depresatas] id est depressatas 13 cornute] cornite cod. 16 plantaginis] plantagine Ox 17 ruta] rute Ox 19 demum] de- scr. et post supra lin. -mum cod. 29 bonbicine] bombicina Ox 30 bonbax] bombix Ox

[Cap. 8. De bruco.]

Brucus, ut dicit Glosa, minor est \quam/ alacta \alias blactis/ corpore, et saltu volat. Nocte scintillarum more lucet et hoc maxime in cauda, cum extendit alas ad volandum. Si quis huiusmodi vermes tres sumpserit, extinguit in se omnem motum libidinis. Et hoc
5 certum et probatum est.

[Cap. 9. De cinomia.]

Cinomia, ut dicit Ysidorus, idem est quod musca, a cim Grece, quod est canis Latine, dicitur. Auribus caniculatorum infesta, maxime pigris in faciendo.

[Cap. 10. De cinfice.]

10 Cinfex, ut dicit Liber rerum, vermes sunt volantes, qui secuntur anelitem pecudum et hominum, et pungunt quibusdam aculeis. Et vulgariter dicuntur *mussalle*, que in regione Aralatis habundant de estate.

[Cap. 11. De culice.]

15 Culex vermis est, ut dicit Ysidorus, habens fistulam in ore, qua carnem animalium terebrat, sanguinem bibit; accida petit, dulcia fugit.

[Cap. 12. De cantaridibus.]

20 Cantarides vermes sunt, qui in summitatibus arborum fraxini vel aliorum foliorum nascuntur. Colorem viridem habent, auro fulgentes, volant semper Augusto mense. Colliguntur et necantur in aceto et perfusi vino, sub cereo vasculo posito; supra quodcumque membrum ligaveris, suscitatur vescicam, quam cum acu aureo vel festuca perforabis; et emanat sanies instar cauterii, et valet XV dies, quantum cauterium per annum.

[Cap. 13. De carabonibus.]

25 Carabones, ut dicit Plinius, in cavernis terre faciunt ceras et mella inutilia. Acutos habent aculeos. Volando strepunt, maxime in locis cavis.

[Cap. 14. De cimice.]

30 Cimex est vermis fetens, qui vulgariter dicitur apud Gallos *pugnasia*. Habet virtutem atractivam, unde si homini non valenti mingere ponatur cimex in foramine, virge statim ex sui attractione provocat urinam. Ad fugandum cimices, prodest absinthium, de quo infra de natura herbarum capitulo "absinthium". Ad idem prodest fel ovium cum oleo mixtum, de quo tetigi supra de natura pecudum capitulo "ovis", et ibi

2 Brucus...est] Ox, c. 'De bruco', f. 55va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 10 (p. 300, l. 1-2) et 9, 11 (p. 300, l. 2, 6 et 8-11). 7 Cinomia...faciendo] Ox, c. 'De cinomia', f. 55va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 12 (p. 300, l. 1-4). 10 Cinfex...aculeis] Ox, c. 'De cinfice', f. 55va-55vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 13 (p. 301, l. 1-4). 14 Culex...fugit] Ox, c. 'De culice', f. 55vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* (p. 301, l. 1-3 et 5). 17 Cantarides...annum] Ox, c. 'De cantaride', f. 55vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 15 (p. 301, l. 1-2 et 4-11). 24 Carabones...cavis] Ox, c. 'De carabone', f. 55vb-56ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 16 (p. 301-302, l. 1-2 et 8-9). 27 Cimex...fetens] Ox, c. 'De cimice', f. 56ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 17 (p. 302, l. 1-2).

2 alacta] adlacta Ox | volat...et] Volat nocte scintillarum more et Ox 7 a cim] cin Ox 8 caniculatorum] catulorum Ox | faciendo] scutiendo Ox 10 Cinfex] Cinifex Ox | pecudum] pecumdm cod. 15 accida] id est acida 17 Cantarides] cantarid add. in marg. cod. | aliorum] alni Ox

vide. \Ad idem valent lupini, de quibus vide infra de natura herbarum capitulo “lupini”, et aristologia, ut eodem titulo capitulo “aristologia”. Valet efficacissime contra cimices fumigacio sanguisuge.//

[Cap. 15. De cicadis.]

- 5 Cicade, ut dicit Liber rerum, duo sunt genera: quedam morantur in campis, alie in domibus, ubi frequens est ignis, sed iste proprie dicuntur grilli, de quibus videbis [f. 35v] infra in suo capitulo. Femelle cicade canunt, sed mares silent. Suppine coeunt. Masculi habent aculeos in cauda. Ex saliva cuculi quandoque cicade gignuntur, sicut dixi supra de natura avium capitulo “cuculus”. Cicade canunt tempore fervoris estatis et
10 intantum continuant in cantu, quod se evacuant \et/ exinaniunt et moriuntur. De genere cicade dicuntur cervi volantes, de quibus statim subicio.

[Cap. 16. De cervo volante.]

Cervus volans vermis est de genere cicade duo habens cornua dentata fere ut cervus, que dicuntur esse multum medicinalia.

- 15 [Cap. 17. De eruca.]

Eruca, ut dicit Liber rerum, est vermis multis pedibus. Depascitur olera et folia arborum. Subito mutat colorem et formam, ut assumptis alis volet; et relinquit per hyemem semen in foliis. Qui vermis in estate transiens carnem hominis, pustulis inficit eum. Fit eciam de eruca papilio vermis, de quo videbis infra capitulo “papiliones”.

- 20 [Cap. 18. De engula vel zecha.]

Engula vel zecha vermis est in canibus et animalibus non habens exitum nature. Et vulgariter dicitur *langasta*.

[Cap. 19. De formicis.]

- 25 Formice, ut dicit Plinius, laborem communicant et cibos. Grana abrosa cindunt, ne rursum pullulent in semina, et ea ymbre madefacta proferunt et excicant ne corrumpantur. Sulfur et origanum contritum prohicantur ubi habitant et fugiunt, et hoc probat Aristotiles, quia odoratu istorum operari cessant. Si arbores quas ascendunt stercore bovino temperato cum aceto in medio deliniantur circa corticem, ascendere

5 Cicade] Ox, c. ‘De cicada’, f. 56ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 18 (p. 302, l. 1-2 et 4). Cicade...ignis] Ox, c. ‘De cicada’, f. 56ra. 13 Cervus...medicinalia] Ox, c. ‘De cicada’, f. 56ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 18 (p. 302, l. 12-13 et 15-17). 16 Eruca...eum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 19 (p. 302-303, l. 1-4, 10 et 13-14). | Eruca...vermis] Ox, c. ‘De eruca’, f. 56ra-56rb. 21 Engula...nature] Ox, c. ‘De ungula’, f. 56rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 20 (p. 303, l. 1-3). 24 Formice...cessant] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 21 (p. 303, l. 3-4 et 7-13). | Formice...cessabunt] Ox, c. ‘De formica’, f. 56rb.

1 lupini¹] Effugant cimices et culices aspersio domus ex decoctione radices lupinorum aut decoctione nigelle aut decoctione harmel aut decoctione absintii aut decoctione rute. Hec Avicenna *add. in marg. alia recentior manus add. cod.*;

Effugant...rute] AVIC., *Liber can.*, 4, 3, 12. 3 sanguisuge//] *post sanguisuge*, Ad idem dicit Palladius extinguntur pullices amurca et felle bubulo locis aut lectis perunctis *add. in marg. alia recentior manus cod.*;

Ad idem...perunctis] PALL., *Opus agri*. 1, 35, 4 (p. 36-37, l. 22-1). 5 Cicade] cicada *add. in marg. cod.*

7 Femelle...silent] Mares canunt, femina silet Ox 9 Cicade] ante Cicade, *scr. et post exp. s cod.*

10 continuant] contiant *scr. et post supra lin. add. -nu- cod.* 13 Cervus] cervus volans *add. in marg. cod.*

16 Eruca] eruca *add. in marg. cod.* 19 eciam] et *cod.* 24 Formice] formice *add. in marg. cod.*

26 Sulfur] Sulfiur *cod.* 27 quia] quod Ox

cessabunt. \Prodest etiam adversus formicas sic arbores devastantes, succus portulace cum aceti media parte, vel si truncus arboris cum fece vini alliniatur, vel si aponatur, in alciori parte stipitis vellus lane aut lini aut palea sparsin et quasi pectinata cadendo. Prodest etiam, si stipes arboris ungatur oleo vel si etiam aponantur cucumeres agrestes
 5 concassati \et pastati cum creta/, per quod etiam solent cassari mures et talpe, vide supra de natura avium capitulo “niticorax”. Valet etiam contra formicas, si foramina formicarum aspergantur origano et sulfure tritis. Item si arborem ascendant, inungas arborem circumcirca per spacium duorum digitorum de termentina, vel liga arborem cum corda facta ex setis equi que infusa \sit/ oleo communi.// Afferunt apes mortuos
 10 suos et sepeliunt. Hoc solum commune habent cum homine, sic vidisti in apibus in simili ut supra capitulo “apes”. Certos habent dies ad \se/ collocandum, et se mutuo cognoscunt.

[Cap. 20. De formicaleone.]

Formicaleon, qui et formicarum leo dicitur ab Adelino; de formicarum genere
 15 dicitur, sed validior. Incidiatur formicis laborantibus et aufert eis onera quasi predo, et ipsas aliquando iugulat. In hyeme cibos earum congestos devorat, quia sibi non operatur.

[Cap. 21. De formicis in India.]

Formice sunt in India vulpibus maiores, quatuor unguibus. Tante fortitudinis, ut
 20 lacerent homines volentes auferre aurum de montibus aureis, quia illos custodiunt pre avaricia humana.

[Cap. 22. De grillo.]

Grillus vermis est, ut dicit Basilius, qui stridet ad ignem noctibus. Nocte lucet per latera fulgentibus pinnis, sed comprehensus obumbratur. Amputatum capud diu vivit.
 25 Formica venatur eum cum capillo in cavernam eius proiecto, cum quo eum strangulat.

[Cap. 23. De limace.]

Limax genus est testudinis, sed est absque testa. Et in limo nascitur, quatuor habens cornua, que contrahit cum tangitur. Huius sanguis impedit pilos ne crescant; sic dicitur sanguine vespertilionis, ut dixi supra de natura avium capitulo “vespertilio”, et
 30 supra de anathomia humani corporis capitulo “capilli”.

1 succus...pectinata] PETR. CRESC., *Comm. rur.* 5, 1, 11 (p. 91). 4 cucumeres...creta/] PETR. CRESC., *Comm. rur.* 6, 2, 15 (p. 205). 6 contra...tritis] PETR. CRESC., *Comm. rur.* 6, 2, 14 (p. 205). 9 Afferunt] Ox, c. ‘De formica’, f. 56rb-56va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 21 (p. 303, l. 16-17 et 20-21). 14 Formicaleon...genere] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 22 (p. 303, l. 1-3). | Formicaleon...operatur] Ox, c. ‘De formicaleone’, f. 56va. 19 Formice...humana] Ox, c. ‘De formicaleone’, f. 56va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 23 (p. 304, l. 1-7 et 10). 23 Grillus...strangulat] Ox, c. ‘De cicada’, f. 56ra. | ignem...vivit] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 18 (p. 302, l. 18-20). 27 Limax] Ox, c. ‘De limace’, f. 56va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 24 (p. 304, l. 1-5).

3 sparsin] spargin *cod.* | et] *ante et, scr. et post. exp. vel cod.* 4 vel] *ante vel, scr. et post del.* Fugantur etiam formice si in eorum foraminibus organum et sulfur trita aspergantur *cod.* 9 communi//] *post communi*, Item capitulo taurus *add. in marg. alia recentior manus cod.* | Afferunt] *Efferunt Ox* | apes] *etiam Ox* 14 Formicaleon] *formicaleon add. in marg. cod.* 15 Incidiatur] *id est insidiatur* 19 fortitudinis] *fortitudinis scr. et post supra lin. add. -ti- cod.* 23 Grillus] *grillus add. in marg. cod.* 24 pinnis] *prinnis cod.* | comprehensus] *comprehense Ox* | obumbratur] *obumbatur cod.* 27 Limax] *limax add. in marg. cod.*

[Cap. 24. De locusta verme.]

Locusta, ut dicit Gregorius, dicitur quasi loco stans. Caput habet formatum ut equus. Colore viridi quandoque et alias colore cinereo. Crura habet retro longiora, quibus saltat. Parit ova; et moriuntur matres cum peperint. Multe simul longinqua
 5 [f. 36r] transeunt maria propter eterna papula; et ubicumque terras contigerint, omnia ad tactum corrodunt, \de quo C. De loquato l. Excepto//. In quibusdam terris singulis annis, solent homines debellare eas, et negligentes, hoc puniuntur. Mutuo se comedunt. De genere locuste est alacta, de qua dixi supra capitulo “alacta”. Incole montis Cadim, cum a locustis fruges eorum vastantur, a Deo inpetrant quarumdam avium suffragium ut
 10 a locustis liberentur; de quo vide supra de natura avium capitulo finali.

[Cap. 25. De lanifico.]

Lanificus vermis est ex propriis visceribus lanam sideam faciens et operans. Comedit folia mori. Operatur per circuitum ut perfectis fuis inclusi sint. Post hec, exitum sibi faciunt in summitate fusarum. Egredientes mutati sunt, ut qui multis pedibus
 15 repebant nunc assumptis alis, volent. Demum femina, ordine litterato, multa ponit ova in panno, deinde moritur. Tunc pannus ille custoditur a frigore. In vere autem reponitur ad solem, quousque calore solis ova animentur et fiant vermes; secundum colorem panni colorantur vermes, ut dicitur. Aliqui vocant hunc vermem bonbacem, sed ille est alius vermis, de quo tetigi supra capitulo “bonbax”. Sericum combustum fetida vulnera et
 20 putrida munda. Si cum sale comburatur, rubiginem dencium curat, Plateario teste.

[Cap. 26. De musca.]

Musca ex corruptione fimi generatur. Tamen demum ponit ova pro semine. Tenebras fugit et salsa et accida, alba et munda coinquinat. Carnes recenter cesas cum tetigerit, corrumpit, ut vermes sequantur. Hyeme latent \musce, sed/ estate procedunt. In
 25 Ybernia est locus dictus beati Brandani, in quo musce non vivunt. Reffertur quod in civitate Aniciensi vulgariter dicta ad beatam Mariam de Podio, in partibus Galliarum, est collegium canonicorum in quorum ecclesie reffretorio numquam musce intrant, \nec ibi aliqua aranea vivere potest/. Idem de reffretorio ecclesie collegiate castri de Bariolis, in regno Aralatensi, prope Aquis. Similiter dicitur quod in Pedemonte castro dicto Suza,
 30 est in ipsius fortalicio, olim ab infidelibus constructo, camera, que vulgariter dicitur camera muscarum, infra quam non intrant musce. Et si de facto intrent vel ibi recludantur, statim cadunt mortue. Nota quod Virgilius muscam eneam construxit \in civitate Neapolitana/, que tante virtutis habuit experimentum quod, quamdiu fuit servata integra, numquam ingressa fuit musca civitatem \illam/, in qua erat enea musca erecta.
 35 \Sed mirandum quod si corda vel aliud protensum stercoribus muscarum maculatum supponatur terre et in ea sepeliatur in aliquo orto vel terra arata, nascetur inde per

2 Locusta] Ox, c. ‘De locusta’, f. 56va-56vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 25 (p. 304, l. 1-3, 5-6, 8-9 et 13-14). 6 C...Excepto//] Cf. C. 4, 65, 18. | In...comedunt] Ox, c. ‘De locusta’, f. 56vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 25 (p. 304, l. 14 et 20). 12 Lanificus...dicitur] Ox, c. ‘De lanifico’, f. 56vb-57ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 26 (p. 305, l. 1-3 et 5-15). 19 Sericum...teste] Ox, c. ‘De bombace’, f. 55va. 22 Musca...latent] Ox, c. ‘De musca’, f. 56ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 28 (p. 305, l. 1-2, 4-6, 8 et 11). 24 In...Aquis] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 10 (p. 308-309) et 3, 10 (p. 574-575). 32 Virgilius...civitatem] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 10 (p. 576-577).

2 Locusta] locusta add. in marg. cod. 5 papula] id est pabula 6 De loquato] loquati cod. 8 Cadim] Cadum cod. 9 inpetrant] inpretrant cod. 14 fusarum] fusorum Ox 26 Aniciens] Niciens cod. | ad] ante ad, scr. et post exp. podium cod. 28 reffretorio] id est refectorio 32 Nota] ante Nota, scr. et post exp. Ne cod.

longum corde menta, de quo tangam infra de natura herbarum capitulo “menta”. Nota secundum aliquos quod, si spergatur aqua in qua sint decocta satureya et folia sambuci, musce non intrabunt locum illum et melius erit si addantur cucumeres agrestes.//

[Cap. 27. De muscis Cipree.]

5 Musce Cipree ignem involant inpune, et dicuntur pirallei a pir, quod est ignis.

[Cap. 28. De opimaco.]

Opimacus, ut dicit Glosa, vermis est parvus et audax, serpenti infestus.

[Cap. 29. De papilionibus.]

10 Papiliones sunt vermes volantes, qui floribus vescuntur et fiunt ac procreantur de eruca, de quo tetigi supra capitulo “eruca”.

[Cap. 30. De phalanga.]

Phalanga est quoddam genus aranee morsu venenosum; et si corium aculeo fixerit, nisi cancos comedat, morietur.

[Cap. 31. De pulicibus.]

15 Pulices procreari dicuntur ex pulvere calefacto et postea humore corrupto. Contra eos remedium est absinthium, velut Ambrosius dicit; corpus unguas absinthio cum oleo cocto. Si subitum frigus circa vernum venerit, pereunt nec illa estate renascuntur. Refferunt aliqui quod ruta fugat pullices. Sic refferunt aliqui quod si aliquid ungatur lacte asine et aponatur infra cameram, omnes pullices ibi congregabuntur, de hoc dixi
20 supra de natura pecudum capitulo “asinus”. \\Valet etiam contra pullices oleum absinthii, ut infra de natura herbarum capitulo “absinthium”. Valet etiam herba dicta nasca. Item bulliantur folia persici et cucumeris agrestis, et aqua aspergatur per cameram.//

5 Musce...ignis] Ox, c. '[De muscis Cipree]', f. 57ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 29 (p. 306, l. 1-4). 7 Opimacus...infestus] Ox, c. 'De papilione', f. 57ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 31 (p. 306, l. 1-2). 9 Papiliones...vescuntur] Ox, c. 'De papilione', f. 57ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 31 (p. 306, l. 1-2). 12 Phalanga...morietur] Ox, c. 'De phalanga', f. 57ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 32 (p. 306, l. 1-4). 15 Pulices...renascuntur] Ox, c. 'De pulice', f. 57ra-57rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 33 (p. 306, l. 10-13 et 15-16).

3 agrestes//] Interficit muscas arcticum positum in lacte et fumus eius et fumus thuris et decoctio ellebori nigri. Hec Avicenna *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Interficit...nigri] AVIC., *Liber can.*, 4, 3, 16. 5 Cipree] Capree *cod.* | pirallei] piralle Ox 9 Papiliones] papilio *add. in marg. cod.* 12 corium] cervum Ox 17 vernum] vivum Ox 23 cameram//] Vel si domus aspergitur cum infusione colloquintide in aqua et salliant et fugiunt et similiter ex decoctione rute. Item quando sanguis yrci infunditur in fovea vel in cauda, congregantur illuc pullices. Et similiter congregantur super lignum linitum adipe ericii. Fugiunt etiam odorem caulis et foliorum. Hec Albertus.

Ova pulicum et pediculorum sunt lendes. Hec Albertus.

Folia arboris alni recenter egressa sparsa in lectis et cavernis occidunt pullices adherentes humori pingui sicut visco. Hec Albertus.

Herba pulicum posita in lecto inebriat et stupefacit eas *add. in marg. alia recentior manus cod.*

domus...lendes] ALB. MAGN., *De animal.* 26, 21 (p. 1589, 35-36 et 1590, 6-12).

Folia...visco] PS. ALB. MAGN., *De vege.* 6, 1, 6, 26 (p. 351).

Herba...eas] Cf. VINC. BELLOV., *Spec. natur.* 20, 152 (col. 1544, lettre E).

[Cap. 32. De pediculis.]

Pediculi de sudore hominis vel de vaporibus porcorum procreantur. Contra eos valet ablucio stafizagria, vel vivum argentum coctum cum oleo olive vel butiro, [f. 36v] et zona intincta feratur; de stafizagria vide infra in titulo de natura herbarum in suo
 5 capitulo. \Prodest eciam si farina lupinorum decoquatur in aceto fortissimo usque ad spissitudinem, et addita uncia argenti vivi extincti et fiat unccio per discriminia capitis patientis ex habundancia pediculorum.// Prodest eciam adversus pediculos ficus, ut infra de natura arborum capitulo “ficus”, et succus edere, de quo in eodem titulo capitulo “edera”, et absinthium, ut titulo de natura herbarum capitulo “absinthium”, et
 10 allium, ut ibi capitulo “allium”, et mel naturale, ut infra de liquoribus capitulo I°. \Vide eciam super hoc infra de natura herbarum capitulo “volubilis” et de liquoribus capitulo “mel”.//

[Cap. 33. De rana.]

Rana in mense Augusto os numquam aperit nec pro cibo nec pro potu, eciam
 15 baculo vix solvere posses. Omnis piscis nutrit fetus preter ranam, ut dicit Aristotiles et ex hoc probatur quod rana sit piscis. Et sunt rane triplicis generis: quedam sunt cinerei coloris, quedam sunt rubee et ille peiores sunt et ad multa medicinales. Nisi terra et humore vivunt. Venenum habent maxime duobus cornibus. Si ossiculum dextri lateris in aquam ferventem proicias, eam refrigerat nec postea fervet, nisi fuerit exemptum.
 20 Plinius est auctor horum. Quedam est alia rana parva et viridis. Si canis vorat, distenditur et hec rana coriens nominatur. Arborea ascendit et, sedens in foliis, pluvias prenunciat: cernens nubes clamat, reliquo tempore tacet. Hec si in os canis proiecta fuerit, vocem eius auffert, ut vulgus reffert. \Rane sicut boraces \quandoque/ sustolluntur de terra in aerem per nubes depresatas, et inde cadere videmus cum pluvia,
 25 sed secundum alios, illi rane et boraces sic cadentes procreantur sursum ex aeris corruptione; tetigi supra capitulo “borax”, tangam eciam infra de passionibus aeris capitulo “nubes”. Pulvis rane aquatice, sumptus in potu vel cibo, reddit mulierem sterilem.//

[Cap. 34. De stelle figura.]

30 Stelle figura vermis est, ut dicit Plinius, qui de nocte ut stella lucet, sed numquam, nisi magnis nubibus provenientibus, et serenitatem designat. Huic tantus inest rigor, ut ignem tangens, extingat velut glacies. Eius sanie si tacta fuerit caro hominis, omnes capilli defluunt, et locus tactus virescit.

2 Pediculi...feratur] Ox, c. 'De pediculis', f. 57rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 34 (p. 307, l. 1, 4-7 et 9). 14 Rana...piscis] Ox, c. 'De rana', f. 57rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 35 (p. 307, l. 1-2, 4-5 et 17-18). 17 coloris...reffert] Ox, c. 'De rana', f. 57rb et c. '[De rana rubeta]', f. 57rb-57va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 36 (p. 307, l. 1-2 et 8-10) et 9, 38 (p. 308, l. 1-5). 30 Stelle...virescit] Ox, c. 'De stellis', f. 57va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 39 (p. 308, l. 1-6).

2 vaporibus] ante vaporibus, scr. et post exp. vadop cod. ; vaporationibus Ox 3 stafizagria] salsa aqua Ox 6 unccio] uncio scr. et post supra lin. add. -c- cod. 8 succus] sucus scr. et post supra lin. add. -c- cod. 14 Rana] rana add. in marg. cod. 20 vorat] vovet cod. 24 aerem] arem cod. 28 sterilem//] Est enim rana parvula in arundinetis vivens muta, que si forte a bobus hauriatur, ventres eorum tanta distendit corpulentia quod scindi videntur. Item est rana viridis que arborea ascendit et futuras pluvias cantando predicit et silet alio tempore, que dicitur obmutescere facere canem si in os eius proiciatur. Hec Albertus. Idem dicit Guilelmus Parisiensis add. in marg. alia recentior manus cod. Est...Albertus] ALB. MAGN., *De animal.* 26, 24 (p. 1591, 29-34). Idem...Parisensis] Cf. GUIL. PARIS., *De univ.* 2, 3, 22 (p. 1059, col. 2, lettre D).

[Cap. 35. De spoliatore.]

Spoliator coluber vermis est, ut dicit Liber rerum, coloris aurei, unde Aristotiles eum aureum vermem vocat. Viore enim fulget. Hic serpentem et eius cerebrum penetrat.

5 [Cap. 36. De seta.]

Seta vermis est vel potius serpens, instar crinis equi, gracilis, albus, durus, utrobique serpit ne capite differat a cauda. In corruptis aquis et fontibus nascitur, qui eum hauserit in potu, tamdiu languet, donec longo cruciatu moriatur.

[Cap. 37. De stupestre.]

10 Stupestris vermis est ut scarabeus, longis pedibus latens in herbis; quem si bos comederit, tumescit, donec rumpatur.

[Cap. 38. De sanguisuga.]

Sanguisuga de homine sano nobiliorem sanguinem extrahunt \et de infirmo turbidum et putridum//. Evomunt sanguinem quem bibunt, ut recenciosem bibant.
15 Urticis et tribulis punguntur, ut venenum evomant quod a serpentibus et buffonibus biberunt. Sanguinem putridum de infirmo bibunt et alios sanando se ipsos interficiunt. In dorso lunate, meliores sunt.

[Cap. 39. De scarabeis.]

Scarabei vermes sunt nigri, alati et pedices. Dum incedunt per terram, maxime de
20 nocte, magnum gerunt strepitum. Procreantur de corporibus asinorum, ut dixi supra capitulo “apes” et supra de natura pecudum capitulo “asinus”. In provincia Narbonensi, \que Togata dicebatur a longitudine vestium quibus gentes illius provincie tunc utebantur, secundum Girvasium, // episcopatu Uceciensi, est castrum de Remolinis in quo sunt due turres, ad quarum alteram, singulis annis circa festum beati Iohannis
25 Babbiste, convenit multitudo scarabeorum, qui sunt maiores ceteris, quorum plurimi sunt cornuti. Hii per octo dies tanto inpetu mutuo se flagellant quod de ipsis scarabeis mortuis et depulsis, vix platee possunt mundari et scobari. \Oleum scarabeorum optimum est pro auribus et ad eas sanandas.//

[Cap. 40. De tamur vel samier.]

30 Tamur vel samier vermis est, qui dicitur Salamonis. Nam Salamon pullum strucionis in vitreo circumclauserat vase, quem cum videret ostrucius et eum habere non posset, tulit de deserto vermem hunc, cuius sanguine linivit vitrum: [f. 37r] eo fracto,

2 Spoliator...penetrat] Ox, c. 'De spoliatore', f. 57va-57vb . Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 40 (p. 308, l. 1-3, 8 et 10). 6 Seta...moriatur] Ox, c. 'De seta', f. 57vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 41 (p. 308-309, l. 1-6 et 8-10). 10 Stupestris...rumpatur] Ox, c. 'De stupestri', f. 57vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 42 (p. 309, l. 1-5). 13 Sanguisuga] Ox, c. 'De sanguisuga', f. 57vb-58ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 43 (p. 309, l. 1, 6-8 et 10-14). 21 In...provincie] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 10 (p. 298-299) et 3, 21 (p. 592-593). 23 episcopatu...scarabeorum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 21 (p. 592-593). 25 quorum...scobari] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 21 (p. 592-593). 30 Tamur vel...ferro] Ox, c. 'De tamure', f. 58ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 44 (p. 309, l. 1-3 et 5-14).

3 serpentem et] serpentem necat et Ox 6 potius] porcus Ox | serpens instar] serpens cubitalis instar Ox 19 Scarabei] scarabeus *add. in marg. cod.* 20 gerunt] gerun- *scr. et post supra lin. add. -t cod.* 23 Uceciensi] Uticensi *cod.* | Remolinis] Remolins *Otia imp.* 25 Babbiste] *id est* Baptiste 30 Salamonis] *id est* Salominis | Salamon] *id est* Salomon

eripuit pullum. Quod videns Salamon, consideravit vermem et eius sanguine abscidit durissima marmora, quibus edificavit templum, quia lex prohibuerat ea sectare ferro.

[Cap. 41. De tapula.]

Tapula vermis est quatuor pedibus super aquas currens velocissime, nec mergitur
5 nec humectatur eciam, si sub aquis teneatur.

[Cap. 42. De tineia.]

Tinea ex humore lane nascitur in vestibus, et dicitur a tenendo. Contra quas prodest
avis ida, de quo supra de natura avium capitulo “ida”. Proficit eciam bussus \et laurus/
ut infra de natura arborum capitulo “bussus” \et capitulo “laurus”, et pellis leonis, dixi
10 supra de natura pecudum capitulo “leo”/, \et absinthium, ut infra de natura herbarum
capitulo “absinthium”, vide infra de natura arborum capitulo “citrus”//.

[Cap. 43. De teredonibus.]

Teredones Grece lignorum vermes Latine dicuntur, ut dicit Ysidorus, vel ternices
apud nos dicuntur, quia lignum rodunt.

15 [Cap. 44. De tarmo.]

Tarmus vermis est lardi.

[Cap. 45. De testudine.]

Testudo ex corrupcione graminum nascitur, sed secundum mutacionem aeris et
corrupciones, coloratur nunc alba, nunc nigra, nunc crocea. Novit virtutem herbarum, ut
20 dicit Ambrosius: nam si venenosum quid comederit, utitur origano contra venenum. De
sputo facit sibi domicilium quod durescit in lapidem. Si sal super ipsam inmisceris, tota
liquescit in sanguinem, et tunc fit medicinalis et valet precipue sanguis bibitus contra
esquinanciam. Testudines comeste prosunt adversus melancoliam. \Nota quod ex conca
testudinis inventa fuit lira per Mercurium: reperiit quippe concam testudinis mortue ac
25 putrefacte, cuius nervuli, extensi in ore conce, ad auram tenuem cibulum reddebant, et
ad hoc exemplum liram fabricavit, ut reffert Girvasius.//

[Cap. 46. De vespis.]

Vespe, ut dicit Plinius, in sublime nidos faciunt cera inutili, quia non de floribus.
Vita earum circa stercus est. Carne vescuntur: de carnibus equi \mortui/ aliquando

4 Tapula...teneatur] Ox, c. 'De tapula', f. 58ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 45 (p. 310, l. 1-4 et 7-8). 7 Tinea...tenendo] Ox, c. 'De tynea', f. 58rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 47 (p. 310, l. 1-3). 13 Teredones...rodunt] Ox, c. 'De teredone', f. 58rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 48 (p. 310, l. 1-3). 16 Tarmus...lardi] Ox, c. 'De tarmo', f. 58rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 49 (p. 310, l. 1). 18 Testudo...in] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 46 (p. 310, l. 1, 3-8 et 10-11). | Testudo...medicinalis] Ox, c. 'De testudine', f. 58ra-58rb. 24 inventa...Girvasius//] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 120-121). Cf. IOHANNES RAYNAUDUS, *De origine iuris*, f. CLIXvb: Mercurius invenit liram temporibus Gedeonis hoc modo: reperit concham testudinis mortue, cuius nervuli, arentes et extensi in ora conche, ad aurem tenere sibilum reddebant. 28 Vespe...procreantur] Ox, c. 'De vespibus', f. 58rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 51 (p. 311, l. 1-3 et 5).

1 Salamon] Salomon Ox 2 sectare] secare Ox 4 Tapula] tapula add. in marg. cod. 7 humore] humomore cod. 10 herbarum] ante herbarum, scr. et post exp. herbarum cod. 13 ternices] termites Ox 18 Testudo] testudo add. in marg. cod. | graminum] geminum cod. 19 coloratur] ante coloratur, scr. et post exp. generatur cod. 21 sputo] sputa cod. 23 melancoliam] malencoliam cod. 24 testudinis¹] testitudinis scr. et post exp. -ti- cod. | testudinis²] testitudinis scr. et post exp. -ti- cod. 25 cibulum] id est sibilum 26 reffert] reffer- scr. et post supra lin. add. -t cod.

procreantur, dixi supra de natura pecudum capitulo “equus et supra hoc titulo capitulo “apes”. Vespe muscas venantur.

[Cap. 47. De uria.]

Uria vermis est porci.

5 [Cap. 48. De verme, qui specialiter vermis dicitur.]

Vermis sic specialiter nomen habens, vulgariter *lonbricus* nuncupatur; ex munda terra procreatur sine semine. Oleum huiusmodi vermium, cum oleo olive conpositum, multum proficit adversus dolores et concassaciones nervorum.

[Cap. 49. De vermibus Cilidonie.]

10 Vermes Cilidonie, ut dicit Augustinus in libro De civitate Dei, sunt vermes in Cilidonia viventes in aquis ferventibus ut piscis; extra illam aquam moriuntur.

[Tit. XIII.] De arboribus et naturis earum. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

15 Circa materiam arborum de quibus sumus tractaturi. Nota quod licet arbores quolibet anno folia deponant et iterum nova emitant, tamen non propterea vita vegetativa privantur. Secus est in herbis que annuatim moriuntur \regulariter/, relicto semine. Arbor sterilis effecta si scindatur radix et illi scissure addatur \cuneus, vel lapis/ fit fertilis. Sic etiam fit per insercionem quod relinquitur expertis. \Quandoque tamen arbores defferunt fructus vermiculares seu vermiculosos, quod maxime contingit
20 dupliciter vel propter defectum humoris ex malicia terre et qualitatis eius. Tunc est remedium quod sublata terra circa partem radicum alia melioris humoris addatur et, perforato circa terram stipite, cuneus ex quercu foramini inprimatur. Vel contingit hoc vicium ex nimia humidate terre, tunc arborum perforentur stipites iuxta unionem maiorum radicum, ut per illud foramen humor superfluous distilletur, \et per hoc etiam
25 arbor vetusta iuvenescet, secundum Euclidem.// Unum tamen est menti tenendum quod si arbor replantetur alibi, caveat replantans quod pars, que prius ortum solis respiciebat, eo modo aptetur, quod maxime requiritur in arbore olive. Notandum etiam plantaciones arborum fieri debere luna antiqua, dicam infra de VII planetis capitulo “luna”. Item nota quod omnis arbor que plantatur in die sancti Lamberti, convalescit et non putrescet,
30 secundum Euclidem.// Nota quod in India superiori est insula in qua arbores numquam deponunt folia, vel forte est illa insula dicta Tilos, de qua facio mentionem infra hoc titulo capitulo “tilia”. In Anglia, episcopatu Lincolnensi, est silva cuius ligna, si secta fuerint et in aquam proiecta vel in terra sepulta, per anni spacium revertuntur in

2 Vespe...venantur] Ox, c. ‘De vespihus’, f. 58va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 51 (p. 311, l. 3). 4 Uria...porci] Ox, c. ‘De uria’, f. 58va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 50 (p. 311, l. 1). 6 Vermis...semine] Ox, [‘De verme in genere’], f. 58va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 52 (p. 311, l. 1-3). 10 Vermes...moriuntur] Ox, ‘De verme Cilidonie’, f. 58va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 9, 53 (p. 311, l. 1-5). 17 Arbor...fertilis] Ox, c. [‘De arbore sterili’], f. 79va. 18 \Quandoque...vermiculosos] 20 humoris...eius] 21 sublata...inprimatur] PC, 5/1, 1, 15-16, p. 92. 23 arborum...distilletur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 1, 22, p. 94. 25 arbor...iuvenescet] Cf. St, f. 63va. 28 nota...putrescet] Cf. c. ‘Nota de tempore plantacione’ Erlangen f. 154r et Eis 1,4 p. 122. 30 est...folia] Ox, c. *De mirabilibus mundi*, f. 112va-112vb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de nat.* c. De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis (p. 117). 32 In...lapideam] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 4 (p. 568-571).

6 vulgariter] ante vulgariter, scr. et post del. qui cod. 11 Cilidonia] Celidonia Ox 17 \cuneus...lapis/ aloes Ox 18 insercionem] insertacionem scr. et post exp. -ta- cod. 23 arborum] ante arborum, scr. et post exp. perforentur stipites cod. 31 insula] insulas scr. et post exp. -s cod.

materiam lapideam, de quibus fiunt cotes bone. Similiter idem dicitur de quadam silva territorii Aralatensis, \scilicet in Rodani insula Sticados, que mari iungitur et dicitur vulgariter Camargas, quasi caras marchias. Ubi ad littus maris est ecclesia in beate Marie \honorem/, prima omnium ecclesiarum citramarinarum constructa, in qua duas
 5 Marias requiescere asseritur secundum Girvasium. Et fuit consecrata a beatis Maximino Aquense, Lazaro Marsiliense, Eutropio Auraycense, Georgio Vellaicense, Saturnino Tholosano, Marsiale Lemovicense, episcopis, astantibus Martha et Maria. Redeundo ad iam cepta quod dixi ligna in speciem lapideam reverti.// Forte procedit ex natura arboris, quia est fagus arbor, que hanc naturam habet, ut videbis infra capitulo “fagus”, vel est
 10 ex natura aque, quia tales fontes hoc habent ex natura, ut dicam infra de natura fluviorum et foncium ac stagnorum \capitulo “fontes sunt qui iniecta”/.

[Cap. 2. De arboribus in paradiso.]

Arbores, que sunt in paradiso terrestri, nobis ignote sunt exceptis paucis, ut est arbor boni et mali, in qua primi parentes prevaricati sunt, et arbor, que lignum vite
 15 appellatur, de cuius fructu, qui comederit, immortalis permanet. Multe sunt ibi arbores medicinales nobis incognite. \De arbore Ade vide glosa in Qui fundum vendidit ff De verbo. signi. et ibi nota.//

[Cap. 3. De arboribus solis et lune.]

Arbores solis et lune commemorat Moyses in Deutronomii capitulo penultimo: ‘De benedictione’, Iosep dicens, ‘de pomis fructuum solis et lune, de vertice antiquorum’
 20 mensium. De hiis Alexander Aristotili epistolam scripsit, ubi dicit, quod utique hee arbores in oriente sint in India scilicet al- [f. 37va] titudinis centum cubitorum, et vocantur in dicta lingua ebruones. Cum sol oritur, et summitatem arborum tangit solis splendor, concuciantur usque ad radicem, et tunc responsum dant interrogantibus. Has
 25 arbores consuluit Alexander de futuris, scilicet de uxore et sorore, et si intraret Babilonem, et de sorore procurante, ut veneno interiret. De pomis harum arborum comedebant sacerdotes, et vivebant CCCC annis illesi. Non licebat alicui intrare ambitum earum, qui erat animo levis \vel/ inmundus contactu mulieris.

[Cap. 4. De agno casto.]

Agnus castus, ut dicit Platearius, arbor est sic dicta pro eo quod hominem castum reddit ut agnum. Huius arboris vis est enervare libidinem et desiccare sperma. Hoc facit
 30 succus \coctus cum modico castorii, et inde// potatus, vel eciam iacendo super ramos ipsius: prosunt eciam eius rami suppositi capiti ad repellendum fantasias dormientis. Et hec arbor est frutex, arbuscula parva, que omni tempore viridis reperitur. In aquosis
 35 locis magis, et in siccis minus. Et eius lignum est durum. Et folia eiusdem sunt \sicut/

1 de¹...bone] Ox, c. *De aqua*, f. 112rb. Cf. PS. IOH. FOLSHAM, *Liber de nat.* c. De fontibus (p. 110).
 2 Aralatensis... Maria] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 10 (p. 294-297). 13 Arbores...incognite] Ox, c. [*De arboribus Eden*], f. 58va-58vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 2 (p. 315, l. 1-3, 10 et 12-15).
 16 \De...nota//] Cf. D. 50, 16, 205. 19 Arbores...mulieris] Ox, c. *De arboribus solis*, f. 58vb-59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 3 (p. 316, l. 1, 3-6, 8-14 et 19-23). 30 Agnus...succus] Ox, c. *De agno casto*, f. 59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 5 (p. 316-317, l. 1-2, 4-7 et 14).
 32 potatus] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 5 (p. 317, l. 14). | potatus...ipsius] Ox, c. *De agno casto*, f. 59ra. 33 eius...dormientis] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 109 (p. 798-799). 34 est...venenosa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 30, 5 et 7, p. 175-176.

6 Auraycense] Aurasicense *Otia imp.* 7 Marsiale] Marciale *Otia imp.* 14 arbor boni] arbor scientie boni Ox 16 in] in in *cod.* 19 Deutronomii] de utronomi *cod.* 21 mensium] mentium Ox 22 cubitorum] - bitorum *scr. et post add. sup. l. cu- cod.* 23 in dicta] Indica Ox | ebruones] ebriones Ox 27 CCCC] CCC Ox

folia olive, sed sunt leviora. Agnus castus calidus est et siccus in tercio gradu, sed secundum Avicennam est calidus in primo et siccus in secundo. Et folia eius et flores competunt usui medicine et magis flores quam folia. Et flores quidem agnus castus vocantur qui in vere colliguntur, et per annum tantum servantur, et virides maioris sunt
 5 efficacie quam sicci. Fomentum factum ex aqua decoctionis agni casti, matricis excicat superfluitates et ipsius angustat orificium. Contra litargiam valet decoccio agni casti, apii et sabrie in aqua salsa, et ex ea fortiter capitis posterior pars fricetur. Avicenna dicit quod fumigantur mulieres, cum vehemens desiderium coitus adest, et liberantur. Et eius folia fugant venenosa.

10 [Cap. 5. De abiete.]

Abies, ut dicit Ysidorus, dicitur eo quod longe eat et crescat pre ceteris. Abies, piella, arexe, quasi eedem arbores sunt. Non coluntur, sed in Alpibus et locis nemorosis valde proveniunt et omnes miro modo in altum extolluntur. Frondes virides omni tempore habent. Ex ipsis fiunt arbores et antempne navium, quibus nulle alie arbores
 15 sufficere possunt. Et optime sunt in omnibus operibus edificiorum, quia leves et rigide sunt et diu durabiles: absides facte ex eis et domos quam plurimum exornant. Fiunt etiam ex eis vasa vinaria, sed in eis facile vinum mutatur in acetum. Sed arexe precipue competit situlis, in quibus aqua deffertur. Nam abies et piella per aquam facile viciantur.

[Cap. 6. De arboribus aeris.]

20 Aeris arbores sunt iuxta litora Maris Mortui et in terra Sodomorum portantes poma extrinsecus pulcherima. Intus autem nichil est nisi fetida favilla.

[Cap. 7. De arboribus circa regionem Ierusalem.]

Arbores sunt, circa regionem Ierusalem, que defferrunt pro fructu auriculas, ad instar aurium hominis in signum auris inscisse per beatum Petrum tempore passionis
 25 Christi. [f. 37vb]

[Cap. 8. De armoniaco.]

Armoniacus arbor est orientis, ex qua procedit quoddam gummi dictum armoniacum. Calidum est in secundo gradu et siccum in tercio, et prevalet quod albius et purius et assimilatur ovo cocto. Habet virtutem laxandi et dissolvendi. Contra
 30 tussim antiquam accipiantur tres gutte armoniaci in ovo sorbili vel cum melle, uncto corpore super pectore de dyaltea et butiro. Contra scrophulas accipe armoniacum, sal gemma, nitrum, succum marrubii, ceram et resolve in aceto per unam noctem. Mane resolvas cum cera, additis pulveribus costi et absinthii, et facias unguentum sicut cerotum. Valet etiam ad menstrua provocanda, si ex solo armoniaco vel galbano et assa
 35 fetida fiat suppositorium vel subfumigacio. Prodest etiam contra lumbricos, si detur armoniacum cum succo absinthii et persicarie et resolutis hiis in aceto, fiat emplastrum

11 Abies¹...ceteris] Ox, c. *De abiete*, f. 59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 7 (p. 317, l. 1-2). | Abies²...viciantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 30, 1, p. 174. 20 Aeris...Mortui] Ox, c. *De aere*, f. 59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 4 (p. 316, l. 1-2). | in...Sodomorum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 5 (p. 570-571). | portantes...favilla] Ox, c. *De aere*, f. 59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 4 (p. 316, l. 3-4).

5 excicat] exsiccat *Rur. com.* 7 sabrie] salviae *Rur. com.* 8 mulieres] mulieres *cod.* 12 coluntur] ante coluntur, *scr. et post exp. enim cod.* | nemorosis] nivosis *Rur. com.* 14 antempne] antennae *Rur. com.* 16 absides] assides *Rur. com.* 35 subfumigacio] submigacio *scr. et post sup. l. add. -fu- cod.* 36 aceto] acceto *scr. et post exp. -c- cod.*

supra umbilicum. De genere armoniaci dicitur esse gutta, sicut dicam infra de natura herbarum capitulo “gutta”. [f. 38r]

[Cap. 9. De arexe.]

Arexe arbor est quasi eadem cum arbore abiei, sicut dixi supra capitulo “abies”, et
5 ibi vide naturam huius arboris.

[Cap. 10. De arboribus portantibus poma.]

Arbores sunt in oriente portantes poma, in quibus apparet quasi morsus hominis cum dentibus, et dicuntur Adam in signum mortifieri morsus Ade transgressoris per pomum.

10 [Cap. 11. De arbore in regno Aralatensi.]

Arbor est in regno Aralatensi, ad confinium civitatis Marssiliensis, que fructum facit ad modum fabbarum, sed intus nichil preter lapides invenies.

[Cap. 12. De amedano.]

Amedanus est arbor alias alnus vocata, que non colitur, sed in locis palustribus et
15 aquosis delatatur. Ex ea convenienter incissoria fiunt et parapsides, quibus rarissime accidunt crepature.

[Cap. 13. De axero.]

Axerus est arbor satis magna, que in lapidibus reperitur, que optime competit
20 ciphis et parapsidibus et incisoriiis faciendis et viellis et omnibus delicatis operibus, quia eius lignum est album et solidum et valde politum efficitur; sed eius parapsides propter calorem scinduntur, nisi facte sint de quarterio, id est de ligno in quatuor partes scisso aut de nodosa sine nervosa radice.

[Cap. 14. De avorno.]

Avornus est arbor parva, que circa Alpes oritur, cuius medianus cortex datus in
25 cibus aut potibus mirabiliter ventrem laxat.

[Cap. 15. De avalsio.]

Avalsus arbor est parva, \fere/ similis arbori que dicitur ilex, de qua dicam infra. Crescit in locis lapidosus et nemorosis. Reperiturque in Galliis regno Aralatensi, inter
30 Aralatem et Marssiliam. Cuius sarcina precium XII solidorum; eius fructus, qui vermiculus dicitur, precium facit quinquaginta librarum. Eius cortex ad onus bestie precium habet quinque solidorum. Vermiculus hic est, quo tinguntur preciosissimi regum panni, sive serici ut examiti, sive lanei ut escarlata. Eius folia sunt pungitiva, ad

7 Arbores...pomum] Ox, c. *De pomis Ade*, f. 59ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 6 (p. 317, l. 1-5). 11 Arbor...invenies] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 94 (p. 746-747). 14 Amedanus...crepature] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 30, 2, p. 175. 18 Axerus...radice] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 30, 3, p. 175. 24 Avornus...laxat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 30, 4, p. 175. 27 Avalsus] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 55 (p. 662-663). | arbori...ilex] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 55 (p. 660-661). 28 in²...Aralatensi] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 55 (p. 660-661). 29 Cuius...Madiali] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 55 (p. 660-663).

11 Marssiliensis] Massiliensis *Otia imp.* 15 delatatur] delectatur *Rur. com.* | incissoria] incisiora *Rur. com.* | parapsides] parassides *Rur. com.* 18 lapidibus] Alpibus *Rur. Com.* 19 ciphis] scyphis *Rur. Com.* | parapsidibus] parassidibus *Rur. Com.* 20 parapsides] parassides *Rur. Com.* 21 quarterio] quartario *Rur. Com.* 27 Avalsus] auals *Otia imp.* 28 Crescit] ante Crescit, scr. et post del. Et re- cod. 29 solidorum] nummorum Mergoriensium *Otia imp.* 31 tinguntur] unguntur *Otia imp.*

pedem eius nodulum facit mollem, ad formam ciceris, coloris de supra nebule et roris coagulati, sed intus rubei coloris ut sanguis. Colligitur tempore Madiali. Et dicti fructus vermiculares propter duo solent in corio includi: tum propter eorum tenuem pelliculam, tum etiam quia ex se ipsis vermiculos generant et fugerent vel alias in nichilum redigerentur. Et ob hoc huiusmodi fructus vermiculus dicitur.

[Cap. 16. De amigdalo.]

Amigdalus est arbor cuius fructus dicitur \amigdalum, et est nomen Grecum// quasi longa nux. Sunt tamen diversitates in eius fructu. Nam quedam sunt amigdale dulces que esui competunt, quedam amare que competunt medicine. Item quedam sunt duram habentes testam et quedam subtilem. Item quedam sunt longa, quedam rotunda, et quedam grossa, quedam parva. Hec arbor terram requirit duram, siccam et lapidosam. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite digitis tribus fiat a radice caverna, per quam noxius humor exsudet, vel medius terebretur truncus et mellita \aqua in foramine infundatur et inde eiusdem// ligni cuneus inprimatur obliquus, vel si circa ra- [f. 38v] dices eius stercus parvi suis infundas, ut dicit Paladius. \Si amigdalus et persicus coniunctis oculis, inserantur in pruno, provenient poma eorum carnem persicorum habencia, et ipsorum ossa imitabuntur amigdalarum naturam.// Hec arbor hoc proprium habet, quod in senectute plus fructificat quam in iuventute. Amigdale dulces calide sunt et humide in media primi gradus, vel secundum alios calide et sicce. Purgant epar, splenem et renes. Valde inpinguant. Conferunt adversus stomachi calorem refrigerandum. Oculis nocent, quia in eis generant caliginem. Ebrietati resistunt, \remoto illo germine: hoc est eo quod est in suo cacumine acuto//. Sompnum provocant. Prosunt etiam cum melle morsibus caninis et ulceribus. Urinam provocant. Aqua decoctionis earum potata dolorem renum mitigat. Cum resina curbitiva, calculum frangit. Amigdala amara calida et sicca sunt in II^o gradu. Valent contra tussim de frigideate cum zucara ad reprimendum earum amaritudinem. Interficiunt lumbricos cum farina lupinorum super umbilicum posita. Provocant menstrua. Si comedantur a vulpe, interficiunt eam. Lentigines et cicatrices aplanant. Oleum earum confert surditati aurium.

3 corio...dicitur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 55 (p. 660-661). 7 Amigdalus...arbor] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 1, p. 96. | nomen...nux] Ox, c. *De amygdala*, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 8 (p. 317, l. 1-2). 8 Sunt...amigdale] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 1, p. 96. 9 dulces...esui] Ox, c. *De amygdala*, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 8 (p. 317, l. 8). | competunt quedam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 1, p. 96. | amare...medicine] Ox, c. *De amygdala*, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 8 (p. 317, l. 8). | Item...mellita] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 1-2 et 8, p. 96 et 98-99. 14 ligni...gradus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 8-9 et 11, p. 99 et 8, 7, 3, p. 22. 19 calide...renes] Ox, c. *De amygdala*, f. 79vb. 20 stomachi...refrigerandum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 11, p. 99. 21 Oculis nocent] Ox, c. *De amygdala*, f. 79vb. | caliginem...resistunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 11, p. 99. 22 Sompnum...provocant¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 11, p. 99. 23 Prosunt...frangit] Ox, c. *De amygdala*, f. 79vb. 25 Amigdala...aurium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 2, 12, p. 99-100.

2 intus] interius *Otia imp.* 14 obliquus] oblitus *Rur. com.* 20 Conferunt] ante Conferunt, *scr. et post del. et exp. ucaru cod.* 22 Sompnum] ante Sompnum, *scr. et post del.* Oleum ex eis contractum proficit adversus impedimentum auditus *cod.* 24 curbitiva] curbtiva *scr. et post add. sup. l. -i- cod.*; terbentina Ox 28 confert] conferit *scr. et post exp. -i- cod.* 29 aurium] Pour fere ledict huile d'amelles doulces Prenez telle quantite d'amelles que vous semblera bon. Lesquelles plumees piller et puis les mettez dans un vaisseau de verre que mettez cuire dans le balneum-marie l'espace de troys heures apres les tirez chaudes et presserez. Autrement : Apres que sont mondees les mettre dans de sachetz, lesquels bien pliez dans de drapeaux, les mettre dans du sablon ou cendre bien chaultz et quand seront bien chaudes les presser. Autrement : Les bien piller et laisser dans un lieu bien chaud pour 5 ou 6 heures et puis les piller un peu et les presser.

[Cap. 17. De avellana.]

Avellana est arbor satis nota. Cuius fructus diversificatur, quia aliquae avellane sunt rotunde et aliquae longe. Et licet huiusmodi arbor in omni fere genere terre nascatur et convalescat, tamen plurimum gaudet loco macro, humido et sabuloso. Avellane sunt calide et parum sicce, earum substantia solida et spissa est ventositate carencia: unde sunt valde nutritive, tarde tamen ad digerendum. Inflationem in corpore generant, si cum corticula vel pellicula comedantur, et ideo, illa ablata, utiliores sunt et digestibiliores. Avellana, cum aqua mulsa potata, tussim sedat, et pulmoni et iecori valet. Trita et data mulieri, menstrua sistit.

10 [Cap. 18. De albaro.]

Albarus est arbor similis populo, sed eius folia habet ab una parte alba et ab alia nigra, diei et noctis notas habencia, de qua etiam dicam infra capitulo “populus”, et ibi vide.

[Cap. 19. De aloe ligno.]

15 Aloes lignum in India nascitur, arbor est etiam in Arabia, ut dicit Ysidorus. Cum eo altaria adolentur, unde etiam aloes dicitur. Sed dicit Iacobus Aconensis episcopus et Liber rerum, quod nemo huiusmodi ligni arborem vidit, sed rami, inpulsione ventorum ex vetustate de montibus cadentes, capiuntur in flumine Babilonico retibus. Unde dicitur de terrestri paradiso descendere. Ad multas valet medicinas contra frigiditatem capitis,

2 Avellana...nota] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 3, 1, p. 101. | aliquae...digestibiliores] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 3, 1-2, p. 101. 8 Avellana...sistit] Ox, c. *De nuce*, f. 83ra. 11 Albarus...populo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 37, 1, p. 181. | folia...habencia] Ox, c. *De populo*, f. 61va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 317, l. 3-5). 15 Aloes...epatis] Ox, c. *De aloe*, f. 63ra-63rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 3 (p. 332-333, l. 1-7, 11-12 et 14).

Pour fere l’huile d’amelles ameres

Après les avoir bien pillées jusques que seront reduictes en paste, fault getter un sestier d’eau chaulde, qu’ait bouilli dessus et laisser en infusion par demy heure, puis les piller davantage et presser, recueillir avec un cuillier et que passera l’estaviner ou linge. Cela faict reprendre le marc et getter encores d’eau et icele bien les repiller et represser.

Ces huilles sont fort bons, mais celle des amelles ameres a plus grande vertu en tout. Par-ainsi pour tirer les pierres et gravelles des reins et pour donner remede aux douleurs des membres interieurs provenantz de ventositez grosses. Il est plus requis que l’huile des amelles douces. Car il est plus aperitif et chasse les vermines du corps. L’huile d’amandes douces engrossit et multiplie la semence doulce *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Pour...doulce] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthioli* [...], Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 34 (p. 32, col. 1-2).

L’huile des amelles ameres est bon contre les estouffementz, conversions et inflammations de l’amarrys, aux douleurs des reins, graveleux, aux difficultez d’urine, d’alcime et deffaulx de la ratte, douleurs de teste, sordite, cornement, tintinement d’oreilles. Mesle avec miel, racine de lys, cire de Chypres ou cirot rosat, oste les taches, rides, lentilles et bourgeons du visage, fortifie la foiblesse de la veue, guerit les tignes, tignons de la teste, qui coulent et fluent. Les farines blanches qui tombent de la teste, estant applique avec du vin.

L’huile des amelles douces, estant beu au poix de 4 onces, ramollit le corps a ceux qui sont constipez, guerit l’asprete de la gorge, du polmon, d’estomac et de toutes parties interieures. Il ramolit et humete toutes duresses et les siccitez des membres et ioinctures, propre aux etiques. Appliqué et prins en breuvage est singulier aux douleurs de l’amarrys et vessie, estant seringue *add. in marg. alia recentior manus cod.*

L’huile...seringue] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthioli* [...], Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 34 (p. 32, col. 1-2).

8 Avellana] *Avella scr. et post add. sup. l. -na cod.* | aqua mulsa] aqua vel musa Ox 9 menstrua] *mestrua cod.* 12 dicam] *ante dicam, scr. et post del. et exp. ultius cod.*

stomachi et epatis. Nota quod aloen est herba, de qua dicam infra de natura herbarum capitulo “aloen”, scilicet aloes est arbor ut hic.

[Cap. 20. De armeno.]

Armenum, ut Plinius et Ysidorus dicunt, est frutex Armenie, semine denso et
 5 connexo, odorem habet cinamomi. Cardamomio similis est frutex, sed semine oblongo. Calidum est et siccum. Apositum ori contra sincopim et vomitum valet, et confortat stomachum.

[Cap. 21. De adella.]

Adella arbor est Arabie, ut dicit Plinius, cuius guta lucida est. Platearius dicit: vim
 10 habet constringendi dissenteriam. Ex acuta colera curatur, apostema interius vel exterius iuncta.

[Cap. 22. De arundine seu canna.]

Arundo seu canna inter arbores numeratur, de cuius natura vide infra capitulo “canna”, et ibi dicam. [f. 39r]

15 [Cap. 23. De buxo.]

Buxus est arbor parva, que semper viret: numquam deponit folia. Lignum eius est solidissimum et croceum; rasura huius ligni, quia frigida est et sicca, decocta in aqua putei constringit fluxum. Tingit eciam crines, si eius decoctione sepius abluantur. Ex
 20 ipsius ligno fiunt optimi pectines et coclearia et manubria cultellorum, ac tabule ceree et similia. A tineia non leditur vestis ubi iacet buxus; \idem dicitur de lauro ut infra capitulo “laurus”, et ibi dicam. Aqua decoctionis foliorum buxi bibita et continuata, valet adversus lepram.//

[Cap. 24. De brillo.]

Brillus est arbuscula parva, que in arenis fluminum oritur; pulcras virgulas et
 25 multas emitit ex quibus \scoriatis/ fiunt canistri et corbes, ac cavee avium.

[Cap. 25. De buellio.]

Buellium, ut dicit Glosa, arbor est nobilis in oriente, colore nigra, sed folia habet rubra. Lacrimam habet quasi gummi, odore optimo, gustu amara; lucet ut es.

[Cap. 26. De berbero.]

30 Berberus est fructus cuiusdam arboris parve, valde spinose sicut arbor malagranati, et sunt rotundi ut fructus spine albe. Aliquantulum oblongi et quasi subnigri. Frigidi sunt et sicci in secundo gradu. Valent contra febrilem discenteriam, sirupus ex eis et

4 Armenum...stomacum] Ox, c. De armeno, f. 63rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 4 (p. 333, l. 1-5 et 11-12). 9 Adella...iuncta] Ox, c. De bdella, f. 63rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 6 (p. 333, l. 1-2 et 4-6). 16 Buxus...que] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 31, 1, p. 176. | semper viret] Ox, c. De buso, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 11 (p. 318, l. 1). | Lignum...cereae] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 31, 1, p. 176-177. 20 A...buxus] Ox, c. De buso, f. 80ra. 24 Brillus...avium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 31, 2, p. 177. 27 Buellium...es] Ox, c. De bdellio, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 10 (p. 317-318, l. 1-6). 30 Berberus...clausuris] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 4, 1, p. 102.

5 oblongo] oblongo cod. 9 Adella] Bdella Ox 21 continuata] contiinuata cod. 27 Buellium] Bdeillum Ox | Glosa] Glosa Genesis Ox 31 subnigri] ante subnigri, scr. et post del. et exp. nigri cod. 32 discenteriam] dyscrasiam *Rur. com.*

zucara factus contra calefactionem epatis; pulvis eorum cum succo solatri conficiatur et epati aponatur. Alii dicunt quod sunt huiusmodi fructus frigidi et sicci in primo gradu. Vincunt coleram et abscindunt sitim. Hec arbuscula optima est pro sepibus et clausuris.

[Cap. 27. De balsamo.]

5 Balsamus est arbor duorum cubitorum, ut dicunt Plinius, Iacobus et Solinus, cuius
stipes est quasi vitis, folia quasi rute sed albiora semper virent. Arbor hec fuit olim in
India. Nunc autem in campo Babilonie, et excolitur a Christianis sub dominio
Sarracenorum, quia ut sepe probatum est, a Sarracenis cultus sterilis manet. Dedignatur
10 enim manum eorum. Sunt autem in illo campo fontes sex continui, in quorum uno Dei
virgo Maria puerum suum Ihesum balneasse dicitur. Hoc fonte campus ille irrigatur,
alioquin frutex balsamiticus non fructificat. Lapideis cultris vel vitreis eius virgultum
inciditur. Et inde instillat liquor per guttas, et ille liquor nobilis vel succus in vitrea vasa
recipitur. Si enim ferro incideretur virgultum, ex plaga vulneris interiret. Et dicitur hic
15 liquor oppibalsamum, et adulteratur melle vel oleo Ciprino, sed sincerum probatur a
melle coagulatum. Adulteratum enim non coagulatur \\ab oleo vero, si lanee vestes ex
ipso non fuerint pollute vel maculate//. Oppibalsamum valet ad cicatrices removendas.
Si huiusmodi liquoris gutta ponatur in ore, ita calefacit, ac si videatur incendi. Et eciam
tantam vim habet, quod guta penetret manum. Hec arbor producit fructum similem
20 malagranato, qui nominatur carpobalsamum. Intus est quasi mel dulcis et extra sicut
piper in ore. Regina Sabba primo tulit Salamoni, qui plantavit eam in vineis Engadi.

[Cap. 28. De cipresso.]

Cipressus, ut Ysidorus dicit, Grece dicta quasi ciparissus quod est capud a
rotunditate. Alta enim est et rotunda, et in summitate per ramos usque ad summum
tendit in acutum. Cedro est similis eciam in virtute: semper virescit nec [f. 39v] amitit
25 folia. Eius lignum est valde odorifferum. Nigrum producit florem et fructus ad modum
nucum cum seminibus inclusis. Trabes ex ea ita fortes sunt, quod post primam
resistenciam numquam cedit oneri, eciam postea plus onerata. Ex hac arbore, propter
suum bonum odorem, fiunt tabule mensales et absides, quo ligno libenter homines
ornant instrumenta musicorum, ut luce, cithare et similia. Hec arbor, ut ait Avicenna,
30 calida est in primo gradu et sicca in secundo, licet alii dicant quod sit frigida. Folia et
nux eius stiptica sunt. Et delent morpheam et consolidant vulnera et confortant nervos et
roborant mollificationem et stringunt eciam, et decoccio nucis cum aceto delet dolorem
dencium.

5 Balsamus...inciditur] Ox, c. *De balsamo*, f. 63va. et c. *De balsamo*, f. 80ra. | Balsamus...maculate//] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 8 (l. 1-2 et 4-19, p. 334). 12 guttas...interiret] Ox, c. *De balsamo*, f. 63va. 14 adulteratur...Engadi] Ox, c. *De balsamo*, f. 63va-63vb et c. *De balsamo*, f. 80ra. 18 tantam...manum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 8 (l. 21-22, p. 334). | fructum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 8 (l. 14, p. 334). 19 carpobalsamum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 8 (l. 14-15, p. 334). 22 Cipressus...rotunda] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 13 (p. 318, l. 1-3). | Cipressus...virtute] Ox, c. *De cipresso*, f. 59va et c. *De cipresso*, f. 80rb. 24 Cedro...virtute] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 13 (p. 318, l. 3). | semper...odorifferum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 32, 1, p. 177. 25 Nigrum...fructus] Ox, c. *De cipresso*, f. 80rb. 26 Trabes...onerata] Ox, c. *De cipresso*, f. 59va. 27 numquam...oneri] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 13 (p. 318, l. 4). 28 odorem...dencium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 32, 1-2, p. 177-178.

2 Alii] Avicenna *Rur. com.* | primo] tertio *Rur. com.* 3 abscindunt] accidunt *Rur. com.* 5 Solinus] Solinius *cod.* 6 virent] viret *cod.* 8 Sarracenorum] Saracenorum *scr. et post add. sup. l. -r- cod.* 9 continui] contigui Ox | continui in] contigui Egypto in Ox 15 Adulteratum] Adulterantum *scr. et post exp. -n- cod.* 18 penetret] penetre *scr. et post add. sup. l. -t cod.* 28 absides] assides *Rur. com.* 29 luce] liutii *Rur. com.* | cithare] chitaræ *Rur. com.* 31 delent] ante delent, *scr. et post exp. folia cod.*

[Cap. 29. De canna.]

Canna, que alias arundo dicitur, nota est. \Astras facit longas concavas et nodosas. Ex cuius radice quandoque fiunt cippi. Si lanugo, que est flos eius, in aurem cadat \vel/ mittatur, auditum tollit. Ex cannis fiunt pali et pertice vinearum et quandoque tecta domorum. Et, secundum Avicennam, sunt vehementis in frigidacionis. Folia, radix et cortex conferunt allopicie et absterunt sordes. Et radix eius, cum cepa silvestri, extrahit carni infixam. Decoccio cannarum cum restis alleorum, si ex ea laventur pedes et tibie, facit cedere dolores. \Ad ulceracionem labiorum, valet illa parva tela alba, que est infra arundinem circa nodum, si supra ulceracionem vel excoriacionem aut fissuram aponatur.//

[Cap. 30. De crasso.]

Crassus est arbor quam Lucillus in Ytaliam tulit cum vastaret Pontum.

[Cap. 31. De ceraso.]

Cerasus arbor est satis nota. Et ideo transeo. Quedam cerasus deffert fructum dulcem et mollem, et proprie dicitur cesarum; quedam fructum dulcem et durum, et specialiter dicitur in vulgari graffionus; quedam vero fructum acrem et acetosum, et dicitur agriotum. Fructus huiusmodi dulces magnam et altam faciunt arborem. Sed fructus acetosi, minorem et submissam. Hii fructus colorem habent rubeum et ab infra ossiculum cum nucleono. Et nota quod si vis ut sint et nascantur tales fructus sine ossibus, arborem tenerem ad duos pedes recides et eam usque ad radicem scindes, medulam partis utriusque abraderis ferro curabis, et statim partes utriusque vinculo stringes, et oblines fimo summam partem vel creta et laterum divisuras. Post annum solidatur dicta cicatrix; huic plante surculos, que adhuc fructum non attulerit, inseris. Et ex hiis absque ossibus fructus nascentur. \Eodem modo nascuntur sine ossibus, si fragra cerasi in truncum salicis inseratur. Et idem de aliis fructibus ossa habentibus. Simili modo, si cisso ut supra ramo cerasi et ablata medula, loco medule ponatur muscus vel gariofolus et similia. Fructus inde contrahent talem saporem et odorem. Et etiam \si/ ibi ponatur azurium vel alius color, illius colorem acquirat. Et idem in aliis arborum generibus.// Cerasa dulcia cito de stomaco descendunt, et eorum iuvamentum stomaco est parvum; et pontica faciunt eorum contrarium. Acetosa vero desiccant plusquam pontica et cum \hoc/, incidunt et conferunt stomaco flegmatico pleno superfluitatibus.

2 Canna...est] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 32, 3, p. 178. 3 Si...cadat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 32, 4, p. 178. 4 mittatur...tollit] Ox, c. *De cana*, f. 72va. | Ex...infixa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 32, 4, p. 178. 12 Crassus...Pontum] Ox, c. *De ceraso*, f. 59va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 14 (p. 318, l. 1-2 et 4). 14 Cerasus...nota] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 5, 1, p. 102. 17 dulces...minorem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 5, 1, p. 102. 19 nascantur...muscus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 8, 2, p. 80 ; 5/2, 5, 5, p. 104 et 8, 7, 6, p. 23. 27 odorem...acquiret] PETR. CRESC., *Rur. com.* 8, 7, 6, p. 23. 29 Cerasa...lapidi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 5, 6, p. 104.

2 Canna] Chardon

Le ius est bon contre la peste. La pouldre, l'eau les prenant par la bouche, guerit de toutes fiebvres, qui commencent par froideur en beuvant sa decoction ou de l'eau ou 1 dragme de la pouldre. Sa decoction prinse en breuvage avec vin appaise des douleurs des reins, toutes douleurs et trenchees, faict suer, tue les vers, bonne a l'amarri. L'herbe verte et seiche, beue et appliquee, guerit les ulcers malings, dangereux et de difficile curation et faict venir la peau *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Chardon...peau] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 91 (p. 285, col. 1). | nota] *ante nota, scr. et post exp. nota cod.* 6 allopicie] alopeciae *Rur. com.* 8 cedere] *id est sedare* 12 Crassus] *Crassus scr. et post. exp. -r- cod.*; Cerasus Ox 17 magnam] *mangnam cod.* 18 acetosi] *ante acetosi, scr. et post exp. d cod.* 20 scindes] *findes Rur. com.* 21 utriusque²] *utrasque Rur. com.* 28 azurium] *azurum Rur. com.*

Dioscorides dicit quod humida molliunt ventrem et sicca retinent eum, et gummi eius cum vino et aqua mixtum curat tussim antiquam et meliorat colorem faciei et acuit visum et provocat appetitum, et cum vino solo confert lapidi. Nota eciam quod lac, de nucleosis ossium horum fructuum extractum et datum in potu, confert efficaciter ad provocandum urinam, et hoc sum expertus.

[Cap. 32. De castaneo.]

Castaneus est arbor cuius fructus castanea dicitur a castrando, quia dum fructus eicitur de cortice vel bursa spinosa, videtur quasi testiculus \plantatur ex nucleis, sed melius ex plantis/. Et huius arboris quedam sunt silves- [f. 40r] tres et quedam domesticæ, et domesticarum alie mediocres fructus habent, qui castanee dicuntur, alie faciunt fructus valde grossos, quos Mediolenses marones vocant. Lignum castanei optimum est in domibus et mirabilis durabilitatis sub terra et ad pluvias extra tecta, et propterea fiunt optimi pali pro vineis et perculariis, et ex eo fiunt optime vegetes et tine ac vasa, in quibus castanee sicce servantur. Castanee calide sunt in primo gradu et sicce in secundo, significacio caloris earum est dulcedo earumque saporositas et ponticitas innuunt siccitatem. Et ad digerendum, satis sunt faciles et nutribiles. Non multum stiptice vel diuretiche sunt. Si assentur, eorum corpus rarificatur, et si in aqua lixentur, quia earum complexio temperatur ex aque mollicie et humiditate. Sunt boni chimi in corpore generativi, et siccitatem pectoris et corporis temperamentum et urine difficultatem dissolvunt. Colerici eas cum zucara comedant, fleumatici vero cum melle. Item hee secundum medicinam virtutem habent laudabilem, quia abhominacionis et vomitus constipative sunt, ieiunique intestini confortative. Cathaplasma quoque ex eis cum ordeï farina et aceto sive vino factum et super mamillarum tumorem positum eis potenter auxiliatur. Castanearum vero corticibus ustis et pulverizatis et cum sappa temperatis, capitique adoloscens in modum cathaplasmati positus, eorum capillos confortat et augmentat, contra allopiciam valet. Avicenna \tamen/ dicit: in castanea est abstercio et inflacio in ventre inferiore et stipticitas et confortat membra et est tarde digestionis, sed est tardi nutrimenti. Si ergo cum zucara misceatur, eius nutrimentum est bonum. Galienus dicit quod est nutribilior omnibus granis, adheo quod est proxima granis panis.

[Cap. 33. De cornio.]

Cornius est arbor parva, que, licet nascatur in nemoribus et sit communiter silvestris, tamen quandoque per cultum domesticata nutritur. Habet fructum fere ut olivia, sed est rubeum. Huiusmodi fructus cornia dicuntur \et/ sunt valde pontica et stiptica, et quanto minus sunt nigra, tanto magis pontica. Ad usum cibi non conveniunt, sed propter medicinam valent ad fluxum ventris et vomitum constringendum, qui fit ex acumine colere, propter ipsorum frigiditatem et ponticitatem. Item ex eis fit optimum acetum, si pistentur et cum fortissimo aceto misceantur. Et in panes formata et siccata

7 castanea...eicitur] Ox, c. *De castanea*, f. 59va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 15 (p. 318, l. 1 et 3). 8 videtur...testiculus] Ox, c. *De castanea*, f. 59va. 9 arboris...panis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 6, 1 et 7-9, p. 104-105 et 107. 32 Cornius...convalescit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 9, 1-3, p. 115.

1 Dioscorides] Dioscorides *cod.* 7 Castaneus] Castanea *Rur. com. et Ox* 8 \plantatur...plantis/] *add. sub l. cod.* 11 Mediolenses] Mediolanenses *Rur. com.* 13 perculariis] pergulariis *Rur. com.* | fiunt?] fiiunt *cod.* 16 Et] *ante Et, scr. et post exp. et cod.* 19 pectoris] *ante pectoris, scr. et post exp. corporis cod.* 26 augmentat] *ante augmentat, scr. et post del. et exp. confortat cod.* 27 abstercio] abstersio *Rur. com.* 32 est] *ante est, scr. et post exp. est arbor cod.* 33 cultum] culturam *Rur. com.* 34 cornia] *ante cornia, scr. et post exp. qui cod.* 37 ipsorum] ipsarum *cod.*

serventur, et vino, cum opus fuerit, misceantur. Ex ligno huius arboris, quia durissimum est et tenax, fiunt optimi dentes molendinorum et manubria malleorum, et generaliter omnia que ligni duriciem et tenacitatem requirunt. Hec arbor fere omnem aerem sustinet, et in omni terra, maxime pingui et humida, convalescit.

5 [Cap. 34. De coquimella.]

Coquimella est arbor, de qua dicam ut infra capitulo “mella”. [f. 40v]

[Cap. 35. De coctano sive citonio.]

Coctanus sive citonius est arbor nota et ipsius duplex est species: quedam est que facit pira coctana sive citonia et hec arbor maior est et minora habet folia, quedam est
 10 minor et laciores habet frondes, cuius fructus proprie vocantur coctana vel citonia. Coctana in genera duo dividuntur, videlicet in crudum ligneum et in perfecte maturatum: crudum itaque ligneum pessimum est, quia grossum et terrestre et durissimum ad digerendum et nichil nutrit; idcirco ea \coctana// omnino vitari oportet. Maturatum naturaliter frigidum est in fine primi gradus, siccum in medio secundi
 15 gradus; propterea, ponticitas in eis maior est quam in aliis malis sive pomis. Ideo valet ad sanguinis fluxum et egestionem ac vomitum. Confortativum \est/ stomachi, si moratur in eo. Et si comedatur stomaco vacuo, constringit ventrem. Et si post cibum accipiatur, laxat comprimendo et constringendo os stomachi. Sed ex hiis quedam sunt pontica, quedam acetosa et quedam dulcia. Pontica et stiptica frigidiora sunt et ad
 20 digerendum duriora et ideo \non/ sunt cum carne sua edenda, sed liquor eius tantum. Nam stomacum confortant, urinam provocant et egestionem vomitumque constringunt. Et si cum carne \coctana/ edantur, ingeniari oportet ut carnis duricies auferatur, vel elixando vel supra aquam calidam aponendo, aut, quod melius est, scindantur et abiectis granis mel in concavitate ponantur et excorticentur et in lino vel stupa, vel, quod melius
 25 est, in pasta involuta in cineres calidos inmitantur. Sic enim erunt stiptica valde confortativa. Acetosa subtilia et penetrabiliora sunt, ideo \sitim/ extinguunt, et acumen colere rubere et vomitui colerico et egestionem conferunt. Urinam provocant et vin appetitus augent. Odor eorum vomitum prohibet et succus post vinum bibitus deponit fumum sallientem ad capud. Unde dicit Avicenna quod coctana conferunt dissenterie et
 30 quando sumuntur post cibum, solvunt adheo quod, quando non plurimum ex eis sumitur, extrahunt cibum ante digestionem. Dulcia vero sunt magis temperata quiddam caloris habencia, unde vis eorum manifesta non inest ad citim extinguendum vel calorem. \Citonius plantatur suis plantis cum radicibus iuxta arborem in ventis; non autem de nucleis sine granis. Si vis ut poma citonii maxime crescant, olla competenti
 35 missa in terram, flectatur ramus citonii cum ipso citonio misso in ollam, ramo alligato ad ollam, et sic tamdiu maneat quamdiu citonia crescent et fient maxima, secundum Euclidem. Nota quod in insercione potest recipere surculos fere omnis generis scilicet piri, punici, sorbi et mali.//

6 Coquimella] Ox, c. *De prino*, f. 83va. 8 Coctanus...et] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 7, 1, p. 108. quedam...calorem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 7, 1 et 6-8, p. 108 et 110-111. 33 plantatur...maxima] Cf. c. ‘De plantacione coctinee et ciconie’ Erlangen f. 156r. EIS 1, 18 (p. 126).

6 dicam] *dic cod.* 8 ipsius] *ante ipsius, scr. et post exp. ex cod.* 12 grossum] *crossum Rur. com.* 21 Nam stomacum] *Naturam stomachi Rur. com.* 26 \sitim/] *situm cod.* | *extinguunt] ante extinguunt, scr. et post exp. si non cod.* 27 rubere] *rubeae Rur. com.* 29 coctana] *citonia Rur. com.* 30 quando²... plurimum] *quando plurimum Rur. com.* 31 temperata] *ante temperata, scr. et post exp. magis cod.* 32 citim] *id est sitim* 36 ollam] *ante ollam, scr. et post exp. terram cod.*

[Cap. 36. De cinamomo.]

Cinamomum, ut dicit Ysidorus, \Indie/ arbor est; \reperitur eciam/ in Ethiopia et Arabia alta duorum cubitorum, cortice cinerea, tenuissimarum virgarum et rotundarum. Similis arundini seu canne et, cum viret, umbra fit sterilis. Platearius dicit: cerebrum confortat et stomachum et balsamenta eius appetitum provocant. Os fetidum aromaticum facit, quod non faciunt species alie. Pulvis eius aspersus corrupciones gingivarum curat, si prius laventur aqua salsa et fricentur ad sanguinem, deinde vino commixto pulveri, [f. 41r] os abluatur. Item ex caliditate dissolvit et eciam consumit. Huius arboris cortex, ad cisuras novas labiorum vel ulcerum, ponatur pulvis in cissura. Contra sincopim et cardiacam passionem valet. Quatuor sunt genera, sed medium est melius et gracile diureticum est. Potatum cum aqua, secundinas excludit et provocat. Caliginem oculorum extergit, cum melle tritum tussim sedat, ydropicis medetur, digerit et dissolvit.

[Cap. 37. De calamo aromatico.]

Calamus aromaticus est radix cuiusdam arboris nascentis in India calamo similis, \quia/ ut dicit Platearius. Cum tollitur, extrahitur lignum interius, unde fit concavum. Multas virtutes dicunt \de hoc/ Isac et Seneca. Ydropicis et freneticis et menstruacis valet. Miscetur eciam malagranatis et omnibus bonis odoribus. Contra dolorem intestinorum et ventositatem, certum est remedium. Pulvis eius cum pulvere cinamomi valet contra cardiacam passionem.

[Cap. 38. De capari.]

Caparis, ut dicit Platearius, frutex est in partibus orientis, eciam in Apulia et Romania nascitur. Et ex re sic dicta est eo quod habeat capita rotunda. Quidam tamen dicunt quod sit herba et non frutex. Cortex, radix et folia et flores competunt medicine. Flores cum aceto et sale excitant apetitum et purgant orificium stomachi. Caparis \calidus est et siccus/. Virtutem dissolvendi habet. Urinam provocat et menstrua.

[Cap. 39. De cubebis.]

Cubebe, ut dicit Platearius, calide sunt et sicce, temperate tamen sunt. Fructus sunt cuiusdam arboris in oriente. Contra frigidum reuma valent, apposite naribus. Cum masticantur, diu in ore teneantur et eius aroma petat cerebrum. Os eciam ex hiis redolens fit. Contra frigidacionem stomachi et discoloracionem eius valent.

2 Cinamomum... Ysidorus] Ox, c. *De cinamomo*, f. 63vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 9 (p. 334, l. 1). | \Indie/] Circa instans, c. de cinamomo, p. 33. | arbor...Ethiopia] Ox, c. *De cinamomo*, f. 63vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 9 (p. 334, l. 1-2). 3 alta...dissolvit] Ox, c. *De cinamomo*, f. 63vb et c. *De cinamomo*, f. 71va-71vb. | duorum...consumit] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 9 (p. 334, l. 2-6, 8-11 et 14-18). 9 Contra...passionem] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 9 (p. 334-335, l. 18-19). 14 Calamus...Platearius] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 13 (p. 335-336, l. 1-2 et 5). | Calamus...passionem] Ox, c. *De calamo aromatico*, f. 64rb et c. *De calamo*, f. 71vb-72ra. 17 Contra...passionem] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 13 (p. 336, l. 7-10). 21 Caparis...nascitur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 15 (p. 336, l. 1-2). | Caparis...menstrua] Ox, c. *De capar[i]*, f. 64rb et c. *De capari*, f. 72rb. 23 Cortex...siccus//] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 15 (p. 336, l. 1, 3-7). 27 Cubebe...valent] Ox, c. *De cubebis*, f. 64rb-64va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 16 (p. 336, l. 1-7).

4 arundini] arido Ox | umbra] umbre Ox 5 balsamenta] salsamenta Ox 10 medium] indicum Ox 11 diureticum] dureticum cod. | excludit...provocat] excludit menstrua provocat Ox 12 tussim] tussiim cod. | digerit] dirigit Ox 15 Cum] ante Cum, scr. et post del. et exp. quia cod. 16 Isac] id est Isaac menstruacis] menstruacis cod. 27 calide] ante calide, scr. et post exp. sunt cod.

[Cap. 40. De cassia fistula.]

Cassia fistula, ut dicit Plinius, arbor est orientis; \calida est et sicca, et est// nature temperatissime. Eius sunt plures species, sed optima est arabica colore rubeo ut coralhi. Fructus eius longus est valde ad modum fistularum, seminibus interclusis XXX vel XL
 5 et plus. Virtutem habet liniendi et mundificandi coleram et sanguinem depurgandi, unde valet in acutis febribus. Medula huius fructus resoluta in aqua multum calida, addita zucara, mollit ventrem et aptum purgacioni reddit. Gargarizata, apostema gule solvit et faucium. Cum subito stringuntur, menstrua provocat. Cum aqua poletrium mundat, extenuat simul et dirigit que in corpore superflua invenit. Visceribus utile est et omnibus
 10 intra curandis.

[Cap. 41. De cassia lignea.]

Cassia lignea arbor est Arabie; calida est et sicca, in aquosis crescens locis, raro in siccis. Fructus eius sunt ut iuniperi. \Virga huius arboris medicinalis est.// Due tamen sunt species: una similis cinamono subruffa rotunda, hec sola cum frangitur non
 15 plicatur; alia de faci- [f. 41v] li non frangitur, sed complicatur. Valet contra fetorem naris et contra corrupcionem gingivarum et oris et ad multa alia, ut dicit Platearius et Seneca. Folia decocta cum vino valent contra paralism. Si quis enim ex paralisi loquelam perdiderit, folia viridia vel pulverem foliorum sub lingua teneat et recuperabit loquelam, si in principio fecerit hoc. Contra frigidum reuma valet et opilacionem splenis

2 Cassia...et¹] Ox, c. *De cassia fistula*, f. 64ra-64rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 12 (p. 335, l. 1-2 et 7). | nature...temperatissime] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 12 (p. 335, l. 8). nature...est] Ox, c. *De cassia fistula*, f. 64ra et c. *De cassia fistula*, f. 71va. 4 Fructus...longus] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 12 (p. 335, l. 2). | seminibus...curandis] Ox, c. *De cassia fistula*, f. 64ra-64rb et c. *De cassia fistula*, f. 71va. 6 valet...solvit] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 12 (p. 335, l. 8-10). 12 Cassia...medicinalis] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 10 (p. 335, l. 1, 4 et 8) et 11, 11 (p. 335, l. 1-2 et 4). | Cassia...confortat] Ox, c. *De cassia*, f. 63vb-64ra, c. [*De cassia lignea*], f. 64ra et c. *De cassia lignea*, f. 72ra. 17 Folia...confortat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 10 (p. 335, l. 9-11) et 11, 11 (p. 335, l. 4-8).

2 Plinius] Platearius Ox 7 zucara] zacara cod. 10 curandis] La canelle eschauffe provoque l'urine et si desseche, avec quelque astriction, parquoy elle restreint doucement. Oingte avec miel oste les lentilles. Provoque les fleurs des femmes, prinse en breuvage est bonne contre toutes inflammations des parties interieures et douleurs de reins. Est propre a reserrer la matrice se fomentant de sa decoction ou bien s'en estuvant add. in marg. alia recentior manus cod.

La canelle...estuvant] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 12 (p. 13, col. 1-2).

Pour en faire eau de Cassia, Canelle, selon Matheolus

Prens 1 livre canelle de la meilleur et l'ayant un peu concassee, la mettras dans une bonne moule pour la fere distiller au bain-marie. Sur laquelle getteras 4 livres d'eau rose, ½ livre de bon vin blanc. Le tout fairas trumper ensemble par 24 heures, faisant chauffer le tout tiedement, par-ainsi mettras ladicte amolle avec lesdictes mixtions dans le bain-marie. Lequel fairas chauffer moiennement pour ledict temps. Lequel passé fairas bullir ton bain pour le tout distiller et bien fermer par vere afin que rien ne s'esvente. Ceste eau est fort souveraine contre toutes maladies provenantes de froydeur, car elle consume, incide et resoult les flegmes, la grosseur et viscosité, particulièrement l'estomac, le foye, la ratte, les nerfz et le cerveau. C'est un remede soudain et souverain aux defaillances et battemens de cœur et si sert de contrepoison, estant bonne contre les morsures et pointures des bestes venimeuses. Elle provoque l'urine et les fleurs. Est bonne aux celiques et aux fluxions de l'estomac et oste la facherie et appetit de vomir. Elle sert uniquement aux maladies de l'amarry, propre a la courte aleine, aux spasmatiques et ont retiremens de nerfz, a ceux qui ont le hault mal. Est de bon goust, rend bonne aleine a ceux qui en usent. En somme, ou est question d'eschauffer, desopiler, incider, resouldre et conforter, ceste eau est grandement propre a tout cela add. in marg. alia recentior manus cod.

Pour en...cela] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 13 (p. 17, col. 1). 14 subruffa] subrussa cod. | frangitur] fragitur cod.

et epatis, ut dicit Plinius. Pulvis eius, confectus cum laudano et absinthio, cerebrum confortat.

[Cap. 42. De cedro.]

Cedrus est arbor altitudine maxima, ut dicit Ysidorus, in foliis cipresso similis,
 5 odorifera multum, inimica est serpentibus. A tineam non leditur. Rassinam quamdam
 tribuit, quibus liniti libri numquam leduntur a tineam, et illam vocant quidam glassam.
 Cedrorum tria sunt genera: quedam floret et fructum non fert et hec est circa montem
 Libani. Quedam fructificat et non floret et hec maritima, sed parva. Fructus eius ad
 10 quantitatem capitis humani et habet in se pomum triplicem substantiam. Exterior pars
 calida est, secunda temperata terciusque pars et interior quasi cor pomi frigida, hoc dicit
 Iacobus. Antecedentem fructum novus occupat in arbore. Quedam alia dicitur a cedro
 cedrina, parva est et spinosa ac fructui iuniperi similis. \Succus medule cedri destruit
 lentigines, pannos eciam pollutos encausto mundificat.//

[Cap. 43. De citro.]

15 Citrus arbor est cuius \fructus/ poma citrina dicuntur, que in arbore fere toto anno
 servantur. Poma citrina secundum Isaac ex quatuor \rebus/ sunt composita. Prima est
 cortex, secunda caro, tertia medulla, quarta semen. Cortex calidus est in primo gradu,
 siccus in secundo. Eius substantia dura est et solida, idcirco non est pro cibo accipienda,
 sed si exigua pars eius pro medicina sumatur, stomachum confortabit et digestivam vim
 20 adiuvabit bonumque odorem prestabit. Itaque \eius succus/ erit contra venenum
 mortiferum potenter cum vino datus, qui, succus inter pannos positus, eos a tineis
 servabit incolumes. Item pregnantibus esui datus, escarum irrationabilem appetitum
 curat. Caro autem frigida est et humida in primo gradu, unde est stomachi refrigerativa
 et ad digerendum difficilis propter eius duriciem, qua propter necesse \est/ stomacho
 25 exinanito ante omnem cibum excipi cum melle et zucara; et si in medio aut fine prandii
 edatur, fit causa et materia dure ac grosse febris. Medulla vero subtilis est et aquosa
 omnique caret nutrimento; sed hec est duplex, quia quedam est insipida, quedam
 acetosa. Insipida frigida est et humida in secundo gradu, unde calorem refrigerat et sitim
 mitigat. Acetosa frigida est et sicca in secundo gradu, virtutem habet incidentem,
 30 extenuantem et refrigerantem. Idcirco fit caloris epatis mitigativa, et stomachi
 confortativa. Virtutem appetitivam exitat et acumini colere rubee mitigacionem prebet.
 Sicientibus perfecte subvenit. Suspicionem ac tristitiam de colerica cardiaca generativa
 removet. [f. 42r] Egestionem vomitumque colericum sedat. Inpetigines ac lentigines
 cum ea fricatas destruit, quod testatur, quia panni encausto madefacti, cum ea
 35 purificati, ad pristinum redeunt colorem. Semen calidum est et siccum in secundo
 gradu, quod sua amaritudo ostendit. Ideoque secundum cibum est inconveniens, sed
 secundum medicinam est salubre. Apostematum quoque est dissolutivum et contra
 venenum propinatum cum vino. Frondes quoque ipsius arboris sunt corticibus pomorum
 propinque in iuvaminis accione, quia sunt odoriffere et quiddam acuminis habent.

4 Cedrus...tinea] Ox, c. De cedro, f. 59rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 12 (p. 318, l. 1-6).
 7 Cedrorum...occupat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 12 (p. 318, l. 7-14). | Cedrorum...
 similis] Ox, c. De cedro, f. 59rb-59va et c. De cedro, f. 80ra. 15 Citrus...habent] PETR. CRESC., *Rur.*
com. 5/1, 8, 1 et 5-9, p. 111 et 113-114.

1 Plinius] Platearius Ox 5 Rassinam] Resinam Ox 7 tria] duo Ox 11 alia] ante alia, scr. et post exp.
 dicitur cod. 13 encausto] encausto cod. 21 succus] siccus *Rur. com.* 31 exitat] excitat *Rur. com.*
 34 encausto] encausto cod. 38 propinatum] propitiatum *Rur. com.*

[Cap. 44. De draganto.]

Dragantum arbor est in oriente et eius gumi, ut dicit Platearius, calidum est et humidum. Melius est album et purum. Multum valet contra tussim et siccitatem pectoris. Electuarium de eo factum, quod dicitur diadragantum, si accipiantur cum aceto
 5 due partes.

[Cap. 45. De esculo.]

Esculus arbor est sic dicta, quia fructus esubilis est, tamen non nisi mollis. \Alias dicitur hec arbor mespilus, ut infra capitulo “mespilus”, et ibi plenius dicam de eius natura et virtute. Et dicitur esculus, secundum Girvasium, ab esu vel esca, quia ex ea
 10 arbore prius escam sumpserunt homines, ut ipse reffert.//

[Cap. 46. De ebano.]

Ebanus, ut dicit Ysidorus, arbor est in India, lignum habens durissimum, non cedens igni ut ardeat; tamen absumitur. \Idem dicitur de arbore larex, ut infra capitulo “larex”.// Quedam tamen \arbor ebani// habet albas maculas. Platearius dicit: lignum
 15 increpuit diis alligatum. Infantem defendit ne terreatur nigra visione.

[Cap. 47. De edera.]

Edera arbor est ab edendo dicta. Frigida est et sicca. Folia habet semper virencia sed amara. Edere tria sunt genera: alba, nigra, elixa. Alba semen fert album. Nigra nigrum vel croceum, quam quidam conmissa vocant. Elixia non habet semen, sed folia
 20 minuta et angulosa et grossa. Omnis vero edera virtutem habet stipticam, prodest dissenterie. Folia eius serotinis comestionibus medentur. Item folia, cum aceto cocta, splenem tumentem attenuant. Succus eius naribus infusus, capud purgat et dolorem epatis mitigat. Coctum cum oleo, dolorem aurium sedat. Nigre edere, sicut homines sine sensu, prestant vulneribus. Utilia sunt folia eius: cum vino cocta, combustionibus
 25 medentur. Maculas imposita comedant. Sumitates eius bibite et supposite, menstruis imparant. Multum bibita non sinit generare. Cacumina eius fricta melle addita et supposita, aborsum faciunt. Succus eius naribus inmissus, putredinem tollit. Lacrima eius pediculos occidit. Mundat capillos, quibus evulsis renasci facit eosdem. Succus eius, cum aceto bibitus, omnibus morsibus venenatis occurrit, si bis in die fuerit
 30 acceptus. Ad cathaplasma valet. Recencia vulnera reddit sanata. Et vulneribus antiquis utiliter medetur. Est et aliud genus edere quod quidam alumo vocant, sed longiora habet folia et integra, et quamdam pinguedinem super [f. 42v] folia. Et quod adheret, tollunt, et est simile rassine. Hoc laudanum ad multa valet medicamenta, vino mixtum, et stringit ventrem. Folia edere viridia, in vino cocta, magnas plagas conglutinant et mala

2 Dragantum...factum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 17 (p. 336, l. 1-5, 7 et 9-10). Dragantum...partes] Ox, c. *De draganto*, f. 64va. 7 Esculus...mollis] Ox, c. *De esculo*, f. 59vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 17 (p. 319, l. 1 et 3). 9 dicitur...homines] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 132-133). 12 Ebanus...absumitur] Ox, c. *De ebano*, f. 59va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 16 (p. 319, l. 1-3). 14 Quedam] Ox, c. *De ebano*, f. 59va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 16 (p. 319, l. 5). | albas...visione] Ox, c. *De ebano*, f. 59va-59vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 16 (p. 319, l. 6-8). 17 Edera...lapidem] Ox, c. *De hedera*, f. 80rb-80vb.

2 calidum]] frigidum Ox 3 humidum] ante humidum, scr. et post exp. siccum cod. 7 esubilis] esibilis Ox 15 increpuit diis] in crepudiis Ox 17 edendo] herendo Ox 21 serotinis] seretinis cod. | medentur] medetur cod. 22 attenuant] attenuat cod. 23 sicut] sucus Ox 24 vulneribus...folia] vulneribus utilia sunt. Folia Ox 25 medentur] medetur Ox | imposita] iimposita cod. 30 cathaplasma] cathaplasima scr. et post exp. -i- cod. | sanata] sanitati Ox 32 folia¹] ante folia, scr. et post del. et exp. habet cod. 33 rassine] resine Ox

cratizant ulcera. In domo sparsa, aerem infrigidant. Gummi eius diurepticum est et dissolutivum. Valet contra lapidem \et/ valet ad multa. Radix calida est et sicca. Valet contra dolorem stomachi, provocat vomitum, quia dissolvit. Foliis eius, hyrci \vetustissimi/ pascuntur ad frangendum lapidem. \Nam sanguis talium hircorum ex
5 edera nutricorum ad hoc est efficacissimum, tetigi supra de natura pecudum capitulo “capra”.

[Cap. 48. De fago.]

Fagus arbor est \dicta Grece fagin, quod est idem quod comedere Latine/; et ut dicit Ysidorus, glans sive fructus huius arboris est multum dulcis et nutribilis, sed nocius
10 pectori. Linpidissimus est inde fit oleum ad lampades. Eius medula muribus est multum amica, et glires inpinguat. Turdis et columbis convenit et eos nutrit. \Hiis glandibus antiquitus utebantur homines pro esca ante usum frumenti, quamvis aliqui dicant de glandibus quercus ut infra capitulo “quercus”./ Lignum viride huius arboris, in aquam dimissum per longa tempora, durescit in lapidem. Item prodest et est multum
15 necessarium vitree arti, si nondum a vermibus corrosus est, quia ex eius cinere vitrum, cum aliorum quorundam appositione, per ignis conflagrationem preparatur.

[Cap. 49. De fraxino.]

Fraxinus est \arbor/ magna, cuius lignum est optimum pro circulis vegetum et tinarum. Plinius autem dicit quod folia fraxini utilia sunt contra venenum. \Unde/ si
20 serpens inter ignem et fraxini folia ponatur, ignem potius quam folia fugiendo invadet. \Unde eius umbram serpentes fugiunt maxime demane et vespere./ Eius cortex et folia ventrem stringunt et vomitum ex defectu virtutis contentive factum, si cum aqua pluviali et aceto coquantur et super stomachum apponantur. Et est arbor calida et sicca in secundo gradu, ut dicit Platearius. Cinis eius, si aceto misceatur, penetrabilis est. Unde
25 vulnera cauteriorum fieri solent ex hoc. Frondibus eius genus cathaplasmati cum aceto, scabies et pustule curantur et solidantur plage. Cortex etiam eius vel folia cum sunt in teneritate, si contrita optime cum vino calido admixto super fracturas ossium ponatur, cito consolidantur. Lacrima seu aqua fraxini, quam eius lignum, viride reddit; ad ignem positum, prodest efficaciter adversus surditatem aurium, si huiusmodi aqua in auribus
30 sepiissime ponatur tepida.

[Cap. 50. De fraxinalogo.]

Fraxinalogus est arbor fraxino in frondibus et ligno similis. Hec arbor fructum quemdam sive granula parva producit, que nigra sunt quando matura existunt, et sunt valde dulcia, sed supra ossa, quasi nichil ex pulpa habent. \Fructus huius laxat pectus./

8 Fagus...est¹] Ox, c. De fago, f. 59vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 19 (p. 319, l. 1). fagin] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 19 (p. 319, l. 4). | comedere] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 19 (p. 319, l. 5). | dicit...nutribilis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 1, p. 179. 9 sed...lampades] Ox, c. De fago, f. 59vb-60ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 19 (p. 319, l. 2). 10 Eius...nutrit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 1, p. 179. 13 Lignum...lapidem] Ox, c. De fago, f. 60ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 19 (p. 319, l. 5-6). 14 Item...preparatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 1, p. 179. 18 Fraxinus...Platearius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 2-3, p. 179-180. 24 Cinis...consolidantur] Ox, c. De fraxino, f. 60ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 20 (p. 319-320, l. 3-7). 32 Fraxinalogus...habent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 2-3, p. 179-180.

1 diurepticum] diurepticum cod. 2 valet] ante valet, scr. et post exp. tacta eius cod. 14 dimissum] dimissum Ox 15 necessarium] ante necessarium, scr. et post exp. est cod. 16 quorundam] ante quorundam, scr. et post exp. quocu cod. | conflagrationem] conflagrationem cod. 23 et¹] ante et, scr. et post exp. factum cod. 27 ponatur] ponantur Ox 29 surditatem] ad absurditatem scr. et post exp. ad ab-cod. 32 Fraxinalogus] Fraxinalogus scr. et post exp. -r- cod.; Fraxinagolus *Rur. com.*

[Cap. 51. De fusano.]

Fusanus est arbor parva, que in sepibus oritur, ex cuius ligno fiunt optime fuse et viellarum architti.

[Cap. 52. De fico.]

- 5 Ficus arbor est lata habens folia quorum unbra omnibus nocet, que sub ipsa crescunt. Tauri fortissimi si ad arborem ficum stari ligantur, statim mansuescunt: dixi supra de natura pecudum capitulo “taurus”. Lignum ficus Egipti in orien- [f. 43r] te, missum in aquam, illico mergitur; cum autem per horam iacuerit, supernatat. Hec arbor fructum dulcem gignit. Ficus, ut dicit Ysidorus, a senibus in cibo sumpte, rugas eorum
10 anichilant. Succus eius lacteus morsibus venenatorum medetur. Contra inpetiginem et maculam in oculis valet, ut dicit Experimentator. \\Lepras et podagras curat, prodest eciam adversus puncturas scorpionis. Folia eciam eius viridia valent contra morsuram canis rabidi, si super ponantur.// Ficcus ceteris fructibus laudabilior est ac nutritibilior, sed grossos creat humores, unde generat grossum sanguinem. Sunt eciam indigestibiles
15 \\maxime sicce/, ut ait Galienus. Ideo cum zinzibere comedi debent, \\unde/ ficus recens ventrem mollit. Sicca vero contrarium effectum operatur. Cocte cum ysopo, epilepticis prosunt. Ficcus calida est et sicca in primo gradu, sed alii dicunt esse calidam in primo et temperatam inter humiditatem et siccitatem, et forte prima opinio est vera in ficu sicca et alia in ficu recenti. Ficus sicce facile in colericos mutantur humores. Causis
20 matricum valet fomentum earum. In vino cocte et absinthio mixte, farine ordeacee inposite, ydropicos curant. Secundum aliquos, ficus pediculos generant, secundum alios, eos amovent. Corpus mundificant a malis humoribus. Et pectus, pulmonem et renes. Urinam eciam provocant. Tussim diuturnam enervant. Maxime cum ysopo cocte faciunt hec omnia. Apostema eciam pulmonis et lingue, cum vino cathaplasmata, per omnia
25 solvit et curat.

[Cap. 53. De genesta.]

- Genesta arbor est adheo parva, quod plurimum ad herbe naturam accedit; et in montaneis locis et lapidosis communiter crescit, producit flores ruffos, quibus apes non utuntur. Genestis gentes in non nullis partibus utuntur ad usum stupe, loco canapis vel
30 lini, et de hac telas texere faciunt. \\Adverte tamen quod est alia arbor similis, sed minor, producens album florem; et est frigida et sicca, virtutemque habet

2 Fusanus...architti] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 34, 5, p. 180. 5 Ficus...mansuescunt] Ox, c. *De ficu*, f. 59vb et c. *De ficu*, f. 80vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 18 (p. 319, l. 1, 3-4 et 10-11). 7 Lignum...Experimentator] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 18 (p. 319, l. 4, 7-9 et 11-14). 11 \\Lepras...curat] Ox, c. *De ficu*, f. 59vb et c. *De ficu*, f. 80vb. 12 puncturas...humores] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 10, 12 et 15, p. 119-120. 14 generat...zinzibere] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 18 (p. 319, l. 15-17). | generat...mollit] Ox, c. *De ficu*, f. 59vb et c. *De ficu*, f. 80vb. 16 Sicca vero] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 10, 13, p. 119. | Cocte...primo¹] Ox, c. *De ficu*, f. 80vb. 17 esse...siccitatem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 10, 12, p. 119. 19 Ficus...pediculos] Ox, c. *De ficu*, f. 80vb-81ra. 22 amovent...curat] Ox, c. *De ficu*, f. 81ra. 27 Genesta...et] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 33, 1, p. 179. 28 flores...Genestis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 33, 1, p. 179. 29 stupe...lini] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 33, 1, p. 179. 30 similis...dissinteriam] Circa *instans*, c. *De genestula*, p. 61.

7 ficus] fici Ox 11 podagras] podragas *cod.* 16 operatur] ante operatur, *scr. et post del. et exp. et cod.* 19 mutantur] ante mutantur, *scr. et post exp. facile cod.*; mutatur *Rur. com.* 29 Genestis] ante Genestis, *scr. et post del. et exp. ex cod.* | utuntur²] utun- *scr. et post add. sup. l. -tur cod.* | canapis] canabis *Rur. com.*

\constringendi/. Unde valet contra fluxum, fomentum ex aqua decoctionis eius et etiam contra dissinteriam. Et hec arbor dicitur genestula.//

[Cap. 54. De galanga.]

Galanga, ut dicit Platearius, calida est et sicca. Est autem frutex in Perside, cuius
5 radix valet. Vim habet confortandi et consumendi, sophisticatur sicut gariofoli facto pulvere de pipere. Valet frigido stomaco. Contra ventositates, vini decoccio valet cum pulvere eius. Naribus aposita, cerebrum confortat. Os reddit odorifferum. Hyeme valet usus eius, non in estate.

[Cap. 55. De gariophilo vel gariopholo.]

10 Gariophilon vel gariopholus frutex est instar parvi iuniperi, cuius fructus gariopholi dicuntur, qui multum conferunt odore et gustu defectum anime patientibus. Calidi sunt et sicci, confortant digestionem. Contra cardiacam et singultum, detur cum succo boraginis. Gariopholi per X annos servant suam efficaciam. Debent autem servari in loco qui non sit multum siccus nec multum humidus. Sophisticantur hoc modo:
15 Accipiuntur gariopholi acuti et subtiliter pulverizantur conficiunturque cum aceto forti et modico bono vino; in qua confectione, aridi gariofoli per unam noctem ponantur, tamen vim suam perdunt post XXX dies. Gariopholi virtutem habent dissolvendi, consumendi [f. 43v] et confortandi. Naribus apositi, cerebrum confortant. Contra fluxum sanguinis ex acumine medicine valent.

20 [Cap. 56. De gummi.]

Gummi Arabicum provenit ex quadam arbore; calidum est et siccum. Quoddam est album, aliud citrinum et aliud subcitrinum, sed album melius est. Habet virtutem humectandi et laxandi: ad asperitatem lingue ponatur, donec glutinosa posita in aquam liquefiat et inde fricetur. Contra vomitum detur pulvis cum pulvere cinamomi. Contra
25 tussim frigidam et siccitatem pectoris, detur dequoccio aque cum illa et ordeo. Pulvis eius, cum ovo mixtus, ad combustionem ignis valet. \Pictores et scriptores hoc gummi solent tinctas distemperare, ne tincte effluent.//

[Cap. 57. De galbano.]

Galbanum fructex est in oriente, cuius lacrima vel gummi galbanum dicitur.
30 Calidum est in quarto et humidum in secundo. Simile est thuri vel \gummi/ Arabico in colore. Album et purum melius est; \sophisticatur cum fabba trita/. Vim habet

2 genestula//] Circa instans, c. De genestula, p. 61. 4 Galanga...estate] Ox, c. De galanga, f. 64vb-65ra. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 21 (p. 337, l. 1-2 et 4-10). 10 Gariophilon...sicci] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 20 (p. 337, l. 1-2 et 4-5). | Gariophilon...valent] Ox, c. De gariophilo, f. 64vb et c. De gariofolis, f. 73rb. 13 efficaciam...valent] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 20 (p. 337, l. 7-12 et 14-17). 21 Gummi Arabicum] Ox, c. De gummi, f. 65ra. | Gummi...valet] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 22 (p. 338, l. 1-9). | calidum...valet] Ox, c. De gummi, f. 65ra. 29 Galbanum...est¹] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 18 (p. 337, l. 1-2). Galbanum...bonum] Ox, c. De galbano, f. 64va et c. De galbano, f. 73rb-73va. 30 humidum] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 18 (p. 337, l. 1). | \gummi/ Arabico] Circa instans, c. De galbano, p. 58. 31 Album...est] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 18 (p. 337, l. 5). | Vim...bonum] Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 11, 18 (p. 337, l. 5-7).

1 aqua] -qua scr. et post add. sup. l. a- cod. 2 genestula//] post genestula, Item radix geneste purgat coleram rubeam sicut reubarbari, ut dicit Nicholaus in suis Sinamomis add. in marg. alia recentior manus cod. 10 est] ante est, scr. et post exp. est instar cod. 12 et²] ante et, scr. et post exp. passionem cod. 17 virtutem] vitutem scr. et post add. sup. l. -r- cod.; vim Ox 21 siccum] humidum Ox 25 dequoccio] id est decoccio

atrahendi, dissolvendi, consumendi, apostema relaxandi. Contra litargiam ponatur super
 carbones, et fumum eius paciens naribus suscipiat. Odorem habet bonum. Et eodem
 modo si recipiatur fumus, valet contra suffocationem matricis. Ad fetum mortuum et
 secundinas et menstrua provocanda, apositum naribus valet multum. Contra duriciem
 5 splenis ponatur in aceto per tres dies, postea fiat decoccio. Lintigines tollit. Appositum
 dolores lateris mitigat. Torciones tollit. Fumigacio eius serpentes fugat; ydeo si serpens
 hoc comederit, moritur. Dolorem dencium tollit. Galbanum tante est eciam virtutis, ut
 ferrum et sagittas de corpore expellat. Et fere bestie huius experte per hoc educunt
 sagittas, ut dicit Plinius. Eciam dixi supra de natura pecudum capitulo “cervus” \et idem
 10 dicitur de diptano, de quo infra de natura herbarum capitulo “diptanus”; et de capillo
 Veneris, vide in titulo herbarum suo capitulo//.

[Cap. 58. De ivo.]

Ivus arbor est alias dicta tassus, de cuius natura et virtute dicam infra hoc titulo
 capitulo “tassus”, et ibi vide.

15 [Cap. 59. De ilice.]

Ilex est arbor fere similis avalsio, sed multo maior est. Glandes fert ut quercus,
 quibus homines ante usum frumenti pro victu utebantur. Unde poeta: ‘Mortales primi
 ructabant gutture glandem.’ Dicam eciam infra eodem in capitulo “quercus”.

[Cap. 60. De iunipero.]

20 Iuniperus, ut dicit Ysidorus, arbor est Grece sic dicta a pir quod est ignis, quia
 conceptum ignem diu teneat, ut si prune ex eius cinere fuerint cooperte, usque ad annum
 conservant ignem. Et huius arboris quedam est magna et quedam parva. Eius fructus
 sunt calidi et sicci. In vere colliguntur. Vim habent consumendi et dissolvendi. Contra
 fluxum ventris, fiat decoccio fructuum huiusmodi in aqua pluviali. Contra illiacam
 25 passionem, vinum decoctum cum fruc- [f. 44r] tibus eius valet. Ex lignis iuniperi oleum
 fit hoc modo: in terra ponitur olla vacua et super ipsam ollam alia superponitur olla, que
 in fundo foramen habet. Hec superior olla inpletur lignis iuniperi siccis. Et opturantur
 optime, ne aliquid exeat de fumo, fiatque circumquaque ignis validus. Lignis ardentibus,
 intrinsecus modicum oleum fluet ex olla superiori in inferiorem, quod efficacissimum
 30 est contra quartanam et contra illiacam passionem, unctis ex eo corporibus et in cibum
 sumpto oleo. Contra epilensim eciam valet, inuncta spina dorsi. Contra melancoliam
 naturalem valet in cibo sumptum. Fumigacio facta ex iunipero fugat serpentes. Fructus
 eius si in ore tenetur, utilis est, tussim sedat. Ventris inflacionem tollit. Torcionibus
 subvenit. Bibitus \succus/ contra venenum valet. Diurepticum est. Eius succus extractus
 35 et cum aqua bullitus, lepram et scabiem curat. Dolorem capitis sedat. Desiderio
 pregnancium subvenit. Succus eius cum vino acceptus calculum frangit. Contra
 stranginariam, vinum decoccionis eius multum prodest.

3 recipiatur...expellat] Ox, c. *De galbano*, f. 73va. 6 serpentes fugat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 18 (p. 337, l. 8). 9 dicit Plinius] Ox, c. *De galbano*, f. 73va. 16 Ilex...arbor] Ox, c. *De ylice*, f. 60ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 21 (p. 320, l. 1). 17 homines...glandem] Ox, c. *De ylice*, f. 60ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 21 (p. 320, l. 1-4). 20 Iuniperus...sumptum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 22 (p. 320, l. 1-15). | Iuniperus...prodest] Ox, c. *De iunipero*, f. 60ra-60va et c. *De iunipero*, f. 81ra-81rb.

8 ferrum] ferum *scr. et post add. sup. l. -r- cod.* 18 glandem] glande *cod.* 21 prune] pruite *cod.* 24 aqua] qua *cod.* 29 efficacissimum] id est efficacissimum 31 epilensim] epilensiim *cod.* melancoliam] malancoliam *cod.* 34 Diurepticum] Durepticum *cod.* 35 Dolorem] ante Dolorem, *scr. et post del.* Contra fluxum ventris cum aqua pluviali medetur *cod.*

[Cap. 61. De larice.]

Larex arbor est, de qua fiunt tabule pro domibus que, ut dicit Ysidorus, ignem repellunt nec lignum hoc de se carbonem facit.

[Cap. 62. De larendo.]

5 Larendus, ut dicit Ysidorus, arbor est habens florem ut rosam.

[Cap. 63. De lentisco.]

Lentiscus, ut dicit Ysidorus, arbor est, que alio nomine dicitur cinis; crescit in locis petrosis, ex cuius fructu oleum dessudat. Et cortex incisa rasinam eicit, que mastix dicitur, clara est et alba; \vel secundum Platearium, hoc gummi procedit ex arbore que
10 dicitur mastix et que est similis huic arbori, de quo tangam infra capitulo “mastix”. Sed quidquid sit, hoc gummi habet virtutes sequentes et quas dicam infra capitulo “mastix”. Unde// virtutem habet constringendi, glutinandi et confortandi. Fugat humores \et consumit/. Valet contra dolorem tymporum ex ventositate. Ad capud prodest pulvis eius cum vino odorifero. Dentes confortat et gingivas grossas attenuat. Masticata \et/ dentes
15 dealbat. Cerebrum depurat. Vomitus constringit. Et stomachum, si sit ex debili digestionem debilis, confortat. Ventositatem cum semine feniculi delet. Fluxum ventris reprimat. Mastix adulteratur aliquando cum resina cipressi. Radices, cortices et folia sunt omnia stiptica. Menstrua stringunt. Fit quoque oleum de semine eius ad similes causas. Tussim sedat. Cadentes crines roborat. Calidus est et siccus.

20 [Cap. 64. De lauro.]

Laurus arbor est, que nullo tempore deponit folia et semper viret. \Fructus parvos facit nigros, aliquantulum minores olivis, qui bacce dicuntur.// Hec arbor numquam fulminatur. Lauri elisatura calida est. Vesice et matricis dolorem compescit. Folia eius viridia stiptica sunt. Bac- [f. 44v] ce calide sunt et sicce in secundo. Sed Avicenna dicit
25 quod cortices et folia eius sunt calida et sicca, sed grana sunt calidiora et sicciora nam sunt in secundo gradu, et oleum, quod ex eis fit, calidius est oleo nucis, et confert doloribus nervorum et resolvit laxitudinem. Oleum etiam cum melle faciem clarificat. Tumores removet. Lauri elizatura seu cortex aut grana cum vino bibita occurrunt ictibus scorpionum. Prosunt etiam adversus puncturas apium vel vesparum, et ut tiriaca venenis subvenit. Succus baccarum surditatem delet, et sompnium, cum oleo rosato et
30 vino adhibito, compescit. Corium arboris tritum et bibitum calculos frangit. Fetum abortivum excludit, \similiter succus radicum eius/. Vinum coctum cum foliis lauri valet contra dolorem stomachi et contra vomitum ex frigida causa. Similiter bacce

2 Larex...facit] Ox, c. De larice, f. 60va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 26 (p. 321, l. 1-4).
5 Larendus...rosam] Ox, c. De larendo, f. 60va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 25 (p. 321, l. 1-2). 7 Lentiscus...mastix] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 24 (p. 321, l. 1-4). | Lentiscus... alba] Ox, c. De lentisco, f. 60va et c. De lentisco, f. 81va. 12 virtutem...siccus] Ox, c. De lentisco, f. 81va-81vb. 17 adulteratur...ressina] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 24 (p. 338, l. 5). 21 Laurus...folia] Ox, c. De lauro, f. 60va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 23 (p. 320, l. 1 et 3-4). | semper viret] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 11, 1, p. 121. 22 Hec...fulminatur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 23 (p. 320, l. 3). | Hec...secundo] Ox, c. De lauro, f. 60va et c. De lauro, f. 81rb. 24 Avicenna...laxitudinem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 11, 2, p. 122. 27 Oleum...removet] Ox, c. De lauro, f. 81rb. 28 cum...scorpionum] Ox, c. De lauro, f. 81rb. 29 puncturas...venenis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 11, 2, p. 122. 30 Succus...causa] Ox, c. De lauro, f. 60va et c. De lauro, f. 81rb-81va. 32 Vinum...causa] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 23 (p. 320, l. 6-7 et 10-11).

8 rasinam] resinam Ox 12 virtutem] ante virtutem, scr. et post del. et exp. et cod. 18 Menstrua] Mestrua cod. 23 elisatura] id est elixatura | matricis] matris scr. et post add. sup. l. -ci- cod. 30 rosato] rasato cod.

habent vim dissolvendi et consumendi dolorem ex frigida causa. Folia lauri, quia multum sunt odorifera et confortativa, solent poni in salsamentis geladiis. Frondes eciam lauri libros et vestes, cum quibus ponuntur, preservant a tineis et vermium corrosione. Si bacce in vino mufa infecto ponantur, ipsum sanant; \dicam infra de liquoribus capitulo “vinum” versu “tercio loco videamus”. Bacce eciam trite cum oleo, si inde ungantur genitalia, prosunt ad conceptionem et generacionem.//

[Cap. 65. De mella.]

Mella, ut dicit Ysidorus, arbor est magna habens fructum gustu suavem, maiorem pipere. Est eciam coquimella, de qua fluit quoddam gummi, cuius pomum valet stomacho; et oleomella, de qua fluit quoddam oleum dulce et simile melli.

[Cap. 66. De medica.]

Medica arbor est odorifera, ut Plinius dicit, semper pomifera. Nam aliis cadentibus, maturescunt alia; tertia poma que nascuntur, non comeduntur, sed ad medicinam et odorem servantur. Nusquam vult, nisi in Medea et Persia, crescere.

[Cap. 67. De muscata.]

Muscata, ut dicunt Plinius et Iacobus, est arbor Indie speciosa nimis, cuius fructus muscate nuces dicuntur. Calide et sicce sunt in tercio gradu. Foliis lauri eius folia sunt similia. Flos eius est et dicitur macis vel, ut alii dicunt, macis est cortex qui circa muscatam arborem est et confortat cerebrum, si diucius in ore teneatur, dissolvit et consumit. Nux muscata multum confortat frigida, stomacos maxime et capud. Vinum cum nucibus muscatis coctum valet cerebro. Valent eciam huiusmodi nuces convalescentibus ex egritudine, ad confortacionem spiritualium et epatis comeste vel vinum coctum eis ad ignem. Digestioni et discoloracioni multum valet.

[Cap. 68. De mastice.]

Mastix arbor est in India, ut dicit Ysidorus, ex qua fluit gutta, que mastix dicitur, odorifera, Punicei coloris, in modum granorum, unde eciam granomastix dicta est. Si cum aloë admisceatur, purifficat faciem. Cortex arboris cum melle cocta ad dissenteriam valet. Oculis eciam et dentibus prodest. \Aliud eciam gummi effluit de lentisco, quod eciam mastix dicitur, de quo dixi supra capitulo “lentiscus”. Sed tamen arbor, de qua loquimur, hic similis est lentisco secundum Platearium. Et forte propter similitudinem arboris dixit Ysidorus hoc gummi ex lentisco procedere, sicut dictum est supra capitulo “lentiscus”, ubi \est/, vide virtutem huius gummi.//

[Cap. 69. De mirra.]

Mirra, ut dicit Ysidorus, est arbor spinosa, quinque cubitorum allta in Arabia. Eius folia similia sunt foliis olive. Gutta eius viridis est et amara, unde eciam mirra dicitur.

2 sunt...sanant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 11, 1-2, p. 121-122. 8 Mella...melli] Ox, c. *De mella*, f. 60vb-61ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 30 (p. 322, l. 1-5). 12 Medica...crescere] Ox, c. *De medica*, f. 60va-60vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 27 (p. 321, l. 1 et 3-8). 16 Muscata...valet] Ox, c. *De maci*, f. 65rb et c. *De muscata*, f. 65rb-65va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 25 (p. 338, l. 2-6) et 11, 26 (p. 338-339, l. 1-2, 4-7 et 9-17). 25 Mastix...dentibus] Ox, c. *De mastice*, f. 65rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 24 (p. 338, l. 1-8). 34 Mirra...valent] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 23 (p. 338, l. 1-4 et 9-10). | Mirra...secundo] Ox, c. *De mirra*, f. 65ra-65rb et c. *De mirra*, f. 82ra.

3 libros] ante libros, scr. et post exp. preservant cod. 20 frigida] frigidos Ox 27 purifficat] pulcrificat Ox 30 Et] ante Et, scr. et post del. et secundum eum eciam Grecia cod. 34 allta] id est alta

Fructus eius mirtelli dicuntur, qui contra profluvium sanguinis valent. [f. 45r] Gutta mirre calida est et sicca in secundo gradu. Et illa que est subruffa vel citrina melior est. Et alia minuta, alia grossa est. Dissolvitque ac consumit. Contra catarrum et contra asma et contra viciū pectoris detur. Contra viciū gingivarum valet, si fricentur gingivæ.
 5 Fumigium per os receptum confortat cerebrum. Matricem confortat \et/ adiuvat.

[Cap. 70. De muniaco.]

Muniacus est arbor quedam, que similis pruno, sed est magis nodosa et eius fructus est magnitudinis communium prunorum, similis fructui persicorum in forma. Est tamen valde odoriferum et in colore aureum eius pomum. Huiusmodi fructus minus sunt
 10 humidi quam persica aut pruna, magis tamen sunt stomachi et cerebri confortativi, cum optime matura existunt, quod eorum color, sapor et odor aperte demonstrant. \Forte dicitur hec arbor anpersicus.//

[Cap. 71. De mirto.]

Mirtus est arbor, secundum Ysidorum, circa littora maris frequencius excrescens,
 15 cuius fructus mirtuli dicuntur, frigidi sunt in primo gradu et sicci in secundo; qui principaliter competunt medicine, secundario flores et folia. Huiusmodi fructus pontici et aromatici sunt et ideo valent et virtutem habent constringendi. Prosunt etiam contra vomitum et fluxum ventris et profluvium mulierum fructus comesti vel succus expressus, vel etiam sirupus inde factus de succo cum zucara vel melle. Contra
 20 vomitum specialiter prodest, si ex pulvere vel ex fructibus decoctis et albumine ovi fiat emplastrum circa os stomachi. Item fomentum ex aqua pluviali decoctionis foliorum eius circa inferiora factum, remedium est contra predicta. Oleum inde factum confortat radices capillorum et eorum casum prohibet atque prolongat et denigrat. Confortat cor et eius tremorem aufert. Confert etiam stomacho \et prodest in balneis//. Item succus eius
 25 prodest \adversus/ puncturam scorpionis.

[Cap. 72. De mespilo vel nespilo.]

Mespilus sive nespilus est arbor, que alias dicitur esculus, sicut tetigi supra capitulo “esculus”, cuius fructus mespila, nespila vel escula dicuntur. Et est quidam domesticus ferens fructus grossos modicum ponticos, quidam silvestris habens minores
 30 valde ponticos. Mespila frigida sunt et sicca in primo gradu. Proprietatem habent stomachum confortandi. Colericam egestionem ac vomitum auferunt, urinam provocant. Magisque ad medicinam pertinent quam ad cibum. Raro enim nutriunt et grossum faciunt cibum. Meliora sunt, si ante cibum sumantur quam post. \Et nota quod si fragra persici in pruni truncum vel stipitem inserantur, permutantur ambarum arborum
 35 nature et fiunt mespila maiora et meliora quam sint alia mespila, quod expertum est. Idem etiam si persicus inseratur in spinam faghinam. Mespila liberant vinum a mufa,

2 subruffa...adiuvat] Ox, c. *De mirra*, f. 82ra-82rb. 7 Muniacus...demonstrant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 15, 1-2, p. 136. 14 Mirtus...excrescens] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 31 (p. 322, l. 1-2). | littora...scorpionis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 17, 1-5, p. 138-140. 27 Mespilus...esculus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 8, 3, p. 81 et 5/1, 16, 1, p. 136. 28 mespila...faghinam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 8, 3, p. 81 ; 5, 16, 1 et 6, p. 136 et 138 ; et 8, 7, 3, p. 22.

3 asma] casma *cod.* 10 confortativi] confortativa *cod.* 23 capillorum] ante capillorum, *scr. et post exp. radices cod.* | prolongat] prolongant *scr. et post exp. -n- cod.* 28 mespila] mespiila *scr. et post exp. -i- cod.* | dicuntur] di- *scr. et post add. sup. l. -cuntur cod.* 29 domesticus] domescus *scr. et post add. sup. l. -ti- cod.* 34 pruni] prini *Rur. com.* | inserantur] inseratur *cod.* 35 mespila²] mespilia *cod.*

dicam infra de liquoribus capitulo “vinum” versu “tercio loco videamus” et cetera. Mespilus inseri potest in piro, pruno vel spina, secundum Euclidem.//

[Cap. 73. De moro.]

Morus arbor satis nota. Foliis eius nutriuntur vermes facientes siricum, de quo dixi
 5 supra de natura vermium capitulo “lanificus”. Et fructus eius, qui mora dicuntur,
 quidam sunt inmaturo et acres, et sunt frigidi et sicci. Vim habent \virtutem/ stipticam,
 stomachi et intestinorum confortativam, et ventrem constipant. Valent contra
 discenteriam. [f. 45v] Mora vero matura et dulcia magis sunt humida et minus calida.
 Ventrem humectant et urinam provocant. Ante cibum sumenda sunt, quia corrumpunt
 10 cibos quos inveniunt. Succus vel vinum, quod ex eis exprimitur, valet, si gargarizetur ad
 guturis vel faucium humores dissolvendos et dicitur dyameron. Radix mori cum aqua
 cocta et potata ventrem humectat et lumbricos expellit. Et si radix pistata mori in aceto
 ponatur ad solem et diebus XII dimitatur et desiccata redigatur in pulverem, hic dentes
 perforatos et putridos evellit appositus. Cortex mori radice cocta uva cum frondibus
 15 valet ad dolorem dencium, si aqua decoctionis retineatur in ore. Frondes mori serpentes
 necant eis iniecte. Alia sunt mora, que deffert rubus, de quorum natura dicetur infra
 capitulo “rubus”. \Morus inseri potest in ulmo et in ficu, secundum Paladium.//

[Cap. 74. De malo.]

Malus est arbor notissima, que alias vulgariter dicitur pomum seu pomerius. \Sed
 20 malus ideo dicitur, quia ex eo omne malum provenit ex debito primi parentis, vel dicitur
 a rotunditate malus, quia malum Grece idem est quod rotundum Latine.// Et eius
 diversitates sunt multe secundum diversitatem fructuum; nam quedam mala sunt grossa,
 quedam parva, quedam mediocria. Et quedam rubea, quedam crocea et quedam coloris
 viridis. Item quedam dulcia, quedam acetosa, et quedam pontica et acria. Sed notandum
 25 est quod \mala vel/ poma nondum maturata stomacho nocent et dolorem generant,
 \fleuma, putredines// ac febres inducunt. Maturata vero si sint pontica et acria, que sunt
 silvestria, frigida sunt et sicca, et difficilia ad digerendum et dura et inflacionem faciunt,
 valent ad sanguinis fluxum et dissenteriam et adversus vomitum. Unde ad tollendum
 duriciem et asperitatem huiusmodi malorum seu pomorum potest et solet tribus modis
 30 remediari: Aut illa elixando in aqua, ut ex aqua humiditatem atrahant et molliciem; aut
 super fumum aque calide suspendendo, ut humectentur et maturentur; aut secta per
 medium granis interioribus duris eiectis melle vel zucara loco eorum adiecto. In
 cineribus et prunis calidis apposita decoquendo, quia per hoc auffertur duricia et

2 Mespilus...spina] Cf. St, f. 65vb. 4 Morus...nota] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 1, p. 133.
 5 mora...habent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 5, p. 134. 6 stipticam...provocant] PETR. CRESC.,
Rur. com. 5/1, 14, 5, p. 134-135. 9 Ante...Succus] Ox, c. *De moro*, f. 81vb-82ra. 10 Succus] Cf.
 THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 28 (p. 321, l. 7). | vinum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 6, p.
 135. | exprimitur] Ox, c. *De moro*, f. 81vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 28 (p. 321, l. 7-
 8). | valet...guturis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 6, p. 135. 11 faucium...dyameron] Ox, c. *De*
moro, f. 60vb et c. *De moro*, f. 81vb-82ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 28 (p. 321, l. 8).
 Radix...ore] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 6, p. 135. 15 serpentes...iniecte] Ox, c. *De moro*, f. 81vb.
 17 \Morus...Paladium//] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 14, 3, p. 134 et 8, 7, 3, p. 22. 19 Malus...
 notissima] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 12, 1, p. 122. 21 a...Latine//] Ox, c. *De malo*, f. 60vb et c. *De*
pom[is] sive m[a]lis, f. 82rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 29 (p. 322, l. 5-6). | Et eius]
 PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 12, 1, 8-10 et 13, p. 122-123 et 125-126.

4 siricum] id est sericum 6 habent] habet cod. 8 discenteriam] post discenteriam, scr. et post exp. eorum
 cod. 10 ad] ante ad, scr. et post exp. valet cod. 11 humores] id est humores | dyameron] diamoron
 Ox 14 uva] ante uva, scr. et post exp. et bibita cod. 27 ad] ante ad, scr. et post exp. sunt cod.
 30 atrahant] atrahat cod.

confortetur facilis et confortativa digestio. Et tunc prodest quam plurimum adversus
tussim, sicut cetera poma sic decocta. Acetosa vero absque ponticitate habent aqueam
substanciam que in eis dominatur, unde confortant et stringunt stomachum et egestionem,
et vomitum prohibent et humores grossos, qui sunt \calidi/, in stomacho destruunt. Sed
5 poma dulcia, quia temperata sunt inter quatuor qualitates, stomacho minime nocent et
constriccionis vel laxacionis ventris vim manifestam non habent. Frondes, rami et
cortices, quia stiptica sunt et accida, vulnera sanant et humores malos ad ea
concurrentes prohibent. Et tam poma quam succus et folia conferunt venenis. \\Malus
potest inseri in salice et populo quod nota, ut reffert Paladius. Notandum eciam quod si
10 vis \facere/ poma rubicunda vel alterius coloris, perfora arborem cum terebello in stipite
usque ad medulam arboris et ibi infunde colorem, quem volueris, cum aqua
distemperatum et demum foramen fortiter claude cum cuneo \eiusdem generis/ et
colorabitur fructus eodem colore, secundum Ricardum. Et eodem modo secundum
Euclidem, si in idem foramen infundatur aliquid solutivum, fiunt fructus solutivi, si vero
15 aliquid stipticum, fiunt stiptici. Et si ibi infundatur muscus vel aliud aromaticum, eodem
modo fructus protrahent illum odorem. Et idem, si ibi infundatur aliquid dulce vel alter
sapidum, que omnia possunt dilatari ad alios fructus ceterarum arborum, secundum
dictum Euclidem. Et iunge quod scripsi infra capitulo “pirus”./

[Cap. 75. De malagranata.]

20 Malagranata est arbor sic dicta eo, quod sub rotunditate plura habet grana in suis
pomis. Et alias dicitur mala Punica, ut dicit Ysidorus, ex [f. 46r] Punica provincia
nomen habens. Et nota quod arbor est femini generis, fructus neutri. Silvestria mala
Marciana dicuntur. Flos huius arboris dicitur balaustia et florum aliqui sunt rubei, alii
albi et alii crocei. Item malagranatorum quedam sunt dulcia, quedam acria sive acetosa,
25 et quedam sunt mediocris saporis inter dulcia et acria. Hec arbor est spinosa et parva
habet folia. Eius lignum est forte et durum. Fructus malagranatorum ex quatuor est
compositum: Primum est cortex, secundum caro, tertium liquor, quartum grana. Liquor
frigidus est, sed diversis modis secundum suos sapes et liquiditates; sunt namque
\malagranata/ pontica, accida, muza, dulcia et insipida. Pontica impossibile est accipi
30 secundum cibum, propter asperitatem, proinde huiusmodi mala granata si parum in
superficie excorticentur et ipsorum succus aut cum vino aut sirupo laxativo potetur,
superiora stomachi exprimunt et humiditatem putrefactam expellunt de inferioribus,
stomachumque confortant. Valent eciam adversus pruriginem et scabiem. Accida plus
agunt et proficiunt quam cetera, febricitantibus valent, quibus dulcia dari prohibentur;
35 nam calorem epatis extinguunt. Membra et os stomachi confortant. Valet contra
cardiacam et coleram. Hoc eciam habet proprium, quod succus in oculis instillatus

2 Acetosa...Paladius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 12, 11-13, p. 125-126 et 8, 7, 3, p. 22. 9 si...
sapidum] Cf. c. 'Quomodo poma colorantur in arbore' Erlangen f. 154r et 154v Eis 1, 4, p. 122 et 1, 5, p.
123. 20 Malagranata] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 1, p. 127. | dicta...grana] Ox, c. *De*
malagranata, f. 82va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 29 (p. 321, l. 4). 21 mala...dicuntur]
Ox, c. *De malo*, f. 60vb, c. *De pom[is] sive m[a]lis*, f. 82rb. et [c. *De malagranatis*], f. 82va. Cf. THOMAS
CANTIM., *Liber de natura* 10, 29 (p. 321-322, l. 1-2 et 14-15). 23 Flos...balaustia] PETR. CRESC., *Rur.*
com. 5/1, 13, 14, p. 132. | aliqui...crocei] Ox, [c. *De malagranatis*], f. 82va. 24 quedam¹...acria] PETR.
CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 1, p. 127. 26 quatuor...Accida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 9-11, p.
130. 34 febricitantibus] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 29 (p. 322, l. 12-13).
febricitantibus...dari] Ox, [c. *De malagranatis*], f. 82vb. 35 calorem...humoribus] PETR. CRESC., *Rur.*
com. 5/1, 13, 11, p. 130-131.

16 protrahent] protrahent *cod.* 24 crocei] rosei Ox 26 malagranatorum] malagratum *scr. et post add.*
sup. l. -nator- cod. 35 Valet] valent *Rur. com.* 36 cardiacam...coleram] cardiacam colericam *Rur. Com.*

abicit calorem, propterea si ablato cortice malagranata acetosa pistentur et succus extractus cum melle coquatur ad similitudinem unguenti, valet adversus caliginem oculorum et purificat a grossis viscosisque humoribus. Malagrana accida et acetosa valent contra fluxum narium, pulvere sumpto cum succo plantaginis. Succus eorum
 5 aurium vicium mitigat. Ex accidis seu acetosis solet vinum fieri quod prodest febricitantibus. Maligranati liquor dulcis grossior est et calidior et digestibilior, et ideo calorem stomacho ingerit et cito in coleram mutatur, et propterea febricitantibus est inconueniens. Tussi tribuit mitigacionem. Muzum vero, quod est inter dulce et acetosum medium, ad epatis calorem et stomacho non minus valet quam acetosum, sed virtutem
 10 vomitum constringendi ac ventrem astringendi non habet. Sed si hec in duas divisa per triduum in aqua celesti madefiant, salutare est remedium sanguinem eicientibus, ut quidam refferunt. Inspidum quoque, quod est quasi aque sapor, ad frigiditatem pertinet, unde est inconueniens tam cibo quam medicine, vomitum et fastidium inducit et impedit digestionem. Nuclei malagranatorum a succo expressi valent ad vomitum
 15 constringendum et egestionem, precipue si acentur eorumque pulvis bibatur. Calorem extinguunt stomachi [f. 46v] et acumen colere sedant. Cortices malagranatorum frigidi sunt et sicci ac terrestres et si in aqua coquantur et fiat cristere valet contra discenteriam. Item apozima ex eis factum gingivas confortat et dentes solidat. Idem si cum cortice fricentur. Fumigacio ex his facta fugat serpentes. Valent eciam adversus fluxum
 20 sanguinis emoroydarum et mulierum. Si cortex in vino positus potetur, lumbricos, ascarides et cucurbitinos ex ventre mortuos abicit. Pulvis corticis consolidat plagas et illis imposita carnem crescere facit. Folia malagranatorum cum vino cocta lepram corrodunt de corpore. Flos vero, qui balaustia dicitur, stipticior et siccior est predictis et est frigidus et siccus in secundo gradu. Et valet contra vomitum, si teratur et coquatur in
 25 aceto, et spongia intincta ponatur super furculam pectoris. Et eciam contra fluxum, si coquantur \flores// in aqua pluuiali et fiat fomentum, sicut dixi de cortice. Nam eandem fere habent naturam et ideo sepe ponuntur simul in medicinis. \Candida grana in maligranatis fieri dicitur, si argille et crete quartam partem gipsi misceas et toto triennio hoc genus terre radicibus eius adiungis. Item dicuntur fieri mire magnitudinis
 30 huiusmodi poma, si olla fictilis obruatur circa arborem et in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat, ligatus ad palum, tunc cooperta olla contra aque muniatur incursus; atumpno patefacta sue magnitudinis exhibebit poma. Hoc eciam de mense Maii et Iunii posse fieri comodius affirmatur. Vel aliter dicitur fieri secundum alios quod si malagranata immatura, cum hereant in sua virga, dimiseris in ollam eaque sic
 35 obieceris in terram et operueris circa ramum, ut extrinsecus spiritus afflet, ea erunt maiora quam in arbore unquam pependerint. Malagranata acetosa, dulcia fiunt, si arbor

4 valent...mitigat] Ox, [c. De malagranatis], f. 82va-82vb. 6 Maligranati...habet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 12, p. 131. 10 in...eicientibus] Ox, [c. De malagranatis], f. 82vb. 12 Inspidum...confortat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 12-13, p. 131. 18 et...fricentur] Ox, [c. De malagranatis], f. 82va. 19 fluxum...plagas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 13-14, p. 131-132. 22 Folia...corpore] Ox, c. De pom[is] sive m[a]llis, f. 82rb. 23 Flos...fomentum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 14, p. 132. 27 \Candida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 13, 6, p. 129 et 8, 7, 4, p. 22-23. 36 Malagranata...mellica] Cf. Erlangen 'Quomodo fructus acetosus in arbore fiunt dulces' f. 154v-155r. Eis 1, 7, p. 123-124.

1 calorem] colorem *Rur. com.* | propterea] praeterea *Rur. com.* 6 grossior] grassior *Rur. com.* 9 virtutem] vim *Rur. com.* 15 acentur] assentur *Rur. com.* 17 cristere] clystere *Rur. com.* 18 cortice] cortices *scr. et post exp. -s cod.* 19 fugat] fugant *scr. et post del. -n- cod.* 20 potetur] ante potetur, *scr. et post exp. et cod.* 22 carnem] ante carnem, *scr. et post exp. cra cod.* 23 qui] que *cod.* | stipticior] stipicior *scr. et post add. sup. l. -ti- cod.* 24 secundo] primo *Rur. com.* | valet] valent *scr. et post exp. -n- cod.* | teratur] terantur *scr. et post exp. -n- cod.* | coquatur] coquantur *scr. et post exp. -n- cod.* 28 partem] ante partem, *scr. et post del. et exp. patem cod.* 35 terram] ante terram, *scr. et post del. et exp. ollam cod.*

circumcidatur et stercorizetur fimo porcino. Secundum Aristotilem, quod idem dicendum est in quacumque alia arbore secundum Euclidem. Fiunt eciam dulcia malagranata secundum eundem, si perforata arbore immitatur in foramine aqua mellica iuxta modum quem dixi supra capitulo precedenti circa finem.//

5 [Cap. 76. De nespilo.]

Nespilus arbor est alias dicta esculus et alias mespilus, de cuius natura dixi supra capitulo “mespilus”, et ibi vide.

[Cap. 77. De nuce.]

10 Nux dicta est \a/ nocendo, quia umbra foliorum eius nocet aliis arboribus vicinis et herbis sub ea positis. Nocet eciam hominibus sub ea dormientibus et diversarum egritudinum est generativa. Si nux sit dura vel nodosa et stricta, ut nucleus facile eici non possit, cortex \arboris/ circumcidendus est, ut viciu mali humoris deducat, vel secundum aliquos summa radicum excidi debent, vel secundum alios terebrate radici palum de buxo inprimi debere, vel cuprinum clavum vel ferreum affigi. Nuces quedam
15 sunt virides non dum mature et sunt stipectice et pontice et amare, que confecte et cocte cum melle, additis speciebus, comeduntur et conferunt stomacho. Quedam sunt mature et recentes et sunt calide, aliquantulum humoris habentes, quedam sunt mature et sicce, que calide \sunt/, secundum Avicennam in III^o gradu et sicce in II^o. Nucibus ventositas dominatur et ideo comeste cito in humores colericos convertuntur et idem de avellanis.
20 Tussim faciunt. Difficulter digeruntur. Epatici nocent propter earumdem caliditatem. Unde ut ab eis auferatur nocumentum, mundari eas necesse est et per noctem unam in aqua calida poni antequam comedantur, quia per hoc partem humiditatis aque \acquirunt/ et fiunt quasi recentes. Nuces si ante cibum \ieiuno stomacho/ cum ficibus edantur \et cum foliis rute addito sale contra pestilenciam et// contra rem venenosam
25 corpus deffendunt. Et si de eis cathaplasma fiat cum cepis et sale et melle, valet morsui rabidi canis. Factum eciam cathaplasma ex eis cum ruta et melle super apostemata dissolvit. Et eciam cum suis corticibus super unilicium posite destruunt apostema intrinsecus corpori manens. Item cortices vel frondes cum vino strangurie optime subveniunt. Et \si/ cum aceto ponantur, febribus repugnant. Nu- [f. 47r] cum cortices vel
30 frondes valent ad constringendum sanguinis fluxum. Nuces quia fugant venenum, ut dixi, inter suspectos cibos sumi debet, unde inter herbas et fungos comeste quidquid in eis virulencie fuerit exsudatur. Ex nucibus fit oleum pulcrum et delectabile in cibis sumptum, dum est recens, sed antiquatum per spacium anni inducit dolorem gutturi \et raucedinem//. Succus radicis et corticis nucum potatus subvenit difficultati urinandi.
35 Crines tingit et mundat ac prohibet casum pillorum. Nuces recentes servari possunt in melle per spacium anni. Nota de hac arbore quod in regno Aralatensi, provincia Aquensi, loco de Ponteves, est nux arbor ab ave cornice plantata, faciens globum ad instar pomi sex, VII, VIII vel X nucleos habentem. Nota eciam quod in eadem

9 Nux...vicinis] Ox, c. *De nuce*, f. 82vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 33 (p. 322, l. 1-2).
10 sub¹...virides] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 18, 4, 8 et 12, p. 142-144. 17 sunt¹...convertuntur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 18, 8, p. 143. 19 idem...caliditatem] Ox, c. *De nuce*, f. 83ra. 21 ut...edantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 18, 9-10, p. 143. 24 contra²...fluxum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 18, 10-11, p. 143-144. 31 inter²...exsudatur] Ox, c. *De nuce*, f. 82vb-83ra. 32 Ex...anni] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 18, 6-7 et 11-12, p. 142-144. 36 in...VII] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 91 (p. 738-739). 38 X nucleos] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 91 (p. 738-739).

12 deducat] deducatur *scr. et post del. -ur cod.* 30 quia] ante quia, *scr. et post exp. due et cod.*
34 raucedinem//] racedinem *scr. et post add. sup. l. -u- cod.*

provincia, castro de Bariolis, est \nux/ que toto anno videtur arida et absque foliis, sed adveniente festo beati Iohannis Babbiste, producit repente folia et demum flores et fructum, ut nulla nux preveniat in fructificando.

[Cap. 78. De oplo.]

- 5 Oplus est arbor satis magna, que lignum habet valde album et pulcrum quasi axero simile, ex quo fiunt optima iuga bovum. Incisoria eciam et parapsides et absides pro delicatis operibus faciendis.

[Cap. 79. De onicha.]

- 10 Onicha arbor est alias dicta ungula in oriente, ut quidam dicunt ex qua profluit gummi, quod per successionem temporis durescit in lapidem preciosum, qui onichinus dicitur ad modum unguis humani. Alii tamen dicunt hunc lapidem ostreolam et generari in conca piscis ut margarita, plenius dicam infra de natura lapidum capitulo “onichinus”, et ibi vide.

[Cap. 80. De olea sive oliva.]

- 15 Olea sive oliva arbor est producens fructum eciam dictum olivam. Sed quedam est que omnino est sterilis et dicitur oleaster, \de qua dicam infra capitulo statim sequenti//. Et arboris olive, quedam est silvestris ferens fructus minutos, alia est domestica grossiores producens fructus. Olive acerbe et virides adhuc nil habent unctuositatis, sed aquositatem tantum, et sunt pontice, frigide et sicce, unde sunt stomachi confortative et
20 ventris constipative. Corpus quasi nichil nutriunt. Sed has olivas quidam preparant cum sale et aceto, alii cum aceto tantum, et alii cum sale et aqua tantum per ceteros dies et virtutem appetitivam excitant, maxime si in medio prandii \sumantur/, stomachum valde confortant. Olive mature et nigre calide sunt et temperate humide; quare cibus earum est multum nutritibilis, grossus et mollificans stomachum, tardus tamen ad digerendum. Ex
25 olivis fit oleum preciosius ceteris oleis. Confortat stomachum, mollificat ventrem. Uncio huius olei dolores sedat, vulnera a corrupcionibus preservat. \Plura alia de oleo dicam infra de liquoribus capitulo “oleum”.// Cortex et folia oleee masticata dentes confortant et ulcera sanant. Superfluos humores siccant. Flo- [f. 47v] ris odor pregnantibus nocet.

[Cap. 81. De oleastri.]

- 30 Oleaster arbor est de qua feci mentionem supra capitulo precedenti. Non fructificat nisi fuerit insertus ramus olive fertilis. Folia oleastri igni sacro cathaplasmata valent.

[Cap. 82. De oleomella.]

Oleomella arbor est, de qua dixi supra hoc eodem titulo capitulo “mella”.

1 Bariolis...fructificando] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 11 (p. 576-577). 5 Oplus...faciendis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 36, 1, p. 181. 9 Onicha...humani] Ox, c. *De onicha*, f. 65va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 27 (p. 339, l. 1-4). 17 olive] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 19, 15-16, p. 150. 25 stomachum...ventrem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 19, 18, p. 151. 27 Cortex...nocet] Ox, c. *De oliva*, f. 83ra-83rb. 30 Oleaster] Ox, c. *De oleastr[i]*, f. 61rb. | Oleaster...est] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 35 (p. 323, l. 1). | Non...valent] Ox, c. *De oleastr[i]*, f. 61rb et c. *De oliva*, f. 83rb. fructificat...olive] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 35 (p. 323, l. 3).

3 fructum] ante fructum, scr. et post del. et exp. folia cod. 5 Oplus] Opolus *Rur. com.* | axero] acero *Rur. com.* 6 parapsides] parassides *Rur. com.* | absides] assides *Rur. com.* 10 onichinus] onicha Ox 11 ostreolam] ante ostreolam, scr. et post exp. generari cod.

[Cap. 83. De pomo alias dicto malo.]

Pomum est arbor alias dicta malus, de cuius natura dixi supra capitulo “malus”, et ibi vide plene.

[Cap. 84. De piella.]

5 Piella arbor est, de qua dixi supra in capitulo “abies”, et ibi vide.

[Cap. 85. De pordixon.]

Pordixon arbor est orientis cuius fructu delectantur columbe \et eius umbram fugiunt serpentes foliaque eius vel cortex fumigata advertunt omne malum//.

[Cap. 86. De platano.]

10 Platanus est arbor alta a latitudine foliorum dicta: platos enim Grece latum dicitur Latine. Lata enim habet folia et magna foliis vitis \alias nucis// similia. Hec arbor antiquitus propter umbram plantabatur. Iuxta aquas profundat radices. Frigidus est et siccus. Folia trita genua inflata curant. Cortex cum sepo vel adipe adusta vulnera facit
15 convallescere. Folia lixa mollia cum vino capiti adhibita reuma oculorum suspendunt et tumorem reprimunt. Corium in vino lixum et bibitum dentibus medetur. Flos eius, si in faciem cadit, facit maculam. Semen cum vino bibitum venenatis occurrit. Mixta \cum/
axungia combustionibus medetur. Folia eciam tenera cum aceto valent gingivis et dolori dencium. Solucionibus ventris folia succurrunt.

[Cap. 87. De pipere.]

20 Piper est arbor \parva/ in foliis et ligno arbori iuniperi similis. Nascitur in Indiis, ut dicunt Plinius et Solinus ac Ysidorus, iuxta montem Caucasum et eciam circa radicem montis Olimpi et penes homines pigmeos, de quo tetigi supra de monstruosis hominibus capitulo “homines alii sunt tam parvi” et cetera. In Ytalia tamen et Yspania piper
25 reperitur, sed inutilis. Et nota quod in dictis regionibus Indiarum eius silvas serpentes custodiunt, sed incole illarum regionum tempore maturitatis piperis silvas incendunt et serpentes partim interimuntur et partim fugiunt per ignem. Et inde colligitur piper, cuius grana fiunt ex igne nigra rugosa, que antea naturaliter erant alba, sed Iacobus Aconensis dicit quod piper in clibano torretur, ne in aliis provinciis seminetur et crescat vel ut
30 diucius servetur. Piper non maturum dicitur piper longum. Piper secundum Platearium calidum est in ultimo gradu vel secundum alios calidum et siccum in tercio gradu. Diurepticum tamen et stipticum est. Virtutem habet dissolvendi et confortandi. Epati est perniciosum. Caligini oculorum valet. Comestum morsibus venenatis medetur. Bibitum

7 Pordixon... columbe] Ox, c. *De perdixino* [!], f. 65vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 29 (p. 340, l. 1-3). 10 Platanus...similia] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 37 (p. 324, l. 1-3). Platanus...succurrunt] Ox, c. *De platano*, f. 61rb et c. *De platano*, f. 83rb-83va. 20 Piper...Solinus] Ox, c. *De piro* [id est *De pipere*], f. 83vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 1-3). 21 Ysidorus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5, 25, 1, p. 168. | iuxta...Caucasum] Ox, c. *De pipere*, f. 65va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 2). | circa...Olimpi] *Epist. presb. Joh.* 26-27 (p. 912). 23 In...inutilis] Ox, c. *De pipere*, f. 65vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 17 et 20). 24 eius...custodiunt] Ox, c. *De pipere*, f. 65va. | eius...gradu¹] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 3-6 et 7-12). 26 fugiunt...ignem] Ox, c. *De pipere*, f. 65va. 27 fiunt...nigra] Ox, c. *De pipere*, f. 65va. | alba...gradu¹] Ox, c. *De pipere*, f. 65va et c. *De piro* [id est *De pipere*], f. 83vb. 30 calidum²...gradu²] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 25, 2, p. 168. 31 Diurepticum...est¹] Ox, c. *De piro* [id est *De pipere*], f. 84ra. | Virtutem...confortandi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 25, 2, p. 168. | Epati...procurat] Ox, c. *De piro* [id est *De pipere*], f. 84ra

7 Pordixon] *Perdixion* Ox 13 siccus] *humidus* Ox 17 axungia] *axugia cod.* 21 Solinus] *Solinus cod.*

cum melle torciones compescit. Fastidium tollit. Digestionem procurat et ideo pulvis eius in cibis datus digerit et confortat. Sanguineis tamen et colericis non est utilis usus piperis. Scrophas spargit. Faucium maculas limpidat. Pulvis piperis naribus appositus sternutationem provocat et cerebrum a superfluitate fleumatica purgat. Vinum decoctionis eius et ficuum siccarum spiritualia mundificat a glutinoso humore. Lepram [f. 48r] quandoque inducit, maxime quando sanguinei vel colerici in nimium usum deducunt. Piperis pulvis carnem superfluam in vulnere corrodit. Et, secundum Avicennam, piper cum melle positus in palato est conveniens ad esquinanciam et pulmonem mundificat. Cum aceto bibitum est bonum apostematibus. Provocat urinam et eicit fetum.

[Cap. 88. De populo.]

Populus arbor sic dicta secundum Ysidorum, eo quod ipsa incisa pullulat, ex eius radice \producitur/ multitudo plantarum ad modum populi. Et huic arbori est similis arbor que dicitur albarus, de qua dixi supra capitulo "albarus", sed differunt, quia albarus habet folia ab una parte alba et ab alia fere nigra, populus vero tota nigra. Et hee arbores fere pro eadem sumuntur et large utraque populus dicitur et quasi eandem habent naturam secundum aliquos. Populus in summitate virgulti generat resinam odorifferam, de qua fit unguentum hoc modo: Accipiantur tube in Maio que debebant in folia prorumpere et decoquantur cum butiro non salso, de vaccis in Maio facto, donec liquor coctus fiat viridis, deinde coletur hoc unguentum. Et valet ad sedandum calores et etiam capitis dolorem de causa calida \et ad provocandum sompnum/. Si tangantur membrorum vulnera extrinsecus inflicta corpori, efficacissime curat et etiam sincopim. Populus stranguinariis valet. Generare non permitit. Folia bibita menstrua purgant. Succus foliorum auribus medetur. Semini succus mixtus caliginem oculorum detergit. Semen cum aceto bibitum solutionem ventris sistit.

[Cap. 89. De palma.]

Palma arbor est, que a victoris manu nomen accepit. \Palma victoriam significat ut l. I § Si cui cautum ff De variis et extraor. cogni.// Cuius fructus dactali dicuntur. Ambrosius dicit quod hec arbor longa etate durat sine successione frondium. Longissimo tempore vivit. Et ante centum annos fructum non facit, ut dicit Plinius.

1 pulvis...piperis¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 25, 2, p. 168. 3 Scrophas...purgat] Ox, c. *De piro* [id est *De pipere*], f. 84ra. 4 Vinum...inducit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 25, 2, p. 168. 6 sanguinei...usum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 15). 7 pulvis...corrodit] Ox, c. *De pipere*, f. 65vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 28 (p. 339, l. 16-17). 8 Avicennam...fetum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 25, 2, p. 168. 12 Populus...quod] Ox, c. *De populo*, f. 61va et c. *De populo*, f. 83va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 325, l. 1-2). | incisa pullulat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 37, 2, p. 181. | ex...multitudo] Ox, c. *De populo*, f. 83va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 325, l. 2). 13 ad...populi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 37, 2, p. 181. similis...albarus¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 37, 1, p. 181. 15 habet...nigra²] Ox, c. *De populo*, f. 61va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 325, l. 3 et 5). 17 in...calida] Ox, c. *De populo*, f. 61va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 325, l. 5-12). 21 Si...sincopim] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 39 (p. 325, l. 12-14). | Si...sistit] Ox, c. *De populo*, f. 61va-61vb et *De populo*, f. 83va. 27 Palma...est] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 23, 1, p. 163. | a...accepit] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 2). | \Palma...cogni//] Cf. D. 50, 13, 12. 29 Ambrosius...frondium] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 3-5). 30 Longissimo...Plinius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 23, 6, p. 164-165.

19 decoquantur] decoquan- scr. et post add. sup. l. -tur cod.
22 efficacissime] id est efficacissime | sincopim] sincopiim cod.

20 liquor coctus] totus liquor Ox

Habet truncum inferiorem nodosum et gracilem, sed in summo dilatatur. Palma masculus non fructificat, sed femella que florem germinat spine modo. Tamen nota quod femella numquam producit fructum, nisi masculus sit prope plantatus et vicinus, ut in superioribus ramis inclinate arbores invicem se amplecti possint, quia tunc per

5 inclinacionem ramorum masculi femella virtute sua concipit. Primo nascitur caro dactilorum, postea nuclei. Dactili calidi sunt et humidi in secundo gradu. Grossum sanguinem generant. Difficiles sunt ad digerendum; tamen figubus siccis sunt digestibiliores et magis urinam provocantes. Usus eorum constipacionem et duriciem ac tumorem inducit. Gingivis et dentibus sunt nocivi. Dolorem in ore stomachi faciunt.

10 [Cap. 90. De pino.]

Pinus est arbor que spacia terre vel montes aliis arboribus inutiles ocupat pro sui putrimento. \Seritur suis nucleis, melius tamen pineis integris. Si de loco ad locum transferatur, vix crescere potest. Si huiusmodi arbor abscindatur et decapitetur, statim moritur nec iterum ad radicem pullulat. Pinus arbor quedam silvestris \est/ pineas

15 defferens absque nucibus sive pineolis, alia domestica producens pineas grossiores cum nuci- [f. 48v] bus et nucleis. Ex hac arbore gummi ad similitudinem thuris valde odoriferum producit. Eciam ex cortice ubicumque abscindatur et vulneretur, \et hoc fit terbentina, que valet efficaciter inter cetera ad vulnera sananda et preservanda a putrefaccione. Nuclei pinee sive pineoli calidi et humidi sunt in II° gradu, vel

20 secundum Avicennam calidi et humidi in III°. Optimus cibus est tussientibus et contra apostema ex frigida causa. Valet eciam laborantibus in spiritualibus, eticis et consumptis. Sanguinem augmentat, libidinem incitat. Per se possunt in cibo recipi vel cum sirupo vel cum electuario. Cortex sive pars superior pinee contra tussim valet, si decoquatur bene in aqua et postea super carbones ponatur, ut paciens fumum recipiat.

25 [Cap. 91. De persico.]

Persicus arbor est nota, parva est et cito crescit, sed brevi tempore vivit. Eius pomum dicitur persicum. Et persica frigida et humida sunt in secundo gradu. Fleugma generant. Ieiuno stomacho sunt edenda et post vinum vetus odoriferum est potandum. Persica dividuntur in duo, quedam sunt mollia et magis aquosa et sunt frigida et humida,

30 quedam sunt dura et sunt magis frigida et minus humida. Matura persica, secundum Avicennam, virtutem appetitivam inducunt. Post alium cibum comedi non debent. Sunt tarde digestionis et non boni nutrimenti. Matura leniunt ventrem, immatura stringunt.

1 truncum...modo] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 12 et 30-31). 3 numquam...nisi] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 7-8). | nisi] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. | vicinus...possint] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 8-9). 5 inclinacionem ramorum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 10). | Primo...nuclei] Ox, c. *De palma*, f. 61rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 36 (p. 323, l. 13). 6 Dactili...faciunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 23, 8, p. 165. 11 Pinus...inutiles] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 1, p. 166. 12 \Seritur...nucleis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 2, p. 166. 13 transferatur...crescere] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 1, p. 166. | abscindatur...radicem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 1, p. 166. 19 pinee...tussientibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 4, p. 167. 20 et²...causa] Ox, c. *De pino*, f. 61va. 21 laborantibus...recipiat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 24, 4, p. 167. 26 Persicus...Avicennam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 22, 1 et 5-6, p. 160 et 162.

1 inferiorem] inferius *cod.* 3 producit] *produt scr. et post add. sup. l. -ci- cod.* 7 figubus] ficubus *Rur. com.* 11 que] *ante que, scr. et post exp. est cod.* 13 vix] *ante vix, scr. et post exp. quia cod.* 14 moritur] *moriuntur scr. et post. exp. -un- cod.* | arbor] *ar- scr. et post add. sup. l. -bor cod.* 16 gummi] *ante gummi, scr. et post del. et exp. procedit cod.* 27 Fleugma] Flegma *scr. et post add. sup. l. -u- cod.* 30 minus humida] *quodammodo sicca Rur. com.* | Matura] *ante Matura, scr. et post del. et exp. succus frondium cod.*

Succus frondium potatus lumbricos et cucurbitinos eicit. Idem, si ex eo cathaplasma feceris unbilico. Succus eciam folium in aurem missus vermes interficit secundum Avicennam. \In persico non debent rami resecari nisi aridi licet aliud sit in alia arbore. Si persicus languere incipiat, stercorizetur ex fecibus vini vel irrigetur sepe aqua
 5 decoccionis fabbe. Et si poma persica sint caduca, radicem eius arboris finde et fissuris truncos de pinu imprime, vel foraminibus cum terebello factis clavos ex salice fortiter cum malleo imprime. Si vis ut nuclei persicorum fiant nuces surculum persici planta super arborem nucis. Sed qualiter nuclei persicorum fiant amigdala, dixi supra capitulo “amigdalus”. Si vis ut in nucleo persicorum aliquid inveniatur scriptum vel depictum,
 10 nucleos eius in terra obrue et post VI aut plures dies cum ossa aperiri inceperint ipsas aperias et in nucleo scribe vel pinge quod volueris et confestim testis ligatis incluso nucleo in terram pone. Contra vermes huius arboris vel alterius valet unccio cum oleo olive vel mirtus vel si ungatur arbor confectione facta ex duabus partibus urine bovine et tercia aceti secundum Euclidem. Valet ad idem, ut dicit Aristotiles, pulvis factus ex
 15 calamento addito sulfure. Iunge eciam quod dixi supra eodem titulo capitulo I°. Ut fiant persica maxima, pone multos nucleos persicorum quot volueris unum supra alium et de directo in canone canne vel simili sic quod pars cuius licet nuclei que habet germinare sit superior et sepeli in terra talem canonem directum. Inde surculi nucleorum iungentur et fient unum et erunt persica maxima quod poterit ad similes arbores dilatari. Plura alia
 20 \possunt/ fieri \in/ persico, que dixi in malo de quo capitulo “malus” supra et que scripsi supra capitulo “malagranata”./

[Cap. 92. De pruno.]

Prunus arbor est nota. Eius tamen diversitates sunt, quia quedam est silvestris et quedam domestica, et domestice quedam faciunt pruna alba, quedam nigra et quedam
 25 rubea. Pruna parum nutriunt, et alba quedam dura sunt ad digerendum, stomacho nociva, parum tamen solutiva, unde cum sint grossa, non debent comedi nisi grandia et perfecte in arbore maturata, quedam cruda sive acerba, dura viridia sunt et pontica, et quedam rubea media inter ea. Nigra perfecte matura et dulcia minus sunt frigida et magis humida. Nam eius frigiditas est in inicio primi gradus, humiditas vero in fine.
 30 Platearius tamen dicit quod sunt frigida in principio secundi gradus et humida in fine tercii. Stomacum humectant, ventrem molliunt et coleram rubeam solvunt et prohibiunt; tamen si eis minimum utamur, stomacho nocent. Cruda vero dura, viridia et pontica pessima sunt in medicina et cibo; dura enim stomacho \sunt et/ valde nociva et minime nutriunt atque fastigant. Rubea vero magis sunt frigida et minus humida. Agrestia nimis
 35 stiptica sunt. Ideoque valent ad diariam et dissinteriam. Et quidam ea matura collecta scindunt per medium et ad solem siccant, aceto aspersa et demum in vase reponunt. Et hec magis quam sicca virtutem infrigidandi habent et intestina leniendi, unde valent in acutis febribus et acutis egritudinibus et ad ventris constipacionem ex humore colerico. Et si sunt viridia, dentur [f. 49r] ad edendum, si sicca, coquantur in aqua, et inde pruna
 40 comedantur et aqua bibatur. Ex pruno procedit gummi conglutinativum et consolidativum et est obterimum pro scriptoribus secundum Ysidorum. Granum pruni bibitum lapidem frangit. Omnes soluciones ventris sistit.

23 Prunus... Ysidorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 21, 1 et 6-7, p. 157-159. 41 Granum...sistit] Ox, c. *De prino*, f. 83va.

10 nucleos] nukes *scr. et post add. sup. l. -o- cod.* | obrue] obstrue *Erlangen* | VI...plures] octo *Erlangen* 25 quedam] quedem *cod.* 30 Platearius...tercii] Platearius tamen dicit, quod sunt frigida et humida in secundo gradu, et Avicenna dicit, quod sunt frigida in principio secundi et humida in fine tertii *Rur. com.* 32 minimum] nimium *Rur. com.* 33 et²] ante et, *scr. et post exp. est cod.* 39 pruna] prunia *scr. et post exp. -i- cod.* 41 Granum] Gummi Ox

[Cap. 93. De piro.]

Pirus arbor est a pir, quod est ignis, dicta, incipiens \grossa, // finiens stricta. Cuius fructus sunt pira, quorum quedam sunt silvestria, quedam domestica. Silvestria frigidiora, duriora et sicciora et magis pontica sunt domesticis. Rursus pira quedam sunt
 5 acerba pontica, quedam matura dulcia et quedam media inter accida et dulcia. Acerba pontica sunt de natura silvestrium, unde illa et silvestria stomachum confortant ventremque constipant, frigida sunt et sicca. Cocta in aqua pluviali et posita super hos stomachi, compescunt vomitum ex colera. Et super pectine posita fluxum ventris vel sanguinis mulieris constringunt. Cocta valent, cruda comesta nocent. Nam sepe sumpta
 10 coleram generant incurabilem, maxime \si/ ante prandium comedantur. Pira maxime silvestria vel acerba et pontica si cum fungis vel aliis cibis suspectis coquantur, omnem auferunt lesionem. Et cinis arboris piri silvestris vel agrestis bibitus in hiis, qui fungorum comestione sunt suffocati, multum valet. Dulcia pira et matura complexionis sunt temperate, quia minus ceteris frigida sunt, calefaciunt et augent digestionem. Media
 15 inter accida et dulcia plus valent et coleram extinguunt. Frondes et rami pirorum stiptica sunt. Ad reumaticum fluxum valent. Cathaplasmata reuma compescunt. Avicenna dicit quod pira silvestria consolidant vulnera. \Si vis ut in piro aut in pomo aliqua gemma inveniatur aut margarita aut garriofolis aut obolus aut simile, accipe \rem/ quam vis de predictis rebus et cum poma aut pira aliquantulum creverint, imprime in prepucio eius
 20 \et/ profunde. Et cum fructus creverint, reperientur talia infra inclusa secundum Euclidem. Pirus cum citonio inseri potest, sicut tetigi supra capitulo “coctanus”.

[Cap. 94. De quercu.]

Quercus est arbor, que dicitur quasi querimus, ut dicit Ysidorus, quia dii responsa per eam querentibus precinebant. Arbor est annosa multum. Producit pro fructu glandes
 25 et gallas. Similiter ilex fert glandes, sicut dixi supra capitulo “ilex”. Et avalsius etiam licet ultra generet fructum vermicularem ex quo tingitur escarlata, ut dixi supra capitulo “avalsius”. Hoc fructu glandium ante usum frumenti utebantur homines, ut dicit Ysidorus. \Alii dicunt has glandes fuisse arboris fagi sicut tetigi supra capitulo “fagus”. // Glandes frigide sunt in primo gradu et sicce in secundo. Difficulter
 30 digerentur, ventrem constipant, caput gravant fluxui sanguinis et dissenterie valent. Tamen urinam provocant, vulneribus intestinorum medentur. Contra venenum valet pulvis earum. Humores putridos ac defluentes sanat et disiccat. Folia quercus sunt valde stiptica et faciunt coherere plagas, cum teruntur et pulverizantur desuper. Galla similiter est stiptica uva dicitur agrestis que firma est nodosa. Altera domestica levis et perforata

2 Pirus...finiens] Ox, c. De piro, f. 83va. 3 pira...dulcia¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 20, 10, p. 155.
 5 Acerba...constringunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 20, 10-11, p. 155-156. 9 Cocta...silvestria] Ox, c. De piro, f. 83vb. 11 cum...vel²] Ox, c. De piro, f. 83vb. | coquantur...lesionem] Ox, c. De piro, f. 83vb.
 12 cinis...digestionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 20, 11-12, p. 156. 14 Media...extinguunt] Ox, c. De piro, f. 83vb. 15 Frondes...sunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 20, 12, p. 156. 16 Ad...compescunt] Ox, c. De piro, f. 83va-83vb. | Avicenna...vulnera] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 20, 12, p. 156.
 17 \Si...profunde] St, f. 63vb. 23 Quercus...multum] Ox, c. De quercu, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 40 (p. 325, l. 1-3). 25 ilex¹] Ox, c. De quercu, f. 84ra. 27 fructu...Ysidorus] Ox, c. De quercu, f. 84ra. 29 Glandes...secundo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 26, 3, p. 169. | Difficulter...sanguinis] Ox, c. De quercu, f. 84ra-84rb. 30 et...valent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 26, 3, p. 169.
 31 urinam...disiccat] Ox, c. De quercu, f. 84ra-84rb. 32 Folia...desuper] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 26, 4, p. 170. 33 Galla...infecta] Ox, c. De quercu, f. 84rb-84va.

4 frigidiora] frigidiora cod. 14 Media] Muça id est media Ox 18 garriofolis] gariophilus St 20 Et] E-scr. et post add. sup. l. -t cod. 23 querimus] quernus Ox 24 annosa] aurosa cod. 25 ilex²] illex scr. et post exp. -l- cod. 31 urinam] uirinam scr. et post exp. -i- cod. 32 disiccat] id est desiccat

et parum valet. Quedam tamen alie \galle/ reperiuntur in Affrica que aslane vocantur, parve que magis valent. Virtutem habent galle constringendi. Cathaplasma factum ex pulvere galle et albugine ovi ac aceto et sic positum ad renes valet. Fiunt eciam fomenta ex aqua decoctionis gallarum et si eciam detur in potu et valet contra dissenteriam.

5 Contra eciam fluxum sanguinis ex naribus prodest pulvis gallarum. Conficiatur enim cum succo sanguinarie et naribus apponatur. Ad qualescumque [f. 49v] capillos denigrandos galle ponderose coquantur in oleo donec tumescant, post exprime inter duos pannos quousque siccentur et deinde pulveriza minutatim in subtilem pulverem et demum contere radicis corticem bene siccum et simul confice cum aqua pluviali et

10 decoque addito pulvere gallarum. Et ex tali confeccione unge capillos et siccentur per se. Post ablue cum aqua candida ne cutis maneat infecta. Et reddentur nigri. Ex fructu glandium quam plurimum inpinguantur porci et sues.

[Cap. 95. De rampno.]

Rampnus quasi est de genere rubi, de quo statim subiciam, arbor spinosa est et

15 parva, cuius spine optime sunt ad comedendum antequam durescant in spinam et vulgariter dicitur *romia conilh* \alias dicitur esse herba dicta sparagus, ut videbis infra titulo I° capitulo “sparagus”//.

[Cap. 96. De rubo.]

Rubus est arbor, est spinosa et valde pungens, cuius cortex rubeus est et lignum

20 croceum et durum. Conpetit sepibus faciendis. Superiactatis \foliis/ serpenti moritur \idem de foliis mori, sicut dixi supra capitulo “morus”, tetigi eciam supra de natura serpentum capitulo primo//. Et valet contra venenum. Fructus eius sunt mora, sed diverse virtutis a moris que producuntur a moro, de quibus supra capitulo “morus”. Hec mora libenter comedunt mulieres et pueri. Est tamen cibus inutilis, optimus tamen pro

25 porcis. Rubus calidus est et siccus secundum quosdam, et secundum alios frigidus et siccus et eius sumitates esse stipticas et valent contra usturas et calida apostemata. Contra ruborem oculorum turiones eius cum vitello ovorum conterantur et addito croco superponantur. Contra dissenteriam succus turionum eius cum aqua per clistere sumatur

12 porci] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 26, 2, p. 169. 14 Rampnus...rubi] Ox, c. *De rampno*, f. 61vb. spinosa...spinam] Ox, c. *De rampno*, f. 61vb. 19 Rubus...arbor] Ox, c. *De rubo*, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 41 (p. 325, l. 1). | spinosa...pungens] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 17, p. 187. | cortex...durum] Ox, c. *De rubo*, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 41 (p. 325, l. 2-3). 20 Conpetit...faciendis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 17, p. 187. | Superiactatis...moritur] Ox, c. *De rubo*, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 41 (p. 325, l. 3-4). 22 Et...venenum] Ox, c. *De rubo*, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 41 (p. 325, l. 4). | Fructus...mora] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 17, p. 187. 24 comedunt...pueri] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 17, p. 187. | optimus...quosdam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 17-18, p. 187. 26 eius...manducandum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 18, p. 187-188.

1 aslane] asiane Ox 4 detur] ante detur scr. et post exp. de cod. 6 qualescumque] In foliis autem quercus invenitur frequenter nascentia rotunda sive aspera, que galla vocatur, que in se cum pro tempore steterit, profert vermiculum, eo quod ex corruptione folii nascatur. Que quando bene optinet modulum galle, pronuntiant aeremantici, quod futura yems erit lenis. Similiter autem dicunt de verme, que eruca vocatur et in telis quibusdam ramulis quercus et aliarum arborum involvit ova sua; quando enim nidus ille eruce est frequenter in altioribus cacuminibus arborum, pronosticant yemem futuram esse lenem et mollem; quando autem inferiora occupant quercus et aliarum arborum, futuram esse asperam et rigidam. Hec Albertus in libro De vegetabilibus capitulo “quercus” add. in marg. alia recentior manus cod. In foliis...rigidam] ALB. MAGN., *De vege.* 6, 1, 31 (p. 441-442, § 206-207). 8 minutatim] minutim scr. et post add. sup. l. -ta- cod.; minutim Ox 19 rubeus] rubea cod. 24 optimus] ante optimus, scr. et post exp. et cod. 26 usturas] ante usturas, scr. et post exp. contra ruborem oculorum cod. 28 turionum] turiorum scr. et post exp. -rum et add. sup. l. -num cod. | aqua] aqua ordeï *Rur. com.*

vel ex turionibus cum albumine ovi et aceto fiat emplastrum super pectinem et renes. Si sit ex vicio superiorum, lenticula aliquantulum exusta in succo eius detur ad manducandum.

[Cap. 97. De rore marino.]

5 Ros marinus est quedam parva arbuscula odorifera, que semper habet frondes virides et quasi similatur zanipro de quo dicitur infra et scope de qua eciam dicitur. In marinis locis precipue delectatur et ideo ros marinus appellatur. Ros marinus calidus et siccus est, sed excessus eius non determinatur ab actoribus in gradu. Folia eius et flores competunt medicine. Et flos eius dicitur antos, unde dyantos electuarium fit ex eo. Folia
10 et flores virtutem habent confortandi, dissolvendi, extergendi, mundificandi et consumendi. Folia trita super vulnere vel scissura prohibet putrefactionem et parat consolidacionem. Contra sincopim et cardiacam detur diantos cum vino vel detur vinum decoccionis florum eiusdem. Contra frigiditatem stomachi et ad digestionem confortandam detur eciam diantos vel vinum coctum cum floribus et mastice. Contra
15 dolorem intestinorum et stomachi valet eciam vinum decoccionis eius et cimini. Et contra cerebri frigiditatem fiat eius decoccio et paciens capite cooperto fumum recipiat. Vinum vel acetum decoccionis eius optimum ad gargarizandum adversus humiditatem. Contra stranguriam flores vel folia decocta in vino cathaplasmentur. Ad mundificacionem matricis et conceptum iuvandum fiat fomentum circa pudenda ex aqua
20 decoccionis. Flores autem decoctos in oleo supponunt sibi mulieres. \Ros marinus preservat vinum ne vertatur ex tonitruis, si infra vas vini immitantur tria folia eius, vel supra vas ponatur ramus roris marini.//

[Cap. 98. De roza beate Katerine.]

25 Roza beate Katerine arbor est dicta, quia crescit circa regionem montis Synay ubi requiescit eius corpus sanctum. Proficit mulieribus parturientibus eius flos qui est ad modum globi virgultis interclausus et sua virtute posita super uterum aperitur et liberatur mulier a partu. [f. 50r]

[Cap. 99. De rosario.]

30 Rosarium notum est, cuius \flos/ dicitur rosa. Huius arboris quedam est domestica, quedam silvestris. Iterum quedam deffert rosas rubeas, quedam albas. Rosa, ut dicit Platearius, frigida est in primo gradu et sicca in secundo. Rose naribus apposite confortant cerebrum et cor ac spiritus. Rose stiptione sunt et desiccative. Contra fluxum ventris ex colera detur aqua pluvialis, in qua rose sint decocte. Ad idem valet emplastrum ex rosis et albumine ovi et aceto positum super renes et pectinem. Contra
35 vomitum fiat decoccio in aceto et ori stomachi superponatur. Contra sincopim detur aqua decoccionis rosarum, detur eciam pulvis \siccarum/ rosarum in ovo sorbili. Item

5 Ros...zanipro] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 15, p. 186. 6 et scope] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 15, p. 186. | In...consumendi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 15-16, p. 186-187. 12 Contra...mulieres] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 16, p. 187. 24 Katerine] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 119 (p. 812-813). | montis...sanctum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 119 (p. 812-813). 29 quedam...albas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 1, p. 182. 30 Rosa...secundo] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 42 (p. 325, l. 1-2). | Rosa...cor] Ox, c. *De rosa*, f. 61vb et 62rb. 32 spiritus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 12, p. 186. | Rose...desiccative] Ox, c. *De rosa*, f. 84va. | Contra...cathaplasmate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 13, p. 186.

6 similatur] simulatur *Rur. com.* 18 cathaplasmentur] cathaphasmentur *cod.* 21 eius] ante eius, *scr. et post del. vini cod.* 29 dicitur] ante dicitur, *scr. et post exp. fructus cod.* 32 Rose] ante Rose, *scr. et post exp. con cod.*

contra ruborem oculorum, si senciatur punctura, valent rose cocte in aqua et cathaplasmate. In omnibus causis matricum iuvant. Ignem acrum conpescunt. Folia cum vino lixa auferunt dolorem capitis. Cicatricibus oculorum valent. Pulvis rosarum siccos oculos facit. Gingivis medetur. Ventris fluxum stringit et eciam mulierum sanguinis fluxum excludit. Semen pulverizatum putredinem dencium consumit et quando adhuc rosa clausa est, debet colligi et aliquantulum siccari. Rose vulnera sordida et cruenta consolidant. Cinis cum aceto admixtus verrucas emundat. Rose cum aqua potate refrigerant omnem calorem libidinis. Anthos, qui dicitur flos, qui interius reperitur croceus, valet contra fluxum et vomitum. Rosa secundum Avicennam rectificat fetorem sudoris, quando in balneo administratur. Ex viridibus rosis et recentibus fiunt mel rosatum, zucara rosata, sirupus rosatus, oleum rosatum et aqua rosata, que singula habent suas proprietates et naturas, de quibus videamus per ordinem. Mel rosatum valet ad confortandum et mundificandum stomachum ex frigidis humoribus, et debet recipi cum aqua decoctionis seminis feniculi, tribus granis salis additis. Valet eciam adversus ulcera et calefactionis oris. Et fit mel rosatum hoc modo: Recipitur mel album et purissimum et bullitur/ et despumatur et inde colatur, postea adduntur folia rosarum, abiectis stipitibus et quibusdam albis, que sunt in parte inferiori cum forficibus vel alio instrumento. Et minutatim incisa ponantur in melle quod inde coquatur, donec reddatur odor et color sit ruffus. Et in VII libris mellis una rose ponatur. Vel secundum alios in X libris mellis despumati libra una rosarum ponatur et cum postea bullire ceperit, addantur alie quatuor libre rosarum. Eodem modo fit mel violatum, de quo tangam infra de natura herbarum capitulo "viola". Zucara rosata vim habet confortandi et refrigerandi. Valet contra dissenteriam, contra vomitum colericum et sincopin ex calefactione spiritualium, et debet dari cum aqua rosata. Et fit huiusmodi zucara per hunc modum: [f. 50v] Recipiuntur folia rosarum viridium et rubearum ad unam libram et zucara ad quatuor libras, et simul pistantur et conteruntur, et inde ponuntur in vase vitreo ad solem per XX dies et cotidie moveantur, ut bene misceantur, et hec compositio dicitur conserva. Et postea dum debet recipi additur zucara album illi conserve. Sirupus rosaceus vel rosatus fit sic: Rose in aqua decoquuntur et in hac aqua additur zucara vel secundum alios, conteruntur rose virides et in suco qui inde exprimitur, ponitur zucara et iste est melior sirupus. Et nota quod in tanto pondere ponatur zucara quanto est aqua. Aliqui eciam faciunt sirupum ex rosis siccis. Unde sciendum quod talis sirupus ex siccis factus semper est restrictivus in principio et in fine, sed factus ex recentibus in principio laxat et postea stringit. Sirupus rosatus valet contra fluxum ventris et vomitum et detur cum

2 In...croceus] Ox, c. De rosa, f. 62rb et c. De rosa, f. 84va-84vb. 9 valet...rosata] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 2 et 14, p. 182 et 186. 12 Mel...additis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 3-4, p. 182-183. 15 fit mel] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 3-4, p. 182-183. 22 Zucara...spiritualium] Ox, c. De rosa, f. 61vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 42 (p. 325-326, l. 10-11 et 13-15). 24 dari...conserva] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 5, p. 183. 28 Sirupus...sirupus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 7, p. 183-184. 32 faciunt...recentibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 7, p. 184. 33 in³...et³] Ox, c. De rosa, f. 62ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 42 (p. 326, l. 16 et 18). 34 detur...fit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 7-8, p. 184.

2 cathaplasmate] cathasplamate *cod.*; cathasplate *scr. et post sup. l. -ma- cod.* 7 verrucas] vertucas *cod.* 16 et²] ante et, *scr. et post exp. dequoquitur cod.* 22 rosata] rosatus *scr. et post. corr. -a cod.* 24 modum] Pour fere l'huile rosat

Fault fere cuyre l'huile avec les roses dans le balneum-marie et puis les presser fort. Et cela fere par troys foyes tousiours changeant de roses fresches a celle fin que l'huile recoive la vertu *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Pour fere...vertu] Cf. *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 42 (p. 35, col. 2). 25 viridium] viridum *cod.* | quatuor] quator *cod.* 30 conteruntur] ante conteruntur, *scr. et post exp. alii cod.* | suco] suo *cod.*

aqua pluviali vel rosata. Valet etiam febricitantibus post minucionem, si cum aqua frigida potui detur, prodest etiam contra simcopim. Confortat et constipat. Ad febres acutissimas valet multum sirupus violaceus, qui simili modo fit, sed ille est frigidior, de quo dicam infra de natura herbarum capitulo “viola”. Oleum rosatum sic fit: Secundum
 5 quosdam, ut cum oleo communi decoquantur rose vel secundum alios, ponuntur folia rosarum cum oleo in vase vitreo ad solem ferventem per dies quinquaginta et hoc est bonum. Potest etiam alio modo fieri, ut vas vitreum repletum oleo et rosis bene opturatum ponatur in olla vel alio vase pleno aqua super ignem, et ibi vas sit suspensum et bulliat usque ad diminucionem tercie partis aque. Eodem modo fit oleum violatum et
 10 mirtinum. Et valent ista olea contra calefactiones epatis et aliorum membrorum inunccione \facta/ super epar vel super locum caliditatis ut super pulsus, tynpora, palmas manuum vel plantas pedum, quoniam calorem extinguunt. Aqua rosata fit multipliciter, tamen communiter fit in fornello sub capa plumbea vel enea in alambico, vel ad solem positis foliis rosarum in vase vitreo, et illa melior est. Aqua rosata virtutem habet
 15 confortandi et constringendi. Contra fluxum ventris detur simplex vel cum aqua decocionis masticis et garriofilorum, sincopantibus et cardiacam patientibus detur in potu et superaspergatur faciei. In colliriis competentibus ad oculos ponitur et in unguentis ad faciem spectantibus, quia clarificat et asubtiliat. \Rose ne putrescant servantur in favo mellis et idem in aliis floribus, secundum Euclidem.//

20 [Cap. 100. De sethin.]

Sethin, ut dicit Glosa, arbor est orientis nobilissima, spine albe similis. Huius lignum inputreabile est. De hoc ligno fuit arca testamenti et arca Noe, per hoc probatur quod est arbor maxima. Alioquin hec inde non fierent.

[Cap. 101. De salice.]

25 Salix, ut dicit Ysidorus, sic dicitur eo quod facile et cito salit et crescit in altum. Arbor est infructifera et sterilis et secundum Platearium est frigida et sicca. [f. 51r] Hec arbor competit usui medicine secundum corticem, folia et flores. Habent enim virtutem constringendi et consolidandi. Succus expressus foliorum et in potu datus valet contra dissinteriam. Pulvis corticis valet contra ulceracionem intestinorum ex dissinteria et
 30 etiam ad ulceracionem parcium exteriorum, quia consolidat. Idem pulvis cum aceto potui datus et cathaplasmatum verrucas et porros curat. Folia salicis aqua spersa aerem infrigidant, unde ponenda sunt circa febricitantes. Succus ex foliis expressus et in potu datus febres tollit. \Ligna eius preservant vinum ab acetositate, sicut dicam infra de liquoribus capitulo “vinum” circa finem.// Floribus seu seminibus salicis hanc inesse

4 Oleum rosatum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 9, p. 184-185. 10 contra...epatis] Ox, c. *De rosa*, f. 62ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 42 (p. 326, l. 21). 11 inunccione] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 38, 9-12, p. 185-186. 18 \Rose...mellis] Cf. sans titre Erlangen f. 157v. Eis 1, 28, p. 129. 21 Sethin...maxima] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 43 (p. 326, l. 1-2 et 6-10). | Sethin...fierent] Ox, c. *De sethin*, f. 62rb. 25 Salix...est¹] Ox, c. *De salice*, f. 62rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 45 (p. 326, l. 1-3, p. 326). 26 Platearium...sicca] Ox, c. *De salice*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 45 (p. 326, l. 4, p. 326). | Hec...spersa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 5, p. 190-191. 31 aerem...infrigidant] Ox, c. *De salice*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 45 (p. 327, l. 7). 32 ponenda...febricitantes] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 5, p. 191. | Succus...tollit] Ox, c. *De salice*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 45 (p. 327, l. 6). 34 Floribus...infecunda] Cf. PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 5, p. 191.

1 febricitantibus] febebricitantibus *cod.* 2 febres] *ante febres, scr. et exp. et del. predicta cod.* 11 tynpora] tynpara *cod.* 13 plumbea] plumba *scr. et post add. sup. l. -e- cod.* 14 virtutem] vrtutem *scr. et post add. sup. l. -i- cod.* 22 arca Noe] Nota de arca Noe *add. in marg. cod.* 29 dissinteriam] *ante dissinteriam, scr. et post del. et exp. ulceracionem intestinorum ex cod.* 32 foliis] floribus Ox

proprietatem, ut si qua mulier in potu vel alias quomodocumque sumpserit flores eius seu semina, liberos non generat, sed efficitur infecunda.

[Cap. 102. De sorbo.]

Sorbus arbor est, cuius fructus sorbum dicitur et est duplex, quoddam est sorbum
 5 parvum \rotundum/, quod producit ex femella arbore, quoddam maius longum et
 acutum, quod procreatur ex mascula. Sorba frigida sunt et sicca ventrisque constipativa,
 eciam si sint perfecte matura. \Ex sorbis maturis fit vinum sicut de piris, quod valet ad
 constringendum, sicut et ipse fructus.//

[Cap. 103. De siliqua.]

10 Siliqua est arbor, ut dicit Ysidorus, a Grecis sic dicta, eo quod fructus eius dulcis
 est. Succus huius fructus expressus habilis est ad bibendum. Fructus magis est cibus
 porcorum quam hominum.

[Cap. 104. De sandali.]

15 Sandali, ut dicit Platearius, arbor est in India, frigida et sicca. Lignum eius triplex
 est: album, citrinum, rubeum et hoc melius. Valet autem pulvis eius mixtus oleo rosato
 et aceto contra calefactionem epatis, ex hiis scilicet emplastro facto. Eius pulvis et
 cortex feniculi et zucara et papaver album et gummi Arabicum ac pulvis liquiricie simul
 trita et bene pistata ac confecta cum sirupo simplici valent multum contra sitim in
 febribus et contra calefactionem epatis, contra tussim ex calida causa et pectori valet et
 20 hoc dicitur diassandali. Sompnum eciam inducit efficaciter, sed tunc apponatur pulvis
 mandragore.

[Cap. 105. De storace.]

Storax, ut dicunt Platearius et Ysidorus, arbor est Arabie, malogranato proprie
 similis. Ex cuius virgula iuxta solis ortum gutatim lacrima fluit, que reducitur ad
 25 gummi; quod cadit ad terram, mundum non est, et hoc gummi dicitur storax et est melli
 similis. Hoc eciam est duplex, album et nigrum. Album prevalet et est boni odoris.
 Antidotis utile est et est valde calidum. Stomachis frigidis valet decoccio eius cum vino.
 Cerebrum confortat. Duricias nervorum laxat. Ventrem mollit. Raucedinem tollit et
 auribus medetur ac menstruis inparat.

30 [Cap. 106. De sicomoro.]

Sicomorus est quedam arbuscula parva quasi similis quoad lignum sanguino, que
 pulcras producit virgas et eius cortex adheo aderet ligno, quod ex eo fiunt manubria
 cutellorum et nascitur in nemoribus prope Alpes vel secundum alios est arbor magna

4 Sorbus...piris] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 27, 1 et 4, p. 170-171. 10 Siliqua...hominum] Ox, c. *De siliqua*, f. 62rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 44 (p. 326, l. 1-4). 14 Sandali...mandragore] Ox, c. *De sandalis*, f. 65vb-66ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 32 (p. 340-341, l. 1-3, 5-6 et 8-15). 23 Storax...fluit] Ox, c. *De storace*, f. 65vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 31 (p. 340, l. 1-3). 25 quod...similis] Ox, c. *De storace*, f. 65vb et c. *De stor[ace]*, f. 85rb. | cadit...est] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 31 (p. 340, l. 3-4). 26 album...utile] Ox, c. *De storace*, f. 65vb et c. *De stor[ace]*, f. 85rb. | Album...odori] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 31 (p. 340, l. 5-6). 27 calidum...inparat] Ox, c. *De storace*, f. 65vb et c. *De stor[ace]*, f. 85rb. | Stomachis...valet] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 31 (p. 340, l. 8). 31 Sicomorus...Alpes] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 10, p. 192. 33 est...medetur] Ox, c. *De sicomoro*, f. 85ra-85rb.

15 rosato] rasato *cod.* 16 emplastro] *id est* emplastro | et²] ex Ox 20 diassandali] diasandali Ox 33 cutellorum] cultellorum *Rur. com.* | Alpes] *ante Alpes, scr. et post exp. alb cod.*

quoad lignum similis ficui, quoad folia moro. Profert fructum dulcem ut ficus in magna habundancia. Dat etiam gummi quod veneno resistit et spleni medetur. [f. 51v]

[Cap. 107. De scopa.]

Scopa est arbuscula valde parva, similis quasi zimpro, cuius radix est rotunda et
5 etiam adeo dura et nodosa, quod ex ea optimi fiunt ciphi.

[Cap. 108. De sanguino.]

Sanguinus est arbor similiter parva, que multum pullulat in sepibus et pulcras et solidas producit virgulas, ex quibus fiunt bumelli ad aviculas capiendas.

[Cap. 109. De savina.]

10 Savina est arbor satis parva, que semper viridis est, habet folia quasi cipresso similia. Est calida et sicca in tercio gradu, cuius sola folia competunt medicine. Vinum decoccionis \foliorum// eius valet contra dolorem stomachi et intestinorum et contra
15 \dissinteriam//, stranguriam. Cathaplasmata etiam valet \contra/ yliacum dolorem, quia est dyaphoretica et diuretica. Fomentacio etiam ex aqua \vel vino/ decoccionis eius
15 valet contra predicta, menstrua provocat et fetum mortuum educit. Item decocta cum oleo et supposita idem et melius operatur. \Sed mulieribus sterilitatem inducit, si comedatur.// Contra thenasmon ex frigida causa valet, si fiat decoccio eius in aceto et vino et fumun paciens recipiat. \Valet etiam naribus cathaplasmata.//

[Cap. 110. De sambuco.]

20 Sambucus arbor est nota, calida est et sicca in secundo gradu, vel secundum alios calida est in tercio, sicca in primo. Folia, fructus et flores cocta in aqua dolorem pedum sanant, maxime si cum aqua salsa coquantur. In vino et oleo coctum dolorem splenis mollificat. Vinum decoccionis corticis viridis, que est media inter corticem et stipitem, datum in potu valet contra cotidianam, precedente purgacione ante horam accessionis.
25 Radix elixa valet ydropicis et adversus morsus venenatos. Fomentacio adhibita duriciam matricis solvit. Folia virida solvunt tumorem, ydropicis et surdis fomentacio valet. Succus auribus infusus superfluos sonos compescit et similiter vermes \earum/ necat. Fugat scabiem et pruriginem. Succus sambuci etiam cum melle datus vel per se lumbricos interficit. Idem succus tepidus fomento adhibitus prohibet corruptum
30 sanguinem et lac coagulatum solvit. Tussim antiquam compescit, sed recentem auget, vulve subvenit et etiam dolori dencium in ore tentus. Desiccative virtutis est et conglutinative. Aqua florum est multum purgativa et dissolutiva humorum que circa cor occurrunt.

4 Scopa...ciphi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 15, p. 192. 7 Sanguinus...capiendas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 11, p. 192. 10 Savina...operatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 6-7, p. 191. 17 Contra...recipiat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 7, p. 191. 20 Sambucus...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 8-9, p. 191. 21 calida...sanant] Ox, c. *De sambuco*, f. 84vb. 22 aqua...coquantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 9, p. 192. | In...mollificat] Ox, c. *De sambuco*, f. 84vb. 23 Vinum...corticis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 9, p. 191-192. | viridis...stipitem] Ox, c. *De sambuco*, f. 84vb. 24 contra...accessionis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 9, p. 191-192. 25 Radix...pruriginem] Ox, c. *De sambuco*, f. 85ra. 28 Succus...interficit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 9, p. 192. 29 succus...conglutinative] Ox, c. *De sambuco* f. 85ra.

4 zimpro] zampro *Rur. com.* 5 ciphi] ante ciphi, scr. et post exp. cibi cod.; id est scyphi 8 bumelli] brevexilli *Rur. com.* 10 Savina] Sabina *Rur. com.* 18 fumun] id est fumum 26 virida] id est viridia 31 tentus] tentis cod. | virtutis] virtutis cod.

[Cap. 111. De spina alba.]

Spina alba arbor est valde parva, que optima est pro sepibus et clausuris, quia habet valde acutas spinas. Frigida est et sicca in primo gradu et eius decoccio confert podagre et mollificationi stomachi.

5 [Cap. 112. De spina Iudayca.]

Spina Iudayca melior omnibus est pro sepibus, quia in quolibet folio duas habet spinas, unam longam, acutissimam; aliam minorem retortam et spissam. In ramo huius arboris solent ficus et alii fructus in spinis affixi desiccari.

[Cap. 113. De spina cervina.]

10 Spina cervina non est tantum spinosa ut ceterae arbores statim precedentes. Ex ea fiunt optimi pali pro vineis, quia sub terra longo tempore durant.

[Cap. 114. De thilno.]

Thilnus arbor est orientis, ut dicit Glosa, spinosa et rotunda. Eius ligna regina Sabba tu- [f. 52r] lit Salomoni, que sunt inputrebia, alba, polita fulgentque ut marmor.

15 [Cap. 115. De tilia.]

Tilia arbor est dicta, eo quod ab ea tela fiant pro sui levitate vel dicitur ab insula Tilos, in qua arbor numquam deponit folia, sed semper ibi virent arbores et habent frondes. \De medula huius arboris nascitur serpens tiliacus, de quo dixi supra de natura serpentum capitulo "tiliacus".//

20 [Cap. 116. De tasso.]

Tassus est arbor, ut dicit Ysidorus, venenata, unde ex ea tossica venena exprimuntur. Dormientibus sub ea mortifera est. Toto anno viret. Quando dolatur una parte alia albet. Carbo sui ligni ignem Grecum servat inextinguibilem. Hec arbor alias dicitur ivus, sicut dixi supra \capitulo/ "ivus". Optima est pro balistis et arcibus faciendis. \Et notandum secundum Girvasium quod in insulis Balearibus invente sunt baliste, arcus et funde. Et sunt Baleares insule scilicet maior, que vulgariter Maiorica \et/ minor, que Minorica dicitur.//

2 Spina...stomachi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 12, p. 192. 6 Spina...spissam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 13, p. 192. 10 Spina...spinosa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 14, p. 192. | Ex...durant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 39, 14, p. 192. 13 Thilnus...marmor] Ox, c. *De timo*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 46 (p. 327, l. 1-2 et 6-8). 16 Tilia...virent] Ox, c. *De tylicia*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 49 (p. 327, l. 1-2) et 10, 50 (p. 327, l. 1-2). 21 Tassus...exprimuntur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 48 (p. 327, l. 1-2). | Tassus...inextinguibilem] Ox, c. *De taxo*, f. 62va et c. *De taxo*, f. 85vb. 22 Toto...viret] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 48 (p. 327, l. 4). 24 Optima...faciendis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 35, 1, p. 180. 25 in...Minorica] IOHANNES RAYNAUDUS, *De origine iuris*, f. CLXra. | in...dicitur//] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 132-133) et 2, 12 (p. 344-345), et IOHANNES RAYNAUDUS, *De origine iuris*, f. CLXra.

3 podagre] podagre *scr. et post exp. -r- cod.* 13 Thilnus] Tymus Ox 14 Salomoni] Salamoni *cod.* 21 Tassus] Taxus Ox 27 Minorica] Minorica *cod.*; ante Minorica, *scr. et post exp. dicitur cod.*

[Cap. 117. De terebinto.]

Terebintus est arbor, ut dicit Ysidorus, alta, foliis pulcra, inter omnes nobilissima. Rassinam generat multum odoriferam et omnium ressinarum preciosiorem. Semen \eius/
confortat stomachum. Calida et sicca est et diuretica. Ressina est alba vitrei coloris.
5 Dissolvit, laxat, rumpit, si amplastrum ex farina ordei fiat. Propter matricis
precipitacionem fiat suppositorium de bombice ad rumpendum.

[Cap. 118. De tamarisco alias thamarido.]

Tamariscus \alias thamaridus/ est arbor calida et sicca in secundo gradu. Vinum
decoccionis eius valet ad opilacionem splenis et epatis, \dixi supra de anathomia
10 humani corporis capitulo "splen"//. Item stranguriam dissolvit et plus in cibo cocta. Ad
idem valet frequens potacio cum vase ex tali ligno facto. Cortices autem maioris sunt
efficacie quam folia.

[Cap. 119. De thure.]

Thus, ut dicit Platearius, arbor est ramosa et alta in foliis piro similis, circa cuius
15 ortum extenditur cortex tenuis, tunc laxatur. Ex modico vulnere lignorum efluit quedam
rassina, que dicitur thus et induratur. Calidum est et siccum. Et est duplex, quoddam est
album parvum et rotundum, quod est de Arabia et dicitur masculinum propter
rotunditatem ut testiculi et istud est melius. Dolorem aurium mitigat \et eciam dicitur
olibanum a monte olibani Arabie. Aliud est thus ruffum quod provenit de India, non ita
20 bonum. Thus ad multa est medicinale.// Cum vino mixtum valet pro mamillis; cum
similia et oleo rosato tumoribus intraneorum bibitum auxiliatur. Tumores \et lacrimas/
oculorum et reuma suspendit, \si fiat emplastrum ex eo pulverizato, addito albumine
ovi et vino albo, et imponatur super tempora.// Contra eciam reuma capitis in ore tenta
duo grana \alba/ diucius, postea glutita multum restringunt. Vulnere oculorum inpedit.
25 Virtutem habet confortandi et constringendi ex conglutinatione. Valet contra fluxum
ventris. Contra uvam masticatum prodest. Prohibet fluxum humidum. Detur vinum
decoccionis eius ad confortandum matricem, mundificandum et conceptum iuvandum
fiat fumigium. Ad idem valet suppositorium ex pulvere eius miscendo, et melius cum
trifera magna, et panni intincti pectini supponantur sepius. Hoc multum confortat
30 matricem. Ad mamillas, panni intincti in aceto cum pulvere thuris mamillis inponantur.
Contra dolorem pectoris accipiat thus lucidissimum et pulverizetur et cera recens et
butirum non salsum. Hec tria equo pondere liquescant ad ignem et bene commisceantur
in vase, et post refrigeracionem iterum ad ignem emolita super pelle omnia pectori

2 Terebintus...preciosiore] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 47 (p. 327, l. 1-3).
Terebintus...Calida] Ox, c. *De terebinto*, f. 62va et c. *De terebinto*, f. 85vb. 4 est¹...rumpendum] Ox, c.
De terebinto, f. 85vb-86ra. 5 rumpit...fiat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 47 (p. 327, l. 4).
8 Tamariscus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 40, 1, p. 193. | est...epatis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2,
40, 1, p. 193. 10 Item...folia] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 40, 1, p. 193. 14 Thus...efluit] Ox, c. *De*
thure, f. 66ra et c. *De thure*, f. 85rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 33 (p. 341, l. 1-5).
16 thus...siccum] Ox, c. *De thure*, f. 66ra-66rb et c. *De thure*, f. 85va. | est³...rotundum] Cf. THOMAS
CANTIM., *Liber de natura* 11, 33 (p. 341, l. 8-9). | est³...bonum] Ox, c. *De thure*, f. 66rb et c. *De thure*, f.
85rb-85va. 20 Cum...suspendit] Ox, c. *De thure*, f. 85va. 23 Contra...multum] Cf. THOMAS CANTIM.,
Liber de natura 11, 33 (p. 341, l. 17-18). | Contra...inponantur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura*
11, 33 (p. 341, l. 10-14). 31 Contra...inponantur] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 33 (p. 341,
l. 10-14).

3 Rassinam] resinam Ox 4 diuretica] durezza cod. | Ressina] Resina Ox 5 amplastrum] emplastrum
Ox 14 cuius] canis Ox 15 quedam] ante quedam, scr. et exp. thus cod. 16 rassina] id est resina
26 uvam] ante uvam, scr. et post del. h cod. 29 trifera] triphara Ox 32 equo] equali Ox 33 omnia]
ovina Ox

inponantur. \Contra grossiciem narium cum rubore ex humorum fluxu a capite detur vinum decoctionis olibani vel dentur pullule ex eo demane, et post detur vinum sero cum vadit dormitum. Idem si transgluciat thus parvum rotundum.//

[Cap. 120. De ulmo.]

- 5 Ulmus arbor magna et valde umbrosa, unde solet in plateis civitatum et locorum plantari, ut reddatur unbra. Ex cuius ligno fiunt trabes muzoli rotarum et fuzoli molendinorum et scale tu- [f. 52v] rium, quia est valde tenax lignum nec facile scinditur et potius curvatur quam rumpatur, unde optime fiunt furce et furcones. Et dicit Ysidorus quod hec arbor si arefacta fuerit, reviviscit, si perfusa fuerit et in terra secundario fixa.
- 10 Cortex eius media prodest ad mollificationem nervium. Folia huius arboris optima sunt pro pabulo boum.

[Cap. 121. De vinco.]

- Vincus est arbuscula, que plantatur ut salix et est eiusdem nature. Facit virgas croceas, quedam tamen facit nigras, quedam rubeas. Alia tamen est species vincorum,
- 15 que gorre vocantur, que optime sunt pro tinis et vegetibus, quia longas et valde tenaces virgas producant. Quod contingit \si/ relinquatur modicus stipes ad modum vicium vinearum et quolibet anno inscidantur virgule. Nam si ad libitum relinquatur crescere fit magna arbor ut salix.

[Cap. 122. De videto.]

- 20 Videtus arbor est nota, que in locis delectatur aquosis, ex qua fiunt pro vineis competentes pali.

[Cap. 123. De vite.]

- Vitis arbor est satis nota \et quod sit arbor est textus in l. III in principio ff Arborum furtim ces.//. Cuius fructus uva dicitur, ex cuius succo fit vinum et est
- 25 preciosissimus liquor, de cuius liquoris virtute et efficacia dicam plene infra de liquoribus capitulo "vinum". Huic arbori numquam deficit fructus, si recte colatur et nisi inpediat intemperies aeris. Et diutissime vivit. In Cipro sunt vites, que omni mense botros habent et vina ibi ita forcia sunt, ut quatuor partes aque et quinta vini misceantur ad bibendum. Et notandum quod diverse sunt species vicium secundum diversitatem
- 30 fructuum, uvarum, botrorum seu racemorum. Nam quedam sunt albe, quedam nigre, quedam cree, quedam medie, quedam Lambrusce, quedam Brumeste et alie que sunt note apud rurales et eos qui circa Ruralia comoda vaccant. \Et nota quod vitem seu vineam primo plantavit Noe, videlicet de lanbruscis silvestribus, et inde ad culteram

5 Ulmus arbor] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 1, p. 193. 6 Ex...furcones] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 1, p. 193-194. 8 dicit...reviviscit] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 52 (p. 329, l. 1). dicit...fixa] Ox, c. *De ulmo*, f. 62vb. 10 Folia...boum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 1, p. 194. 13 Vincus...producant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 1, p. 193-194. 20 Videtus...pali] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 3, p. 194. 23 Vitis arbor] Ox, c. *De vite*, f. 62va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 51 (p. 327, l. 1). | est¹...nota] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 1, p. 1. | est²...ces//] Cf. D. 47, 7, 3, prologus. 24 Cuius...liquor] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 1, p. 1. 26 numquam...bibendum] Ox, c. *De vite*, f. 62va-62vb. 27 In...bibendum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 10, 51 (p. 328, l. 12-14). 29 diverse...Brumeste] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 4, 1, p. 4 et 4, 4, 15-16, p. 9. 33 vineam...Noe] Cf. IOHANNES RAYNAUDUS, *De origine iuris*, f. CLIXvb.

1 inponantur] imponatur Ox 3 transgluciat] transluciat *cod.* 20 Videtus] Videctus *Rur. com.* 26 recte] ante recte, *scr. et post exp. diu cod.* 30 botrorum] ante botrorum, *scr. et post del. et exp. bro cod.* 31 Brumeste] Bumestae *Rur. com.*

deduxit.// In Galliis, regno Aralatensi prope Avinionem est castrum dictum Rocamaure, supra Rodanum, in cuius territorio sunt vites de brumestis, que omni anno florent et racemos producunt, sed adveniente festo beati Iohannis Babbiste evanescunt. In Narbonensi provincia, ad confinium montis Pessullani, est castrum Montisferrandi, in cuius territorio, filice succisa atque combusta, terra more novalium, aratroque scissa vites producit sine plantatore et sic vinea beneficio nature facta per triennium vina facit optima, exhinc ad sterelitatem silvestrem redit. In vitis arbore multe sunt nature et proprietates tam in foliis, floribus quam in eis lacrima, uva, botro seu racemo \et cortice/ et aliis, de quibus seriatim videamus. Folia vitis vulnera mundant et sanant, in aqua decocta calorem febrilem refrigerant, estuacionem \et tumorem stomachi solvunt. Sunt enim stiptica// et dolorem cerebri mire sedant, pregnantibus adiuvant, sompnium provocant et cerebrum confortant. Cum farina ordeii calidam arteticam curant secundum Plinium. Valet contra dissenteriam si eorum succus bibatur. Fluxum matricum fomento adhibito curant. Idem de cortice vitis elixa et bibita. Vulnerum sanguinem [f. 53r] sedant ipsumque vulnus conglutinant et sanant. Cinis corticis per se pilos ablatis restaurat et multiplicat. Cinis viciu[m] fistulam purgat et nervorum dolores mitigat, scorpionum et canum plagas cum oleo sanat. Lacrima vitis potata calculos frangit, \inpetiginem et scabiem sedat//. Visum acuit, linpidinem et pruritus oculorum tollit, morsibus venenosis succurrit et ventrem sistit. Ad idem valet cinis eius cum succo rute et oleo admixtus. Radix vitis elixa in aqua mixta vino valet ydropicis, sedat tussim. Flores vitis serpentes necant. Uva, qui est fructus vitis, est duplex, quedam est acerba seu agrestis, quedam matura, alia vero et tertia est que fit artificialiter ex uva matura, que dicitur uva passa. Acerba est frigida in tercio gradu, sicca in secundo et tres habet substantias, scilicet grana, corticem et succum. Granorum natura sicca est et dura, nullius conversionis in corpore, sed integra egreditur, sed farina ex eis pistatis \alias pasta/ facta bibita confortat et colericam egestionem stringit, maxime si assentur. Cortex uvarum acerbarum grossus est, nec convertitur, et ideo non nutrit, confortativus est stomachi et epatis calorem extinguit, sitim auffert, acumen colere rubei mitigat; vomitum et egestionem colericam stringit; oculis appositus palpebrarum grossos humores exsiccatur et extenuat. Item valet ad pruriginem oculorum et asperitatem. Succus vero uve acerbe ante dies caniculares ad solem poni solet, ut siccetur et spissetur ut mel. Hic valet humoribus ad gulam descendentibus et ad gingivas et auriculas. Si clistere facias, valet vulneribus intestinorum et diuturnis humoribus in vulnera descentibus. Et hic succus spissus dicitur acrestum siccum, quod est fiendum per hunc modum: Accipe uvas acerbissimas et pista et exprime ac pone in vase ex ere rubeo supra ignem et coque, donec coagulationi ap[ro]pinquet, deinde in alio vase repone et soli, donec siccetur vel ponitur ad solem absque igne, ut predixi. Aliud fit agrestum liquidum: Cum uve sunt

1 est...redit] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 36 (p. 634-635) et 3, 102 (p. 758-759). 9 Folia...estuacionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 2, p. 1. 10 \et...stiptica//] Ox, c. *De vite*, f. 86ra. 11 mire...bibatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 2, p. 1-2. 13 Fluxum...curant] Ox, c. *De vite*, f. 86rb. 14 Vulnerum...frangit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 2, p. 1-2. 17 \inpetiginem...sedat//] Ox, c. *De vite*, f. 62vb. 18 Visum...linpidinem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 2, p. 1. | pruritus] Ox, c. *De vite*, f. 86rb. oculorum...admixtus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 1, 2, p. 1-2. 20 Radix...necant] Ox, c. *De vite*, f. 62vb et c. *De vite*, f. 86rb. 21 Uva qui] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 19, 1-2, p. 44 et 4, 25, 2-3, p. 51-52. 37 fit...ponunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 25, 1, p. 51.

4 Montisferrandi] montis Ferrandi *Otia imp.* 5 filice] silice *cod.* 7 sterelitatem] *id est* sterilitatem nature] *ante* nature, *scr. et post exp.* arbo *cod.* 8 botro] *ante* botro, *scr. et post del. et exp.* brot *cod.* 18 linpidinem] lippitudinem *Rur. com.* 25 farina] *ante* farina, *scr. et post exp.* cum *cod.* 29 appositus] appositus *cod.* 31 siccetur] sicce- *scr. et post add. sup. l. -tur cod.* 32 clistere] cristere *cod.* 33 vulneribus] vuulneribus *scr. et post exp. -u- cod.* | vulnera] vulvam *Rur. com.* 34 acrestum] agrestum *Rur. com.*

adhuc agreste et acerbe, sed ad debitum vel quasi supervenerunt augmentum, tunc colliguntur et pistantur et in vas ponuntur ad solem modico salis addito et postquam duobus vel tribus diebus ad solem steterit, accipitur succus et repositus usui conservatur. Quidam tamen nullum sal ponunt. In salsamentis eciam tempore suo utuntur gentes,
 5 quod multum valet propter acetositatem ad coleram et humores frangendos et refrigerenda interiora, maxime tempore estatis. Digestionem confortat, sitim auffert. Uva matura sanguinem laudabilem facit et plusquam ficus nutrit et fit ex ea vinum de cuius natura dicam in loco supradicto. Eius ossa sunt frigida et sicca. Cortex eciam eius frigidus est et siccus et ad digerendum durus. Indurat egestionem, ventositatem generat
 10 et humores. Uve mature, si ante comestionem comedantur, corpus purgant. Tamen uve mature suspense et ab humoribus superfluis desiccate ceteris uvis sunt [f. 53v] laudabiliores. Uva passa multum prodest et decocta in vino cum pulvere cinamoni. Valet vinum decoccionis contra frigidam tussim. Et fit uva passa in clipanum posita vel aliquantulum in aqua ferventi submersa et demum siccata ad solem. Et aliqui ponunt
 15 postea in musto et alii in melle et subsequenter desiccant, que expertis relinquo. \\Uva potest nasci sine granis et ossibus, si fiat et adhibeatur modus, de quo dixi supra capitulo “cesarus”. Item nota quod si inseratur vitis in cerasum vel pirum vel malum, inveniuntur uve mature, quando cerasa sunt matura vel pira vel mala. Vitis potest inseri in ulmo et moro. Et ut producat uvas partim albas et partim nigras ramos duos vitis nigre et albe ita
 20 inter se vinculo stringes ac torques et germina miscere cogantur et obruti et stercoreati tunc germen producet duorum colorum et similiter fructus. Item ut producat vitis in una parte botros albos et alia rubeos. Si alba et rubea vites sunt vicine, quando putantur, utramque in longum divide, mediamque partem unius alteri coniunge ita quod germen utriusque partis maneat absque destruccione et circumliga cum molli lino post hoc tribus
 25 diebus in terram cum aqua rigabis quousque frondes prorumpant. Dicit Euclides quod uva crescere potest in ceraso et maturari tempore cerasorum, si plantes vitem sub ceraso et cum videris ipsam convalescere, perfora cerasum cum apto terebello per quod foramen trahe vitem que sit excoriata in illa parte que infra arborem permanet et cum fuerit bene arbori coniuncta et consolidata amputa inferius stipitem vitis, bituminando
 30 ad arborem locum seccionis.//

[Cap. 124. De zesulo.]

Zesulus arbor est parva multum scabrosa, cuius folia multa quasi in uno ramulo sunt coniuncta, simulque tempore hyemis ab arbore cadunt, cuius fructus similis est baccis rosarum vel fructui cornii vel olive, sed est coloris rubei, unum tamen infra
 35 habens os. Eius lignum interius est rubeum et solidum atque pulcrum, ex quo fiunt cithare et alia musica instrumenta. Aerem desiderat temperatum. \\Nam/ frigus formidat et in terra pingui et soluta letatur. Seritur nucleis suis, que demum post biennium vel triennium transfertur. Seritur eciam plantis cum radicibus matris. Et colliguntur zesula

6 Digestionem confortat] Ox, c. De vite, f. 86ra. 7 Uva... nutrit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 19, 3, p. 44.
 8 Eius... desiccant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 18, 2 et 4-5, p. 42-43 et 4, 19, 3-5, p. 44-45. 17 si... moro] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 8, 2, 31-33 (p. 80) et 8, 7, 3, p. 22. 19 ramos... colorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 8, 7, 5, p. 23. 21 vitis... prorumpant] Cf. St, f. 66va. 26 crescere... locum] Cf. *Erlangen* f. 159r. Eis, 1, 39, p. 131. 32 Zesulus... edendum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 28, 1-2 (p. 172).

1 supervenerunt] supervenerint *cod.* | tunc] ante tunc, *scr. et post exp. et cod.* 3 steterit] steterint *Rur. com.* 13 clipanum] cripano *Rur. com.* 17 cerasum] cesarum *cod.* 20 torques] torque<bi>s *Rur. com.* 22 putantur] amputantur *Erlangen* 24 destruccione] distraccione *Erlangen* 25 rigabus] irrigabus *Erlangen* 36 cithare] chitaræ *Rur. com.* | frigus] ante frigus, *scr. et post exp. nec cod.*

vindemiarum tempore. Delectabilia sunt ad edendum et sunt dulcia ac calida. Multum conferunt guturi et stomacho.

[Cap. 125. De zampro.]

Zamprus est arbuscula parva satis nota, que communiter oritur in terra arenosa et
 5 fere sterili et maxime in littore maris et in montibus. Huius arbuscule due sunt species, videlicet mascula, que in altum erigitur et valde modicum fructum facit, et femella, que iuxta terram quasi serpendo expanditur, que miro modo toto fere anno fructificat et fructus maturat. Item est tertia species valde pulcior et melior, cuius fructus est croceus et grossus ut parva cerasa, sed fructus superioris speciei est niger et parvus. Hec arbor
 10 silvestris est, seritur suis nucleis vel plantis cum radice erradicata de matre. Eius lignum rubeum est et odoriferum, competitque verubus, que suum saporem carnibus ex ipsis assatis conferre dicuntur. Fiunt etiam de hoc ligno coclearia pulcra. Fructus eius calidus est et siccus et multum valet contra frigidam tussim comestus et in vino coctus, si vinum bibatur et ipse fructus edatur. Rami eius cum fructu et frondibus in aqua vel vino cocti,
 15 et in vase ex muffa infecta cum ipso vino vel aqua calidissima positi, et obturato vendone in eodem agitati, vasa mirabiliter liberant, ipsisque odorem et saporem laudabilem prestant.

[Cap. 126. De zimro.]

Zimrus est arbor, cuius cortex grossus est et optimus ad planillas. Et si hec arbor
 20 scorietur, statim renascitur ei novus cortex, quod est contra naturam aliarum arborum, que excorticate moriuntur.

[Cap. 127. De zucara.]

Zucara, ut dicit Platearius, calida est et humida in primo gradu. Sunt canne in partibus orientis, que cum mature fuerint radicitus evelluntur, quarum summitates ad
 25 mensuram duorum palmorum abscise a terra pro futuro germine affiguntur. Reliquum vero cannarum pro frustra cissum teritur et liquor in vasis recipitur. Receptum que bullitur. Cumque totus videbitur transire in spermam exhauritur et in vasis reponitur et cooperitur quod palescit citrinum fit [f. 54r] et hoc in acutis febribus non debet dari. Alba zucara frigida et melior. Contra dolorem pectoris et tussim valet. Item contra
 30 dolores capitis ex calida causa et ad solutionem ventris, accipiatur zucara et aqua cocta cum violis commisceatur, et patientibus iste potus detur.

[Tit. XIV.] De natura herbarum et de earum proprietatibus et efficacia.

[Cap. 1. Generaliter.]

Premito aliqua generalia circa hunc tractatum antequam ad plantas et herbas in
 35 particulari descendam. Unde sciendum quod in seminatione herbarum grana debet eligi non corrupta, et seminari cum luna fuerit in augmento. Transplantacio herbarum fieri potest exceptis spinaciis, atriplicibus et anetis, que se transplantari non paciuntur. \Sed notandum quod herbe sicut arbores plantari, transplantari vel replantari debent luna

4 Zamprus...prestant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/1, 29, 1-3 (p. 173). 19 Zimrus...excorticate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 5/2, 41, 4 (p. 194). 23 Zucara...detur] Ox, c. *De çucara*, f. 68vb-69ra. 35 quod...anetis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 10-11, p. 204 et 11, 32, 1-2, p. 235.

4 Zamprus] Zaniprus *Rur. com.* 12 coclearia] cloquearia *cod.* 15 infecta] infecto *cod.* | obturato] obumbrati *cod.* 19 Zimrus] Zuvurus *Rur. com.* 24 orientis] Yspanie Ox 26 cissum] id est scissum 27 spermam] spumam Ox 35 particulari] pariculari *scr. et post add. sup. l. -t- cod.* 37 non] ante non, *scr. et post exp. se cod.* 38 transplantari] transplari *cod.*

plena vel antiqua. Semina tamen debent seri luna nova et crescente, dicam infra de VII planetis capitulo “luna”.// Herbis multa accidunt nociva, maxime \in ortis/, ex limacibus et erucis et formicis, muribus, talpis \et ex nebulis et rubigine aeris// adversus que videamus de remediis. Contra limaces est remedium ut demane et singulis diebus, 5 maxime tempore pluviali et humido, colligantur et interficiantur. Contra formicas est remedium quod dixi supra de natura vermium capitulo “formice”, et ibi vide, quod etiam prodest adversus mures et talpas, ut ibi tetigi. Contra erucas semina, que spargenda sunt, sempervive succo madefiant, vel sanguine erucarum, vel quod sepiissime colligantur et occidantur. Contra nebulas et rubiginem paleas et stragmenta 10 pluribus locis per ortum disposita simul omnia, cum nebulam videris instare, combure. Nota insuper quod herbe, ut sint magis virtuose et medicinales, colligi debent, cum ad suam integritatem et perfeccionem devenerint, antequam florum alteretur color et cadant. Sed semina colliguntur postquam perfecta sunt et matura, quando cruditas et aquositas ab eis exsicatur. Radices sumende sunt, cum adest foliorum casus. Flores vero 15 colligendi sunt post apericionem integram ante exterminacionem et casum. Nota tamen quod illa que colliguntur descescente luna, meliora sunt et magis servabilia hiis, que colliguntur in eius augmento. Et similiter quecumque colliguntur in claro aere, meliora sunt hiis, que in tempore humido colliguntur. Herbe silvestres forciores sunt domesticis et simili modo herbe, que in montibus et locis siccis maioris ac forcioris sunt virtutis et 20 magis sunt odoriffere. Virtus herbarum debilitatur post duos aut tres annos secundum Plinium. Herbe, flores et semina servanda sunt in locis siccis et obscuris et sacculis aut vasis constricta, ne odor et virtus exalet. Radices autem in subtili arena servantur, nisi sint radices que soleant siccari et siccate servari.

[Cap. 2. De absinthio.]

25 Absinthium herba est calida in primo gradu et sicca in secundo. Duas dicitur habere virtutes contrarias, scilicet laxativam et restrictivam, laxat quidem quia amara, constringit quia succus eius grossus est, ponticus. In Maio debet colligi et in umbra siccari. Contra lumbricos \in inferioribus intestinis/, valet et detur cum pulvere centauree \vel betonice vel persicarie// vel nucleorum persicorum vel eius foliorum. 30 Valet etiam contra opilacionem splenis et epatis. Ad menstrua provocanda detur succus eius, vel fiat suppositorium ex eo et apio et artemisia coctis in oleo. Contra ebrietatem, detur succus addito melle. Succus etiam cum aceto et aqua calida suffocacioni fungorum occurrit. Contra dolorem et humorem membrorum ex percussione, fiat ex

4 Contra limaces] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 14, p. 205. 5 Contra formicas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 14, p. 205. 7 mures...talpas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 15, p. 205. | Contra...combure] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 14, p. 205. 12 antequam...postquam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 16-17, p. 206. 13 cruditas...casum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 17, p. 206. 16 colliguntur...domesticis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 18, p. 206. 19 et³...servari] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 2, 18-19, p. 206-207. 25 Absinthium...restrictivam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1, p. 213. 26 laxat...est] Ox, c. *De absinthio*, f. 66rb-66va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 2 (p. 343, l. 4-5). 27 ponticus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1, p. 213. | In...siccari] Ox, c. *De absinthio*, f. 70vb. 28 Contra...intestinis/] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1, p. 213. | valet et] Ox, c. *De absinthio*, f. 66rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 2 (p. 343, l. 6). | detur...centauree] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1, p. 213. 29 betonice...persicarie//] *Circa instans*, c. *De absinthio*, Venetiis, 1525, f. 189ra. | vel²...foliorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1, p. 213. 30 opilacionem...epatis] Ox, c. *De absinthio*, f. 66rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 2 (p. 343, l. 6-7). | Ad...melle] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 1-2, p. 213. 32 cum...calida] *Circa instans*, c. *De absinthio*, Venetiis, 1525, f. 189ra. | suffocacioni...occurrit] Ox, c. *De absinthio*, f. 70va. 33 Contra...removet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 2, p. 213.

2 capitulo] capitulo capitulo cod. 15 apericionem] apericionem cod. 31 suppositorium] supposito- scr. et post add. sup. l. -rium cod. 33 Contra] Cotra cod. | humorem] livorem *Rur. com.*

succo absinthii et pulvere cimini et melle enplastrum. Contra vermes aurium, instilletur succus eius. Succus eius potatus vissum clarificat et oculis impositus ruborem removet. Ad digestionem confortandam [f. 54v] valet. Ventrem mollit, coleram deponit, fastidium tollit. In oleo coctum, si ex eo corpus ungatur, preservat a pullicibus. Capitis
 5 dolorem cedit. Venenosis morsibus cum vino bibitum valet. Eius decoccio potata ventris inflaturam curat teste Platearius. Libros et pannos a muribus et tineis tutos reddit, et encastrum et cartas a corruptione preservat.

[Cap. 3. De aneto.]

Anetum calidum est \in II° et/ siccum in secundo gradu. Decoccio foliorum et
 10 seminis valet ad strangurium. Anetum menstrua deducit, superfluos humores siccit, emoroydas stringit. Stomachum et cerebrum confortat. Contra dolorem matricis facisculi aneti bulliant in vino et cathaplasmentur. Semen eius ventositatem, tumorem et inflacionem dissolvit et similiter rami eius et ipsum semen ventrem de humorum putredine mundificat. Hec habet proprietatem extinguendi singultum. Assidua comestio
 15 aneti, secundum Avicennam, debilitat visum. Urinam provocat et dirigit. Combustum valet contra vulnera putrefacta et diuturna in veretro nata. Flos eius coctus cum oleo valet dolori capitis, si ungatur, ut dicit Platearius et Seneca. Contra vicium pectoris ponantur \ficcus/ sicce per totam noctem in succo aneti, et adiciatur mane modicum vini et bulliat bene, et detur collatura.

20 [Cap. 4. De aloë.]

Aloen, ut dicit Platearius, herba est calida et sicca \usque tercium gradum inclusive secundum Avicennam//. Succus huius herbe dicitur aloë et fit hoc modo: Aloen herba teritur et succus exprimitur, diuque bullitur ad ignem, soli exponitur et servatur. Illud vero quod superius purum est epaticum dicitur, quod in medio minus
 25 purum cicotrinum dicitur. In fundo manens fetulentum galbanum dicitur \et istud galbanum reputatur de specie galbani, de quo dixi supra de natura arborum capitulo "galbanum"//. Omnia huiusmodi genera amarissima sunt. Habet autem aloë vires consolidandi ossa fracta superligatum. Sumptum fleuma purgat, membra confortat, stomachum purgat, visum clarificat, opilacionem splenis et epatis apperit. Caput relevat.
 30 Curat pudibunda prepucii, superfluitates membrorum extinguit. Discoloratam faciem colorat. Licet ori sit amara, dulcis est stomacho, cum vino \debet/ distemperari vel succo absinthii. Cerebrum confortat. Aloë mundificat ulcera. Menstrua provocat. Ab ytropisi conservat. Instillatum vermes capitis evocat. Tumorem gingivarum mitigat. De specie

3 Ad...valet] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 2 (p. 343, l. 10-11). | Ad...Platearius] Ox, c. *De absinthio*, f. 66rb et c. *De absintio*, f. 70va-vb. 4 Capitis...dolorem] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 2 (p. 343, l. 7). 6 Libros...corruptione] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 8, 2, p. 213. 9 Anetum...est] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 6, 1, p. 211. | \in II°] *Circa instans*, c. *De aneto*, Venetiis, 1525, f. 188ra. | et/...strangurium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 6, 1-2, p. 211. 10 menstrua...confortat] Ox, c. *De aneto*, f. 70vb. 11 Stomachum...confortat] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 3 (p. 343, l. 6). | Contra...visum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 6, 2, p. 211-212. 15 Urinam...dirigit] Ox, c. *De aneto*, f. 66va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 3 (p. 343, l. 7). 16 valet...nata] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 6, 2, p. 212. | Flos...collatura] Ox, c. *De aneto*, f. 70vb. 21 Aloen...sicca] Ox, c. *[De aloë]*, f. 62vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 2 (p. 332, l. 1). 22 Succus...dicitur²] Ox, c. *[De aloë]*, f. 62vb-63ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 11, 2 (p. 332, l. 1-6). 27 Omnia...mitigat] Ox, c. *[De aloë]*, f. 63ra et c. *De aloë*, f. 79va-79vb.

2 vissum] *id est visum* 5 cedit] *id est sedat* 10 menstrua] *mestrua cod.* 12 facisculi] *id est fasciculi* 21 Aloen] *Aloë Ox* 22 aloë] *aloa Ox* 24 epaticum] *apaticum Ox* 25 cicotrinum] *occitrinum Ox* galbanum] *cabalinum Ox* 30 Curat] *circa Ox* | prepucii] *precipue Ox*

aloen dicitur esse herba dicta zinbara, \de qua dicitur infra/. Nota tamen quod aliud est aloes, que est arbor, de qua dixi supra de natura arborum capitulo “aloes lignum”.

[Cap. 5. De apio.]

Apium herba est. Et apium quoddam est domesticum, aliud silvestre, et iterum
 5 domesticum aliud ortense et aliud aquaticum. Ortense quod in ortis nascitur, calidum est
 in principio tercii gradus et siccum in medio \tercii/, ideoque coctum vel crudum esui
 datum opilacionem apperit, urinam provocat et ventrem stringit. Habet autem
 proprietatem constipacionem membrorum solvendi et viam humoribus faciendi, eosque
 10 ad stomacum, vulvam et capud atrahendi, unde epilepticis et pregnantibus nocet,
 maxime pregnantibus, quia solvit retinacula fetus. Et vomitum inducit. Vinum decoccionis
 eius torcionem ventris factam ex ventositate compescit. Semen maioris est efficacie,
 secundo radix, tercio herba. Aquaticum autem raninum dicitur eo, quod in aquis
 nascitur, ubi rane morantur, vel eo, quod renibus opitulatur. Parum est calidum, \set
 15 secundum Avicennam est calidum in primo et siccum in secundo apium in omni sua
 specie//. Unde digestibilius est et calidis naturis conveniens et cathaplasma facta de
 eo et mica panis super stomacum eius ardorem mitigat. Silvestre dicitur apium risus eo,
 quod melancolicum purgat [f. 55r] humorem, ex cuius habundancia tristitia generatur.
 Apium risus vino vel aqua decoctum stranguriam et disuriam solvit. Et fumigium ex eo
 20 factum menstrua provocat vel succus eius suppositus. Et nota quod apium risus ore sumi
 non debet, quia in quibusdam locis violentissimum adheo invenitur, quod, si sumatur,
 est causa mortis.

[Cap. 6. De anisio.]

Anisium calidum est et siccum in II^o gradu. Semen est cuiusdam herbe, que simili
 nomine appellatur. Virtutem habet dissolvendi et consumendi. Cum lavatur facies ex
 25 aqua ipsius, clarificat eam et similiter eius accepcio et visum cum mensuratum, sed
 nimius usus ipsius faciem citrinat. Contra ventositatem et indigestionem et acidas
 eructuaciones detur vinum decoccionis anisii, feniculi et masticis vel pulvis ipsorum in
 cibis, addito pulvere cinamomi et dolorem intestinorum ex frigiditate mitigat. Contra
 viciu matricis ex frigiditate valet decoccio eius cum trifera magna. Contra epatis
 30 opilacionem detur decoccio eius cum aliis rebus diureticis. Contra livorem ex
 percussione et precipue si sit in facie circa oculos, conteratur cum cimino et
 superponatur cum cera calefacta. Ad augmentacionem lactis et spermatis valet pulvis
 eius sumptus in cibo et potu et hoc operatur aperiendo meatus lactis et spermatis. Valet
 etiam anisium contra aurium dolorem, maxime si fit ex humiditate.

4 Apium...medio] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 7, 1, p. 212. 6 \tercii/] *Circa instans*, c. De apio, Venetiis, 1525, f. 187va. | ideoque...nocet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 7, 1, p. 212. 10 pregnantibus...fetus] Ox, c. *De apio*, f. 78ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De apio (p. 233). | Et...calidum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 7, 1-2 (p. 212). 15 Unde...mortis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 7, 2 (p. 212-213). 23 Anisium...spermatis] PETR. CRESC., *Rur. com.*, 6, 5, 1-2 (p. 210-211). 33 Valet...humiditate] Ox, c. *De anisio*, f. 70va.

4 Apium] Nota de apio domestico *add. in marg. alia recentior manus cod.* | quoddam] quod- *scr. et post add. sup. l. -dam cod.* 6 coctum] cotum *scr. et post add. sup. l. -c- cod.* 13 \set] *id est sed* 15 cathaplasma] cathamacio *scr. et post add. sup. l. -plas- cod.* 17 melancolicum] malencolicum *cod.* 25 visum] usus *Rur. com.* 27 decoccionis] ante decoccionis, *scr. et post exp. v cod.* 29 trifera] trifora *Rur. com.*

[Cap. 7. De alleo.]

Alleum calidum et siccum est in tercio vel secundum alios calidum et siccum in medio quarti gradus. Virtutem habet contra morsum \rabidi canis et/ animalium venenatorum, si allium tritum cathaplasmetur. Succus eciam interius receptus discutit
 5 venenum, unde triaca dicitur rusticorum. Contra lumbricos accipe allia, parum piperis, petrosillum, succum mente et acetum et fac inde salsamentum et comede cum pane \vel/ carnibus. Ad aperiendas vias epatis et urinales meatus fiat salsamentum cum vino \et alleo/ et succo herbarum diureticarum et detur patienti. Contra stranguriam et discenteriam et dolorem iliorum accipe allia et coque in vino et oleo et facias inde
 10 emplastrum et inpone pectini et circa virgam et loca dolencia. Alleum visui obest, quia desiccatur et toti corpori nocet, si ultra modum sumatur, quia generat lepram, apoplexiam, maniam et multa alia. Avicenna dicit quod allium decoctum clarificat vocem et guttur et confert tussi antique et doloribus pectoris ex frigore. Parum eciam dant allia nutrimenti et sunt nociva colericis et calorem habentibus. Frigidis et humidis naturaliter urinam
 15 provocant et humectant ventrem. Et siccis natura contrarium faciunt, sed volentes caloris eorum nocumentum vitare, bis ea elixent, deinde condiant cum aceto. Alleum crudum comestum pediculos et lendes necat. Combustum et cum melle tritum et inpositum livorem tollit, alopecias et lentigines detergit. Cum cera et olibano coctum et in ore tentum dolorem dencium cedat. Folia eius lissa et fomento adhibita menstruis
 20 inparat, secundinas excludit. Idem facit fumigatio eius. Alligatum circa corpus hominis cotidianam et tercianam tollit. Ulcera vesice sedat. Coctum in aqua fontis omnem tumorem et dolorem tollit. Allia pistata iuxta pugni pulsum alligata multum minuunt dolorem dencium. Nota quod predicta procedunt in alleo domestico. Aliud autem est \alleum/ silvestre quod esui non competit, sed medicine, de quo alibi dicitur.

25 [Cap. 8. De alleo agresti.]

Alleum agreste herba est que alio nomine dicitur scordion, de cuius natura dicam infra capitulo “scordion”. [f. 55v]

[Cap. 9. De artemisa.]

Artemisa, que alio nomine vocatur mater herbarum, calida est et sicca in tercio
 30 gradu. Folia eius magis quam radix conpetunt medicine et viridia magis quam sicca.

2 Alleum...est] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 3, 3, p. 208. 3 medio...aceto] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 3, 3-4, p. 208-209. 17 crudum...dencium] Ox, c. *De allio*, f. 71ra-71rb. 24 \alleum/ silvestre] Ox, c. *De allio*, f. 71ra. 29 Artemisa...eam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 9, 1, p. 214.

4 cathaplasmetur] cathasplametur *cod.* 5 triaca] tiriaca *Rur. com.* 6 mente] men- *scr. et post add. sup. l. -te cod.* 7 carnibus] *ante* carnibus, *scr. et post exp. et cod.* 9 discenteriam] dysuriam *Rur. com.* 18 lentigines] lengines *scr. et post add. sup. l. -ti- cod.* 19 cedat] *id est* sedat | lissa] lixa Ox 22 pugni] pugnum Ox | pulsum] pulsui Ox 29 Artemisa] Artemisia. Mater herbarum *add. in marg. cod.*

Asparagus Asperge ou spargue

Ses gettons cuitz font bon ventre, provoquent a uriner. La decoction de <sa> racine est bonne a la difficulte d'urine, a la jaunisse, aux douleurs des reins et aux sciaticques, oste la douleur des dentz cuitte avec vin. La graine est bonne a ce que dessus. Cuyte en vinaigre est bonne aux dislocations. Cuytes avec figues ou pois chiches, prinses par la bouche, guerissent la iaunisse, allegent les douleurs des sciaticques et de ceux qui ne peuvent uriner, que goutte a goutte. Sa racine liee au col ou sa decoction prinse en breuvage, engarde de concevoir et rend sterile tant l'homme que la femme. Sa racine, Pline dict, que continues a manger, esclarcissent la veue, sont bons aux douleurs de la poictrine et de l'espine du dos. Ilz incitent a luxure et laschent moyennement le ventre *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Asparagus...ventre] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 2, 118 (p. 184, col. 2). | in] *ante in, scr. et post exp. et cod.* 30 conpetunt] *ante* conpetunt, *scr. et post exp. conpetunt cod.*

Valet contra sterilitatem, que fit ex frigidity; nam si esset ex caliditate, magis obesset, quod satis perpendi potest ex complexione mulieris, si est macra vel pinguis. Detur ergo pulvis eius cum pulvere bistorte et nucis muscate cum melle confectus vel sirupo simplici in modum electuarii. Item balneetur in aqua, in qua cocta sit artemisia vel ex
 5 tali aqua fomentetur vulva vel ex ea et oleo communi fiat suppositorium. Ad menstrua provocanda fiat pessarium ex succo eius. Contra tenasmon ex frigida causa paciens recipiat fumum eius per anum et herba calefacta et super lapidem posita sedeat super eam. Tres sunt species artemisie: maior, media et minor. Maior fugat demones. Et si portetur, facit non sentiri itineris laborem. \\Idem de ebulo, de quo vide infra capitulo
 10 "ebulus".// Eius radix posita vel suspensa supra limen domus repellit sortilegia et fascinaciones, ut refferunt aliqui.

[Cap. 10. De aristologia.]

Aristologia duplex est, scilicet longa et rotunda et utraque calida est \\in III^o/ et sicca in II^o gradu vel secundum quosdam \\eciam/ est sicca in tercio. Radix magis quam
 15 folia competit medicinis. Folia cum floribus virtutem habent dissolvendi et consumendi et expellendi venenum. Adversus venenum et morsum venenatorum animalium detur pulvis eius cum succo rute. Pulvis eciam eius carnes corrodit in vulnere et in fistula. Ad expellendum fetum mortuum coquatur in vino et oleo radix eius et fiat fomentum iuxta femur. Pulvis eius cum aceto conmixtus a sanie et scabie mundificat. Virtutem habet
 20 atrahendi spinas et alia carni infixas. Mundificat sordes auris et confortat auditum, quando ponitur in ea cum melle. Secundum Avicennam et Albertum eciam prohibet sanie, si generetur in aure. Et si linitur super splenem cum aceto, confert valde. Aristologia \\rotunda/ in omnibus est forcior. \\Valet aristologia adversus cimices, nam eius odore fugantur.//

25 [Cap. 11. De atriplice.]

Atriplex frigidus est in primo gradu et humidus in secundo. Parum nutrit; eius enim liquor est aquosus et cito eicitur \\per vomitum/ et ideo est ventris solitivus. Cathaplasmatum super calidum apostema illico refrigerat et sanat. Semen eius est mundificativum et colativum, proinde utile est ictericiam habentibus, cum melle et
 30 aqua datus potui colericis provocat vomitum. \\Ex foliis atriplicis solent boraces procreari cum incipiunt putrefieri, ut reffertur.//

[Cap. 12. De abrotano.]

Abrotanum est herba calida in primo et sicca in secundo gradu. Subtiliat et apperit valde. Eius emplastrum perhibet atraccionem materialium ad membra. Item frangit
 35 lapidem in renibus et provocat in eius decoctione et confert ulceribus eius. Et eicit secundinam et fetum. Et confert coadunacioni oris matricis et apperit ipsum et duriciem eius bibitum et more emplastri superpositum. Et ponitur ex eo usque ad quinque dragmas.

8 fugat...laborem] Cf. DIOSCORIDES LAT., *De materia medica* c. De artemisia, f. 14ra. 10 radix... domus] Cf. DIOSCORIDES LAT., *De materia medica* c. De artemisia, f. 14rb. 13 Aristologia...est²] PETR. CRESC., *Rur. com.*, 6, 10, 1, p. 214. | et³...forcior] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 10, 1-2, p. 214-215. 26 Atriplex...vomitum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 4, 2, p. 210. 33 Abrotanum...primo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 11, 1, p. 215. | Subtiliat...dragmas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 11, 1, p. 215

11 fascinaciones] fachinas *cod.* 13 Aristologia] Aristologia. *Fauterna add. in marg. cod.* 22 splenem] spenem *cod.* 26 Atriplex] Atriplex. *Armolis add. in marg. cod.* 28 Cathaplasmatum] Cathamastatus *cod.* 33 Abrotanum] Abrotanum. *Alanbrosium add. in marg. cod.* 34 emplastrum] empastrum *scr. et post add. sup. l. -l- cod.* | perhibet] prohibet *Rur. com.* 36 duriciem] duricie *Rur. com.*

[Cap. 13. De affodillo.]

Affodillus, centum capita, albucies idem est, herba est calida et sicca in II° gradu. Folia eius sunt similia foliis porri. Radix eius competit medicine magis quam herba et viridis magis quam sicca. In radicibus eius inveniuntur quedam capita in modum testiculorum. Diureticam habet virtutem atrahendi, dissolvendi et consumendi. Et valet
 5 ad ea, ad que valet anetum et eodem modo. Item valet contra omnes maculas et omne viciū oculorum hoc modo: Accipe dragmam sicroci et dragmam I mirte, et bullias in libra seminis boni vini rubei et libra seminis succi affodillorum usque ad consumpcionem medie partis, vel ponatur ad solem in vase eneo per tot dies, quod ad
 10 medietatem reducatur. Miro modo prodest, si tali collirio illiniantur oculi.

[Cap. 14. De apio silvestri.]

Apium silvestre idem est quod satirion, de cuius natura dicam infra hoc titulo capitulo “satirion”. [f. 56r]

[Cap. 15. De acetosa.]

15 Acetosa frigida et sicca in II° gradu \alias in III° secundum Avicennam/. In ipsa est stipticitas et superat coleram. Et eius humor est laudabilis. Radix eius cum aceto confert scabiei ulcerose, ita quod dicitur quod si radix eius suspendatur ad collum scabiem \et scrofulas/ habentis, iuvat eum. Multi utuntur acetosa comedendo folia demane tempore pestilenciali, maxime de estate. \Unde reffert Iohannes Iacobi quod si aliquis quolibet
 20 mane et ante cenam sumat de acetosa unum vel duos bolos, raro vidit quod pateretur in pestilencia et in seipso hoc probasse.//

[Cap. 16. De alcanna.]

Alcanna est in transmarinis partibus et in Cicilia invenitur secundum Platearium. Frigida est in II° gradu, sicca in III°. Virtutem habet mundificandi, abstergerendi et
 25 atenuandi. Ad mundificandam cutem valet hoc modo: Accipiat in balneo alcanna \pulverizata/ cum albumine ovi et aceto, et inungatur pars illa corporis quam quis voluerit mundificare et atenuare, et aqua calida abluat sepe reiterando usque ad quartam vicem. Adverte tamen quod prima die inuncte partes apparebunt deformes, secundo et tercio minus, quarto lucide videbuntur. Hoc modo curatur herpes granulosus
 30 et valet ad consolidacionem vulneris si superponatur alcanna, ut est in aure et nazo et alibi. Idem operatur ad consolidacionem pulvis cinamomi. Alcanna quia ubique non reperitur ideo pulverizatur et pulverizata per diversas regiones deffertur. Coloris est

2 Affodillus...oculi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 12, 1, p. 216. 15 Acetosa...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 13, 1, p. 216. | In...ulcerose] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 13, 1, p. 216. 17 si...eum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 13, 1, p. 216. 20 mane...probasse//] Cf. IOHANNES IACOBI, *Tractatus de pestilentia* (p. 26-27, l. 114-117). 23 Alcanna...invenitur] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16). 24 Frigida...in¹] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16). | gradu...in²] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16). | Virtutem...atenuandi] *Circa instans*, c. *De alcanna*, f. 189vb. 25 Ad...inungatur] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16). 27 voluerit...abluat] *Circa instans*, c. *De alcanna*, f. 189vb. 28 quartam] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16). | prima...aceto] *Circa instans*, c. *De alcanna* (p. 16).

2 Affodillus] Affodillus. Centum capita. Albucies. *Porracha add. in marg. cod.* | albucies] albutium *Rur. com.* 5 Diureticam] Diureticam *cod.* 7 dragmam¹] unciam *Rur. com.* | I] mediam *Rur. com.* | mirte] myrrhae *Rur. com.* 8 seminis¹] media *Rur. com.* | seminis²] media *Rur. com.* 15 Acetosa] Acetosa. *Aygreta. Grassedola add. in marg. cod.* 23 Cicilia] *id est* Sicilia 28 deformes] deformiores *scr. et post exp. -or- cod.*

subnigri. Ad denigrandum capillos vel cutem, unguas cum alcanna et oleo vel ad faciendum rubeum colorem, recipe alcanna cum aceto.

[Cap. 17. De avena.]

Avena \calida in primo et sicca in secundo. Et avena// duplex est, silvestris et domestica, silvestris est pilosa, domestica non. Habet avena domestica virtutem relaxandi et resolvendi tumores et duricias. Unde avena assata ad ignem, si supponatur capiti vel alteri parti corporis, resolvit dolorem. Avena excoriata et pistata ac cum lacte amigdalorum inde cocta, si demane sumatur, multum sublevat et confortat capud et totum corpus conservat. Avena eciam inmundicias faciei depurat.

10 [Cap. 18. De blea.]

Blea frigida et humida est in III^o gradu. Ventrem humectat, unde solet poni in cristere. Sitin extinguit. Malos humores generat et nutrit, si nimis et sepe in usu habeatur. Lendes et alias inmundicias capitis et faciei maculas emundat. Capillos capitis reparat et conservat. Succus bletarum naribus infusus purgat capud. Missus in auriculam mitigat dolorem. Folia cruda in cathaplasmiss ulceribus et cicatricibus apposita saniem reddunt et dolorem tollunt. Ignem sacrum extinguunt. Aristotiles autem dicit quod super eius radicem, sicut et super caulem, potest plantari surculus, qui tandem corroborata radice in arborem transmutatur.

[Cap. 19. De borragine.]

20 Borrago calida et humida est in primo gradu. Habet proprietatem generandi leticiam, si in vino missa potui detur. Cor enim valde confortat, unde valet cardiacis. Et in aqua cocta et cum melle aut zucara potui data canales pulmonis et guturis optime mundat. Optimum sanguinem generat, unde valet convalescentibus ex infirmitate et sincopizantibus, cardiacis et melancolicis comesta cum carnibus. Contra sincopim detur sirupus ex succo eius et zucara factus. Contra cardiacam addetur dicto sirupo pulvis \ossis/ de corde cervi. \Ad idem valet si ex floribus buglosse et boraginis fiat vinum ad modum vini salviati et cum illo vino bibatur unum coclear seminis cedri. Sed advertendum quod buglossa est borrago silvestris, cuius aqua est multum cordialis, et dicitur alias buglossa lingua bovis.//

30 [Cap. 20. De basilicon.]

Basilicon, id est ozimon, herba est calida et sicca in primo gradu, cuius tres sunt species, scilicet garriofilatum, quod habet minuta folia et hoc maioris est efficacie. Item est Beneventanum, quod latissima habet folia. Est eciam [f. 56v] aliud, quod mediocria

4 avena//...duricias] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 2, 1, p. 161. 9 inmundicias...depurat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 2, 1, p. 161. 11 Blea...humectat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 14, 3, p. 217. 12 Sitin...conservat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 14, 3, p. 217. 14 Succus...extinguunt] Ox, c. *De blea*, f. 71rb. 16 Aristotiles...transmutatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 14, 3, p. 217-218. 20 Borrago...pulvis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 15, 2, p. 218. 26 \ossis/] Circa *instans*, c. *De boragine* (p. 22). | de...cervi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 15, 2, p. 218-219. 31 Basilicon...provocanda] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 16, 1-2, p. 219.

1 oleo] ante oleo, scr. et post exp. et del. aceto cod. 2 faciendum] facien- scr. et post add. sup. l. -dum cod. 7 corporis] ante corporis, scr. et post exp. capitur cod. 8 inde] ante inde, scr. et post exp. et cod. 9 inmundicias] inmundicias scr. et post exp. -ci- cod. 11 Blea] Blea. Silca. Sicla add. in marg. cod. 16 Aristotiles] Avicenna *Rur. com.* 21 cardiacis] cordiacis cod. 24 sincopizantibus] sincopantibus cod. cardiacis] cordiacis cod. | melancolicis] malencolicis cod. 25 cardiacam] cordiacam cod. 31 Basilicon] Basilicon. Ozimon add. in marg. cod. | ozimon] ozimum *Rur. com.* 32 garriofilatum] garifilatum *Rur. com.*

habet folia. Hec \herba/ ex aromaticitate habet virtutem confortandi et ex qualitatibus, dissolvendi, consumendi, extergendi et mundificandi. Contra sincopim et cardiacam ipsius herbe decoccio detur cum aqua rosata. Ad idem valet vinum, in quo eadem herba per noctem steterit, et si in eo cocta fuerit, tale vinum erit multum confortativum et
 5 aromaticum. Valet eciam contra indigestionem et fluxum ventris ex frigiditate et precipue, si herba vel semen, quod est melius, decoquatur in aqua pluviali cum modico acacie, et talis aqua detur patienti. Item valet ad matricem mundificandam et menstrua provocanda.

[Cap. 21. De basilica.]

10 Basilica herba crescit, ubi basilicus nascitur. Si quis eam portet super se, a serpentibus omnibus tutus erit. Idem dicitur de herba serpentaria.

[Cap. 22. De barba Aron.]

\Barba Aron herba est que est idem quod iarus, de eius natura dicam infra capitulo "iarus".//

15 [Cap. 23. De berbena.]

Berbena gargarizata oris putredinem tollit, cocta cum vino et ylaritatem facit. \\Prodest eciam oculis, prout dicam infra capitulo "feniculus".//

[Cap. 24. De betonica.]

20 Betonica calida est et sicca in quarto gradu. Folia eius precipue competunt medicine viridia et sicca. Ad dolorem capitis ex frigida causa fiat gargarismus ex colatura decoccionis eius cum staphizagria in aceto. Contra dolorem stomachi detur decoccio eius in succo absinthii cum aqua calida. Ad matricem mundificandam et conceptum iuvandum fiat fomentum ex aqua decoccionis eius. Fiat eciam suppositorium et detur electuarium confortativum ex pulvere eius et melle. A ieiuno
 25 bibita vel comesta oculorum claritatem reddit. Caliginem et lacrimas aufert.

[Cap. 25. De branca ursina.]

Branca ursina calida est et humida in primo gradu. Virtutem habet mollificandi. Contra frigidum apostemata conterantur folia eius cum axungia porcina veteri et superponantur. Contra vicium splenis fiat unguentum ex ea contrita diu in oleo et
 30 colature eius addatur cera.

[Cap. 26. De bistorta.]

Bistorta est herba cuius radix medicinalis est \\et est species virge pastoris//. Frigida est et sicca in II° vel III° gradu. Virtutem habet constringendi, consolidandi et confortandi. Contra vomitum ex debilitate vel fervore pulvis eius cum albumine ovi
 35 conficiatur et super tegulam coquatur et detur patienti. Contra disinteriam detur cum

10 Basilica...serpentaria] Ox, c. *De basilica*, f. 78ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De basilisco (p. 235). 16 Berbena...facit] Ox, c. *De berbena*, f. 79va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De uerbena (p. 254). 19 Betonica...melle] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 17, 1, p. 219. 24 A...aufert] Ox, c. *De betonica*, f. 78ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De betonica (p. 235). 27 Branca...cera] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 18, 1, p. 220. 32 Bistorta...radix] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 19, 1, p. 220. 33 Frigida...pulvere] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 19, 1, p. 220.

1 aromaticitate] aromacitate cod. 2 cardiacam] cordiacam cod. 11 serpentaria] serpentaria scr. et post exp. -in- cod.; serpentaria Ox 17 feniculus//] feniculum cod. 19 Betonica] Beonica scr. et post add. sup. l. -t- cod. 28 axungia] anxungia cod. 29 superponantur] superponatur cod. 33 sicca] om. cod.

succo plantaginis. Ad menstrua constringenda fiat fomentum ex aqua decoctionis eius addito ipsius pulvere.

[Cap. 27. De cucurbita.]

Cucurbita frigida est et humida in II^o gradu, prodest calidis et colericis; nam
 5 calorem mitigat et sitim extinguit et est eis optima, et maxime si cum coctanis aut
 malagranati succo aut agresto aut aceto malagranatorum detur. Fleumaticis autem detur
 cum pipere, sinapi vel menta, et si in pasta involuta assetur et succus in pasta inventus
 potui detur, calorem febris mitigat et sitim extinguit. In acutis febribus detur aqua eius
 vel sirupus ex ea factus; et ipsa cum carnibus cocta colericis in estate confert. Semina
 10 eius frigida et diuretica sunt propter subtilitatem substantie et precipue competunt
 medicinis. Contra opilationem epatis, renum et vesice et contra apostema pectoris
 semina mundata a corticibus suis bene terrantur et in aqua ordeï aliquantulum
 coquantur, et aqua colata potui detur patienti. Si autem non potest bibere talem aquam,
 fiat ex ea sirupus et detur. Et nota quod maiorem habent efficaciam, si non bullierint,
 15 sed [f. 57r] ablactentur. Rasura cucurbite conteratur et succus cum oleo et aceto pannus
 inunctus apostematibus superponatur, magnum presidium est. Succus rasure eius
 dolorem aurium mitigat cum oleo rosato mixtus. Corpore inuncto febrilem ardorem
 mitigat. Cinis aride corticis combuste potest sanare. Idem cinis igni sacro subvenit.
 Semen eius siccum tritum in pulverem et insuper fusum inplet vulnera, que cavata sunt.
 20 \\Subicio hic mirabilia duo de cucurbita: Primum quod si semen cucurbite seratur in
 cineribus ossium humanorum vel ibi plantentur et oleo irrigentur nono die habent
 fructum. Secundum quod semina, que in vase cucurbite sunt in sublimi parte, faciunt
 cucurbitas longas et exiles; que autem in medio eius nascuntur, faciunt grossas et que in
 fundo iacent, faciunt latas. Et potes hic notare, que scribo de melonibus infra capitulo
 25 “melo”, ubi pono circa hec aliqua mirabilia, que ibi vide.//

[Cap. 28. De cucumeribus et citrolis.]

Cucumeres et citroli frigidi sunt et humidi in primo \\vel// II^o/ gradu et sunt valde
 indigestibiles, et citroli deteriores sunt cucumeribus et in utroque pars exterior est
 durissima ad digerendum, sed medula ipsorum comeditur. Habentibus calidum et fortem
 30 stomachum et excercitantibus in estate, conferunt cum sua substantia. Fleumaticis vero
 et ociosis nocent multum, et specialiter stomacho et nervositati eius, sed aqua sive
 succus ipsorum confert febricitantibus et sitim sedat, non comeduntur cocti, sed crudi
 tantum. Tamen cucurbite cocte solummodo comeduntur. Citroli quanto minores,
 teneriores et viridiores sunt, tanto meliores. Nec boni sunt, postquam eorum substantia
 35 ad duriciem et color ad citrinitatem accedit. Sed cucumeres meliores sunt, cum maturi
 sunt, quod cognoscitur, cum molles sunt.

4 Cucurbita...ablactentur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 20, 5-6, p. 222. 15 Rasura...sunt] Ox, c. *De cucurbita et citolis* [!], f. 72va. 20 mirabilia] PETR. CRESC., *Rur. com.* 8, 8, 4, p. 26. | cucurbite...latas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 8, 8, 4, p. 26. 27 Cucumeres...in] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 21, 2, p. 223. primo] Ox, c. *De cucumere*, f. 72va. | II^o/...sunt²] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 21, 2-3, p. 223-224.

10 diuretica] diuretica *cod.* 12 terrantur] terran- *scr. et post add. sup. l. -tur cod.* 15 ablactentur] oblectentur *Rur. com.* 16 superponatur] supponatur Ox 34 tanto] tan- *scr. et post add. sup. l. -to cod.* 36 molles sunt] mollescunt *Rur. com.*

[Cap. 29. De caule.]

Caulis frigidus est et siccus in primo gradu vel secundum alios in II°. Melancolicum generat sanguinem parumque nutrit. Ventrem humectat et laxat, urinam provocat. Prevalent caules minusque nocent, si coquantur cum carnibus vel aliter
 5 coquantur repulsa prima aqua et in alia repositi, maxime addito pipere cimino vel alleo. Ebrietatem remouent, quia fumum grossum ascendere non permittunt. Comestio eorum exsiccatur lingam, sompnum inducit et vocem clarificat. Caules assati, si dentur ad comedendum pueris, faciunt cicius eos ambulare secundum Galienum. Plinius dicit quod folia caulium mire sanant vulnera canum, lactis ubertatem prebent. Confortant
 10 nervos et ideo valent paraleticis et tremulosis. Valent contra venenum. Super truncum cauli potest inseri arbor, sicut super truncum blete, sicut tetigi supra capitulo “bleta”. \\Caules reperiuntur rotundi et clausi, et cum incipiunt claudi, folia, que antea erant viridia, efficiuntur alba et dicuntur caules cabucii. Est etiam caulis agrestis qui dicitur stucium, de cuius natura dicam infra capitulo “stucium”. Et nota quod, si caules
 15 seminentur postque medium Augusti usque ad VIII \dies/ Septembris et demum plantentur eodem mense Septembris vel Octobris, erunt magni et pulcri etiam tempore quadragesime et semina non producent et gelu vel pruina hyemis non timebunt.//

[Cap. 30. De cepa.]

Cepa calida est et humida in III° gradu. Et potest esse in femino cepa vel neutro ut
 20 cepe. Cepe sepius comeste cum sui acumine humores malos in stomacho generant. Sitim, inflacionem, ventositatem, capitis dolorem atque insaniam faciunt propter funum ex eis ad capud ascendentem et cerebrum percucientem, unde assuescentes eis cadunt in maniam et terribilia sompna et melancolica cernunt, presertim si ex egritudine exeuntes eas comederint. Cruda vero comesta nichil nutrimenti tribuunt
 25 corpori, sed si elixentur et aqua proiecta in alia coquantur, dant nutrimentum bonum et pulcherimum. Et maxime si cum carne pinguiissima et cum bono condimento odoriffero condiantur. Si autem cruda propter medicinam moderate, secundum quod oportet, sumantur, calorem inducunt et grossos et viscosos humores inscidunt, ora venarum apperiant, urinam et menstrua provocant et appetitum confortant. Et venerem suo calore
 30 et humiditate augmentant. Succus earum naribus inmissus, vel si odor earum patientis naribus fuerit receptus vel attractus, caput optime purgat. Crude vero comes- [f. 57v] te crementa capillorum prestant. Avicenna dicit quod in cepis est acuitas incisiva, amaritudo et stipticitas, et quod est longius, est acucius. Et rubeum est acucius albo et siccum humido et crudum cocto, et in ipso est atraccio sanguinis ad exteriora, quare est rubificativum cutis. Cepe preterea, cum comeditur, proprie confert nocumento aquarum.
 35 Et semen eius delet morpheam. Et cum fricatur ex eo in circuitu alopie, confert valde. Et ipsum cum melle erradicat verrucas. Morsibus canis occurrit. Comestum dolorem epatis commovet. Bibitum litargicis subvenit. Succus eius instillatus auribus cum lacte

2 Caulis... et] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 22, 8, p. 226. 3 laxat] Ox, c. *De caulibus*, f. 73ra. | urinam... carnibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 22, 8, p. 226. 5 pipere... Ebrietatem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 22, 8-9, p. 226. 6 Comestio... venenum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 22, 9, p. 226. 15 seminentur... timebunt//] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 22, 3, p. 224-225. 19 Cepa... gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 23, 5, p. 228. 20 sepius... verrucas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 23, 5-7, p. 228-229. 37 Morsibus... earum] Ox, c. *De cepe*, f. 72vb.

3 Melancolicum] Malencolicum *cod.* 6 Ebrietatem] ante Ebrietatem, *scr. et post del. et exp.* ebreve *cod.* 12 erant] erat *cod.* 15 postque] posque *cod.* 19 neutro] neutro *scr. et post add. sup. l. -tr-* *cod.* 23 melancolica] malencolica *cod.* 24 egritudine] egretitudine *cod.* 26 pulcherimum] plurimum *Rur. com.* 38 litargicis] litargiris Ox

mulieris prohibet dolorem earum. Cepe dolio vini inpositum totum corrumpit. \\Cepe fiunt maxime per modum quem pono infra capitulo “rapa”.

[Cap. 31. De cymino.]

Cyminum calidum est et siccum in III^o gradu. Virtutem habet diureticam et
 5 fumositatem subtiliandi, unde sumptum in cibum et potibus et salsamentis digestionem confortat. Vinum decoctionis eius et ficuum siccarum et seminis feniculi dolorem et torsionem intestinorum ex ventositate mitigat. Idem vinum valet contra frigidam tussim, contra tumorem faucium cyminum et ficus bene trite in vino coquantur et emplastrum factum super locum dolentem ponatur. Contra frigidum reuma capitis pulvis eius et
 10 baccarum lauri simul in testa calefactus et in saculo positus capiti superponatur. Contra stranguriam et dissinteriam et alios dolores ex frigidityte cyminum coctum in vino superponatur. Contra sanguinem oculorum non in principio, sed post pulvis cymini cum vitello ovi confectus super tegulam calidam ponatur et divisim per medium sepius superponatur. Contra livorem ex concussione vel alio modo factum, dum recens est,
 15 pulvis subtilis bene confectus ad ignem et sepius appositus certum est remedium. Et nota quod frequenti usu cymini fit discoloracio cutis. Pulvis in cibo sumptus auget lac in mulieribus et sperma in viris. Morsibus venenatis cum vino valet. Cum aceto mixtum sanguinem narium stringit. Potatum et super apositum vesice dolores cedat et ad calculos iuvat. \\Cyminum columbos congregare solet, tetigi supra de natura avium
 20 capitulo “columbus”.

[Cap. 32. De croco.]

Crocus est herba cuius flos eodem nomine dicitur. Et crocus est duplex, scilicet silvestris seu orientalis, qui seritur granis sicut alie herbe, facit altum stipitem et multas mazalas, in quibus nascitur crocus. Et est crocus domesticus et ortensis, qui est melior et
 25 utilior, non seritur, quia semina non producit, sed quasdam cepulas loco radicum, que displantantur cum sunt mature et conservantur et demum ille cepule replantantur ad modum fabbarum. Crocus calidus est et siccus in primo gradu et in suis qualitatibus temperatus et ideo confortativus. Unde contra deffectum et debilitatem cordis multum valet. Ruborem oculorum ex sanguine vel maculam tollit, si tritus cum rosis et vitello
 30 ovi oculo apponatur. Item qui crocum prius bibit, ebrietatem et crapulam non timebit. Sic eciam corone ex eo facte non permittunt hominem inebriari. Sompnum facit et stimulat venerem. Curat morsus serpentum, aranearum et puncturas scorpionum. Contra illiacam, stranguriam et dissenteriam valet. [f. 58r] Facta decoctione in oleo \\loco dolenti// cathaplasmat. Matrici valet. Ignem sacrum compescit. Aurium dolorem
 35 sedat. Constipacionem apperit. Anelituosis valet. Membra debilitata confortat. Colericis non debet dari, quia eis provocat vomitum.

1 Cepe...corrumpit] Ox, c. De cepe, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De cepe (p. 237).
 4 Cyminum...cutis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 24, 1-2, p. 229-230. 16 Pulvis...viris] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 9 (p. 344, l. 4-5). | Pulvis...iuvat] Ox, c. De cimino, f. 67ra et c. De cimino, f. 72rb. 22 crocus...silvestris] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 25, 1, p. 230. 23 orientalis] Ox, c. De croco, f. 71vb. | qui...qui] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 25, 1, p. 230. 25 non¹...loco] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 25, 1, p. 230. 27 Crocus...scorpionum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 25, 4, p. 231-232. 32 Contra...oleo] Ox, c. De croco, f. 71vb. 33 \\loco...dolenti//] Circa instans, c. De croco (p. 37). 34 cathaplasmat...vomitum] Ox, c. De croco, f. 66va et c. De croco, f. 71vb. 35 Colericis...vomitum] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 5 (p. 343, l. 10).

2 pono] ponio scr. et post exp. -i- cod. 7 torsionem] id est torcionum 11 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 13 divisim] divisum *Rur. com.* 18 cedat] id est sedat 22 Crocus] Crroculus scr. et post. exp. -r- cod. 24 mazalas] mazolas *Rur. com.* 29 tritus] tritum cod. 34 sacrum] acrum cod. 35 Anelituosis] Anetuosis scr. et post add. sup. l. -li- cod. | debilitata] debilita Ox

[Cap. 33. De cardo.]

Cardus est herba fructum habens spinosum habensque astulas angulosas, natura mordax est. Ideo eius succus allopicis medetur. Radix eius cocta in aqua cupiditatem bibendi potantibus ministrat. Matrici utilissimus est cibus, unde a feris appetitur et asini cardum libenter comedunt, de hoc tetigi supra de natura pecudum capitulo “asinus”.
 5 Galienus scribit quod feminas iuvat ad procreandum filios. Masticacio eius bonum odorem oris facit. \Et iste cardus dicitur \verus sive/ bonus cardus et est domesticus, cuius flores valent ad coagulandum lac, ad faciendum caseos. Alius est cardus silvestris, qui dicitur virga pastoris, de cuius efficacia dicam infra capitulo “virga pastoris”. Est
 10 alia species cardui minor, qui// inter fruges crescit et dicitur \cardo//.

[Cap. 34. De camamilla.]

Camamilla calida est et sicca in primo gradu, et est propinqua virtuti rose in subtiliacione sua. Et ipsius caliditas est sicut qualiditas olei, conveniens et aperitiva et subtiliativa spissitudinis, mollificativa, resolutive, absque atraccione, et hec est eius
 15 proprietas inter medicinas: Sedat apostemata calida mollificando et resolvendo ea. Et confortat membra omnia nervosa. Et ex medicinis plus est conferentibus laxitudini quam relique, et confortativa cerebri, quia resolvit materias capitis. Valet ad fraccionem lapidis. Ad menstrua provocanda ex aqua decoctionis eius fomentetur matrix vel sumat sepius vinum decoctionis eius. Contra faciem scamosam trita et cum melle mixta
 20 confert. Decoccio eius valet ycteris. Et fetum mortuum educit. Et valet ad morsum serpentum, si viridis dum fuerit maceretur in aceto.

[Cap. 35. De colubrina.]

Colubrina idem est quod serpentaria, unde eius naturam vide infra capitulo “serpentaria”, et ibi dicam plene.

2 Cardus...apetitur] Ox, c. De carduo, f. 73ra. 6 Galienus...facit] Ox, c. De carduo, f. 73ra. 10 inter...crescit] Ox, c. De carduo, f. 73ra. 12 Camamilla...capitis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 28, 1, p. 234.

2 Cardus] Carduus Ox; Vide supra de natura arborum in littera C add. in marg. alia recentior manus cod. 4 ministrat] ministat scr. et post add. sup. l. -r- cod. 12 Camamilla] Camomilla *Rur. com.* 19 mixta] mixsta cod. 24 plene] Vitis alba, Brionia, Colubrine ou feu ardent

Elle est semblable a la vigne et en feuilles et en bourgeons et en tendons, mais est plus vellue que la vigne. Avec ses tendons elle s'agraffe a tout ce qu'elle rencontre. Son fruit est rouge et fait a mode de raisin; on en fait tomber le poil aux cuirs. Les premiers gettons, qu'elle produit, cuits, sont fort bons a lascher le ventre et a faire uriner. Ses feuilles, son fruit et sa racine ont une vertu acre et mordante. Et par-ainsi, enduytes avec sel, sont fort bonnes aux ulcères corrosifs, aux gangrenes, aux ulcères Chironiens et aux ulcères ordz et salles, qui viennent aux iambes. Sa racine nettoie la peau et la deride et avec Orobis, Croye de Chio et Senegre, elle oste toutes taches, variolles et lentilles du visage, rend la couleur vive aux cicatrices noires. Autant en fait elle, estant cuite en huile, iusques a ce qu'elle soit mollifiée. Elle efface toutes meurtrissures et incarne les ulcères qui viennent au bout des ongles. Enduite avec du vin, elle resoult toutes inflammations et fait rompre apostumes meures. On la met aux medicaments qui mangent la chair. Broyee et appliquee, elle attire les os rompus. Prinse en breuvage, aux poix de deux dragmes, est bonne aux pointures des viperes. Mais elle fait mourir l'enfant au ventre de la mere et trouble quelque foye l'entendement. Appliquee aux lieux naturels des femmes, elle attire leur fruit et l'arriere-fais. Prinse en breuvage, fait uriner. On en fait d'electuaires au miel a ceux qui ont difficulté d'alaine ou qui sont estouffez ou bien qui sont travaillez de la toux ou de spasmes ou de rompures ou de douleurs de costez. Autant en fait elle si on l'enduit avec de figues. Sa decoction aussi est fort bonne pour fomentier les dames par le bas, car elle mondifie leurs lieux secretz, mais fait avorter. On tire le ius de sa racine au printemps, lequel, prins en breuvage avec eau miellée, evacue les flegmes. Sa racine enduite est fort bonne aux gratelles et au mal Saint-Main. Son ius fait venir le lait, le beuvant avec un bouillon de gru de froment.

Glosa

[Cap. 36. De cuscuta.]

Cuscuta, id est podagra lini vel grungus, \\herba est que circa linum adheret, // calida est in primo gradu et sicca in secundo, cum floribus debet colligi. Virtutem \\habet/ principaliter purgandi melancoliam, secundo fleuma, unde convenienter ponitur
 5 in decoctionibus purgantibus melancoliam et fleuma. Aqua decoctionis eius valet contra disuriam et stranguriam. Et eciam herba, si poteris habere in magna quantitate,

2 Cuscuta...grungus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 29, 1, p. 234. | est²...adheret//] *Circa instans*, c. De cuscute (p. 28). 3 calida...venis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 29, 1, p. 234.

Les herboristes et apothicaires appellent la coleuvree, Brionia, les Italiens courge sauvage. Ceste plante est fort commune, car elle croist le long des grandz chemins et parmy les hayes et buissons. Mesue la met au rang des medicamens laxatifz, disant ainsi : On ne doit user de la vigne sauvage, non plus que du dracunculus, pour ce qu'estant prinse en breuvage, elle nuyt au foye et a l'estomac, sinon qu'elle soit corrige'e par quelque pouldre aromatique ou avec mastic ou pommes de coingz ou autres mediquamentz astringens et propres a fortifier le coeur. Le ius qui se tire de la racine pilee, evacue les flegmes et attire l'urine retenue mondifiant et nettoyant le cerveau, la poitrine et les nerfz de toutes superfluitez flegmatiques et pourries. Il desopile les entrailles et purge la gravelle, qui est es reins et est fort propre aux vertigineux et a ceux qui ont le hault mal. Il est fort bon a la toux et a resouldre les tumeurs et enfleures endurcies et principalement celles de la ratte appliquant la racine pillee et incorporee en vin et en figues. Sa decoction, fomentee par le bas, attire le flux menstruel, mondifie la matrice et mesmes attire le fruit. Son ius incorpore en farine de febves ou de pois chiches et applique a mode de liniment efface toutes taches du visage et les cicatrices des playes. L'huile cuit au creux de ses racines sur cendre chaude est singulier a effacer toutes ternissures et meurtrissures. Item il est singulier pour les femmes subiectes au mal de l'amarritz tellement qu'elles en sont incontinent delivrees. Certainement i'ay cognu une femme qui quasi tous les iours estoit estoffee et travaille'e du mal de l'amarritz, laquelle ayant appris d'un herboriste commun de boyre une foys la semaine, quand elle s'iroit coucher, du vin blanc ou on auroit fait cuyre une once de racine de coleuvre et aiant use de ceste decoction un an durant, fut entierement guerie du mal de la mere, sans iamais depuis s'en sentir. Galien parlant de la coleuvre, dict ainsi : Les premiers germes de la coleuvre, qu'aucuns appellent bryonia ou psilotrum, se mangent au printemps coustumierement comme viande fort bonne a l'estomac pour raison de son astriction. Ilz ont une certaine amertume et une astriction moyennement a<i>gue, qui les rend propres a esmouvoir l'urine, moderement toutesfoys. Quant a sa racine, elle a une vertu astersive, dessiccative, subtiliante et moyennement chaude. Et par-ainsi, estant prinse en breuvage et appliquee en dehors avec figues, elle mollifie les durtes de la ratte et guerit les gratelles et le mal Saint-Main. Quant a son fruit, qui est fait a mode de rais<i>n. Il est bon aux affaicteurs des cuirs *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Vitis alba...cuirs] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 4, 176 (p. 408, col. 1-2).

Vitis nigra sive uva Tamina, Coleuvre noire ou Tam

La bryonia noire a ses feuilles comme le lierre. Ses sarmens s'agreffent comme la vitis alba. Son fruit se tient l'un avec l'autre a mode d'une grappe, lequel estant vert, devient noir quand il est meur. Sa racine est noire au dehors et dedans de couleur de buys. Ses premiers fleaux ou gettons sont bons a manger comme des autres herbes. Ilz esmeuvent le flux menstruel, provoquent a uriner et consomment la ratte et si sont propres aux vertigineux, aux paralitiques, et a ceulx qui sont subiectz au hault mal. Sa racine a les mesmes proprietes que la bryonia precedent. Toutesfoys estant efficace en ses operations. Ses feuilles enduictes avec vin sont fort bonnes aux escorchures qui adviennent sur le col des bestes a selle ou a bast et aux dislocations.

Glosa

Ses premiers gettons se mangent au printemps comme asperges, non de si bon goust. Bon aux escorchures et dislocations. Mesue dict qu'il n'i a rien plus propre a guerir les escrouelles, que de boyre son ius avec semblable quantite ou portion de vin et de miel.

Voy l'asperge ou espargue sus a la lettre A C qu'est presque de mesme operation *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Vitis nigra...miel] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 4, 177 (p. 408, col. 2 et p. 409, col. 1).

2 Cuscuta] Cuscuta. Podraga lini. Grungus *add. in marg. cod.*; Cuscute *Rur. com.* 4 melancoliam] malencoliam *cod.* | secundo] secundario *Rur. com.* 5 melancoliam] malencoliam *cod.*

decoccio in vino et oleo renibus et pectini et aliis partibus dolentibus cathaplametur. Avicenna dicit quod aqua cuscute est mirabilis ad ictericiam. Cuscute proprietas est insuper expellere superfluitates antiquas a venis.

[Cap. 37. De calamento.]

- 5 Calamentum herba est. Calamentum est duplex, est quoddam aquaticum, aliud montanum. Montanum melius est, quia est magis siccum. \Est eciam aliud calamentum, de quo tangitur infra capitulo “sinsibro” et aliud quod dicitur nepta, de quo infra capitulo “nepta”. Sed calamentum, de quo hic agitur//, cum florescit debet colligi. Virtutem habet dissolvendi, confortandi et consumendi. Contra frigidam tussim et
10 frigidum asma, vinum decoccionis eius et liquerie et uve passe, vel vinum decoccionis eius pulveris et figuum siccarum valet. Nam ex eo et quibusdam aliis rebus fit diacalamentum, quod ad idem valet. Item pulvis eius in ovo sorbili vel in farina ordeï ad idem valet. Contra dolorem stomachi ex frigiditate utatur paciens pulvere eius in cibis vel in vino decocto. Contra frigidum reuma ungatur accipicium cum melle decoccionis
15 pulveris eius, postea fiat sacellacio ex pulvere calefacto in olla rudi vel ex ipsa herba, multum confert. Contra relaxacionem uve fiat gargarismus ex aceto decoccionis pulveris eius et pulveris rosarum. Contra tenasmon ex fleumate vitreo vel ex alio humore frigido inungantur renes ex melle et aqua decoccionis pulveris eius vel herbe, et ponatur pulvis eius et colofonie et seminum nar- [f. 58v] stucii calidus est cum bombuce
20 super ano. Et sic eciam liberatur matrix, vel fiat fomentum ex aqua decoccionis eius ad desiccandum superfluitates matricis, et multum valebit.

[Cap. 38. De centaurea.]

- Centaurea herba amarissima, unde fel terre dicitur. Et est duplex, maior et minor. Maior est maioris virtutis et efficacie. Conpetit medicine principaliter secundum folia et
25 flores. Unde cum incipit flores producere, debet colligi et inde siccari ad servandum. Centaurea calida est et sicca in III^o gradu. Radix eius virtutem habet \consumendi et/ conglutinandi, unde secundum quosdam efficaciam habet iungendi et coagulandi pecias carniū in olla. Folia et flores \eciam/ virtutem habent atrahendi et consumendi. Virtutem eciam habent diureticam. Contra opilacionem splenis et epatis, renum, vesice,
30 stranguriam et disuriam valet vinum decoccionis eius, \vel emplastrum factum secundum Galienum//. Contra duriciem splenis et epatis sumantur radices feniculi, apii, petrosilli, et coquantur in succo centauree addita zucara, colentur et patienti dentur ad bibendum. Ad illiacam, paralism passionem hoc idem valet. Contra aurium vermes

5 Calamentum²...siccum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 30, 1, p. 235. 8 cum...valebit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 30, 1-2, p. 235. 23 Centaurea...dicitur] Ox, c. *De centaurea*, f. 67ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 10 (p. 344, l. 1-2). | Et...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 31, 1, p. 236. 26 Radix...habet] *Circa instans*, c. *De centaurea* (p. 30). 27 conglutinandi] *Circa instans*, c. *De centaurea* (p. 30). 28 carniū] *Circa instans*, c. *De centaurea* (p. 31). | atrahendi...Galienum//] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 31, 1-2, p. 236. 31 duriciem...idem] Ox, c. *De centaurea*, f. 67ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 10 (p. 344-345, l. 4-6). 33 Contra...porrhorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 31, 2, p. 236.

1 decoccio] decoc- scr. et post add. sup. l. -cio cod. | cathaplametur] cathasplametur cod. 5 Calamentum²] ante Calamentum, scr. et post del. alias dicta nepita cod. 9 confortandi] ante confortandi, scr. et post exp. desiccandi cod. 10 liquerie] liquiliciae *Rur. com.* 11 figuum] id est ficuum 14 accipicium] occipitium *Rur. com.* 17 vitreo] vitrea *Rur. com.* 19 bombuce] bombyce *Rur. com.* 23 Centaurea] Centaurea. Barbacon. Fel terre add. in marg. cod. 32 petrosilli] petrosolini Ox coquantur] coquan- scr. et post add. sup. l. -tur cod. 33 paralism] paralasim cod.

inimitatur auribus succus centauree cum succo porrorum. Adversus lumbricos detur
succus eius cum melle. Ad visum clarificandum succus radicum centauree maioris cum
aqua rosarum conficiatur et illinientur oculi. Ad maculas oculorum fiat collirium ex
pulvere eius cum aqua rosacia, si sit magna macula secus si parva, quia nimis
5 consumeret. Radix trita et super vulnera posita illa consolidat, quia habet virtutem
conglutinandi, ut dixi. Decoccio eius cum vino et vespere potata, calida sudores
provocat efficaciter. Valet hyeme, non estate. Valet contra cancrum et pudibunda vinum
decoctionis eius. Ad viciū matricis accipe succum eius et tria grana piperis purissimi
et aromatici et confice, si tamen ex frigida causa fit, precedentibus tamen calidis
10 inunctionibus. Ad menstrua provocanda accipe sagapinum vel serapinum et calefac ad
ignem et adde pulverem, ut conglutinetur cum sagapino, et post inunge in succo
centauree et superponatur, vel fiat suppositorium ex pulvere eius cum amurca olei
confecto. \Nota mirabile de centaurea minore quod, si supra patientem caducum
morbum aponatur, statim a caducitate liberatur et si per eum portetur, preservatur ab illo
15 morbo.//

[Cap. 39. De capillo Veneris.]

Capillus Veneris frigidus et siccus est temperate tamen. Virtutem habet diureticam
ex subtili substantia. Recens multe est efficacie. Parum servari potest, quia subtilis
herba est. Contra calefactionem epatis detur aqua decoctionis eius. Item ex ipsa aqua et
20 zucara fiat cirupus, et si sit cum vicio splenis, addatur aliquod calidum et diureticum.
Item plagelle intincte in succo eius vel ipsa herba trita superponatur. Avicenna dicit
quod parum declinat ad caliditatem et sic est subtiliativus, resolutivus et aperitivus, et in
ipso est stipticitas, et quando permiscetur cibo gallorum et coturnicum, facit eos fortes
ad dimicandum et interficiendum. Cinis cum aceto et oleo confert allopicie. Et cum oleo
25 mirtino vino et lixivio prolongat capillos et prohibet eorum casum. Et eius cinis cum
lixivio confert furfuribus capitis et delet eas et erradicat ulcera humida in eo. Et confert
pulmoni purgando ipsum valde. Et provocat urinam. Et frangit lapidem. Et provocat
menstrua. Et trahit secundinam. Et purgat mulierum fetum. Et abscidit fluxum
sanguinis. \Expellit ferrum de corpore, si cathaplasmetur in contraria parte, sive
30 opposita vulneris, sive loci quo ingressum est ferrum vel aliud simile. Simile est de
diptamo et galbano, de quibus vide in suis locis et capitulis.//

[Cap. 40. De cerfollio.]

Cerfolium herba est satis communis, calida est et sicca in III^o gradu. Contra
cancrum terratur et cum melle mixtum superponatur. Vinum decoctionis eius cum
35 mulsa potatum solvit catarrum. Distemperatum cum aceto fortissimo lumbricos necat.

1 lumbricos...melle] Ox, c. De centaurea, f. 67ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 10 (p. 345, l. 7). 2 Ad...oculi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 31, 2, p. 236. 3 Ad...consumeret] Circa instans, c. De centaurea (p. 31). 5 vulnera...consolidat] Ox, c. De centaurea, f. 67ra-67rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 10 (p. 345, l. 7-8). 6 Decoccio...estate] Ox, c. De centaurea, f. 67ra-67rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 10 (p. 345, l. 8-11). 8 Ad...confecto] Circa instans, c. De centaurea (p. 31). 17 Capillus...sanguinis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 32, 1-2, p. 236-237. 34 cancrum] Cf. DIOSCORIDES LAT., c. De cerefolio, f. 39rb. | cum melle] Cf. DIOSCORIDES LAT., c. De cerefolio, f. 39rb. 35 mulsa] Cf. DIOSCORIDES LAT., c. De cerefolio, f. 39rb. | aceto...lumbricos] Cf. DIOSCORIDES LAT., c. De cerefolio, f. 39rb.

1 inimitatur] iniciatur *Rur. com.* 6 sudores] fadores Ox 11 pulverem] ante pulverem, scr. et post exp. pulverem cod. | inunge] intinge Circa instans 12 superponatur] supponatur Circa instans 17 Capillus Veneris] Capillus veneris. Dulcimilia. Herba putei. Capillus fontis. Fransilha add. in marg. cod. 18 subtili] ante -tili, scr. et post del. et exp. habet diureticam cod. 20 cirupus] id est sirupus 28 secundinam] secundiam cod. | fetum] fetam *Rur. com.* 29 sive] ante sive, scr. et post del. vel cod.

Vinum decoctionis eius urinam et menstrua provocat. [f. 59r] Crudum in aceto tinctum et comestum, vomitum et ventris fluxum sistit. Vinum eciam decoctionis eius vertiginem curat, lavetur eciam capud aqua decoctionis et cathaplasmetur fronti. \\Hanc herbam ponit turtur in nido suo, sicut dixi supra de natura avium capitulo “turtur”.//

[Cap. 41. De cicuta.]

Cicuta herba est venenosa et ea non utimur in interioribus medicinis. Dissolvit enim tantum, quod spiritus inaniuntur, ex quorum inanitione membra mortificantur. Calida est et sicca in III^o gradu vel secundum alios in III^o. Virtutem habet atrahendi, dissolvendi et consumendi. Et potissimam virtutem habet secundum radices, deinde
 10 secundum folia, ultimo secundum semina, unde semen eius quandoque ponitur in medicinis. Contra viciu splenis talis fit usus: Tota herba ponitur in aceto cum libra seminis armoniaci per novem dies, deinde bulliatur, quousque bene resolutum fuerit armoniacum, et postea coletur per pannum. Iterum illa liquositas bulliat bene ad ignem et addita cera et oleo fiat unguentum, quod dicitur unguentum sicute. Et est optimum
 15 contra splenem et contra dura apostemata et contra arteticam et epilensiam, si inungatur spina coste vel loca similia. Contra artheticam et podagram coquantur radices in pasta, postea fissa per medium ponantur super arteticam, certissimum est remedium. Contra illiacam passionem, stranguriam, disuriam, ex decoctione eius in vino forti et oleo loca dolencia cathaplasmentur. Ad matricem mundificandam ex frigidis humoribus et
 20 glutinosis et ad menstrua provocanda fiat fomentum ex vino et aqua \salsa/ decoctionis eius. Contra scrophulas siccas prius fiat \usus/ diureticarum herbarum, post fiant cathaplasmata ex duabus partibus cicute et tertia scabiose.

[Cap. 42. De catapucia.]

Catapucia calida est in III^o gradu et humida in primo alias II^o vel secundum alios
 25 in suo modo medendi est calida et sicca in III^o. Est autem semen cuiusdam herbe simili nomine appellate, quod remoto exteriori cortice servatur. Eligenda est catapucia que neque est perforata neque livida, sed alba. Virtutem habet purgandi per superiora ex ventositate et levitate, quam habet. Unde quandoque datur sanis ad conservacionem sanitatis, quandoque egris ad egritudinem removendam. Contra cotidianam de fleumate
 30 salso et scabiem conteratur cathapucia in quantitate multa, et post caulium foliis involuta sub cinere ponatur diuque dimitatur, ut bene coquatur, deinde extracta comprimatur, et oleum, quod inde fluit, servetur et cum necesse fuerit, detur patienti in cibus vel aliquo alio modo, et ita possunt decipi multi. Vel fiat claretum de catapuciis tritis et mixtis vino cum melle et bibatur per patientem. Nota tamen quod in XX libris vini sufficit una cathapucie. Prosunt eciam ad idem, si catapucie bene trite ponantur in
 35 iure seu brodio carnum vel piscium vel aliorum ciborum, et comeste multum valent

1 urinam...menstrua] Cf. DIOSCORIDES LAT., c. *De cerefolio*, f. 39rb. 6 Cicuta...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 34, 1, p. 237. 8 in III^o] *Circa instans*, c. *De cicuta* (p. 36). | Virtutem...inungatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 34, 1-2, p. 237-238. 16 Contra...scabiose] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 34, 3, p. 238. 24 Catapucia...in²] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 1, p. 238. | II^o...fleumate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 1-2, p. 238. 30 salso] *Circa instans*, c. *De catapucia* (p. 39). | et¹...et¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 2, p. 238-239. 34 vino] *Circa instans*, c. *De catapucia* (p. 39). | cum melle] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 2, p. 239. | Nota...cathapucie] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 2, p. 239. 35 catapucie...fleumate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 35, 3-4, p. 239.

1 urinam] uirinam *scr. et post exp. -i- cod.* 7 inanitione] inaniacione *cod.* 12 novem] decem *Rur. com.* 14 sicute] *id est* cicute 16 podagram] podragam *cod.* 22 cathaplasmata] cathaphasmata *cod.* 24 Catapucia] Catapucia. Palma Christi *add. in marg. cod.* 29 sanitatis] saniitatis *scr. et post exp. -i- cod.* 30 quantitate] *ante* quantitate, *scr. et post exp. dicta cod.*

sanis et egris. Tamen dicunt aliqui quod cathapucia est laxativa et purgat superius et inferius laboriose et cum angustia, unde cavendum est, ne detur nisi facile venienti et nisi materia sit digesta. Nec sunt catapucie dande habentibus debilem stomachum et intestina, quoniam subvertunt ipsum. Nec dentur nisi distemperate, ne moram faciant in stomacho; nec est superdormiendum nec quiescendum sicut nec in ceteris vomitis medicinis, et usus earum est, ut ex eis acuantur medicine cum X aut XII enucleatis et pistatis et sic admisceantur medicine. Possunt etiam dari per se trite et distemperate cum vino vel aqua calida, [f. 59v] quia purgant fleuma et viscosos humores, maxime de stomacho et intestinis, unde prosunt colericis, cardiacis, yliacis, arteticis et febris cotidiane etiam ex vitreo vel naturali fleumate, si sumantur modis predictis vel si trite ponantur in vino addito cinamomo et aliis speciebus aromaticis. Folia etiam viridia vel truncus viridis, si possit haberi, idem operantur magis tamen temperate quam grana seu fructus, secundum Platearium.

[Cap. 43. De cretano.]

Cretanus, id est rinci marini, herba est, que in marinis partibus reperitur et est calida et sicca in III^o gradu. Virtutem habet valde diureticam ex substantie subtilitate. Contra stranguriam, vicium lapidis et illiacam passionem herba ipsa in magna quantitate bulliat in aqua salsa, vino et oleo, et in illa aqua paciens sedeat usque ad umbilicum. Et si tanta quantitas haberi non potest, cathaplasmentur loca dolencia. Herba etiam comesta vel vinum decoctionis eius urinam provocat. Aqua etiam eius distillata in alambico et inde sumpta quolibet mane valet contra dolores renum et lapidem.

[Cap. 44. De celidonia.]

Celidonia herba est calida et sicca in III^o gradu alias IIII^o, cuius due sunt maneries, scilicet Indica, que maioris est efficacie et citrinam habet radicem, que dicitur agrestis, alia est communis minoris tamen efficacie. Eius radice utimur in medicinis. Virtutem habet dissolvendi, consumendi et atrahendi. Contra dolorem dencium ex frigida causa radix celidonie agrestis aliquantulum trita et alleum superponatur. Ad capud purgandum et vulvam ex frigido humore radix illius sillvestris in vino decocta patienti superponatur, et paciens fumum per os recipiat, deinde vinum gargarizet, quod vulvam desiccat et capud purgat. Plinius autem dicit quod succo celidonie oculi irundinum eruti vel lesi ad statum pristinum reducuntur, et huius herbe irundo est expers, de quo tetigi supra de natura avium capitulo "irundo", vide super celidonia quod tango infra capitulo "feniculus". Contra colicam passionem, herba hec trita in vino decocta superponatur vel sponchia in vino infusa decoccio pulveris eius sepius ponatur. Ad menstrua provocanda et ad matricem mundificandam fiat fomentum ex aqua decoctionis eius sepius. Ad cancrum horis vel exteriorum corrosionem pulvis radice eius cum radicibus rose conficiantur cum aceto et decoquantur usque ad mediam spissitudinem ad modum sinapismi et inungantur partes cancrose, multum confert.

10 trite...aromaticis] Circa instans, c. De catapucia (p. 39). 15 Cretanus...provocat] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 36, 1, p. 240. 23 Celidonia...in] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 37, 1, p. 240. | III^o] Ox, c. De celidonia, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De celidonia (p. 235). | gradu...radicem] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 37, 1, p. 240. 25 est...reducuntur] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 37, 1, p. 240. 33 Contra...inmitatur] Circa instans, c. De celidonia (p. 42).

2 venienti] vomenti Rur. com. 8 aqua calida/] add. sub. l. cod. | quia] ante quia, scr. et post exp. catapucie cod. 11 aromaticis] aromatibus scr. et post exp. -bus- cod. 15 Cretanus] Cretanus. Irinci marini. Bassillas add. in marg. cod. | marinis] transmarinis scr. et post exp. trans- cod. 18 salsa] salmacida Rur. com. 33 feniculus/] feniculum cod. 34 sponchia] id est spongia 36 horis] id est oris 37 mediam] mediocrem Circa instans 38 sinapismi] cenaspismi cod.

Contra fistulam pulvis eius cum capitello conficiatur et cum stuello \ori/ fistule inmitatur.

[Cap. 45. De coriandro.]

Coriandrum est herba satis communis, que calida et sicca est in secundo gradu.
 5 Cuius semen in recepcionibus debet poni. Ad digestionem confortandam et dolorem stomachi ex ventositate detur semen eius in cibis, et vinum decoctionis eius in potu. Item pulvis seminis eius super carnes aspersus eas saporat. Ysidorus dicit quod eius semen in vino dulci datum reddit hominem ad venerem proniorem. Sed cavendum est,
 10 ne nimis detur, quia in demenciam deduceret et furorem, maxime si sit non preparatum, quia sensum obiectat. Eius herba cum semine est canibus venenosa et eos interficit, si ab eis aliquociens sumatur. Coriandri folia frumentis adiuncta vel admixta melius frumenta conservant.

[Cap. 46. De consolida maiore.]

Consolida maior, id est simphitum, frigide et sicce complexionis est, sed proprie
 15 radix ipsius est medicinalis. Virtutem habet constringendi substantiam grossam. Pulvis eius datus in cibis valet contra fluxum sanguinis menstruorum et contra fluxum ventris, et superpositus valet eciam contra fluxum menstruorum, et similiter fomentum ex ipsa herba factum. \Succus foliorum consolide maioris cum aqua rosata faciem mundat et pellem extendit. Ad sciendum an infirmus moriatur pulveriza consolidam et misce cum
 20 melle et detur potui cum vino. Et si infirmus habeat vomitum, morietur, alias supervivet.//

[Cap. 47. De cisamo.]

Cisamus idem est \quod/ ciclamen, de quo dicam infra capitulo “ciclamen”. [f. 60r]

[Cap. 48. De cucumere agresti.]

Cucumer agrestis est herba nota, ex cuius succo fit electuarium hoc modo: In
 25 canicularibus diebus colligitur fructus ipsius herbe, cum est quasi maturus, et conteritur et succus ipsius soli exponitur et desiccatur, et quidam decoquant ad ignem. Et tale minus laxativum est minusque violenter ducit. Et quidam decoquant succum cum melle fere usque ad consumptionem succi et in modum electuarii dant, quod satis laxat per
 30 inferiora. Habet virtutem purgandi principaliter fleuma et viscosos humores, secundario coleram nigram sive melancoliam. Unde valet \contra/ paralysim, apoplexiam, epilexiam, colicam et yliacam. Febri cotidiane ex fleumate vitreo vel naturali, sciaticis, arteticis, podagricis subvenit. Atrahit enim a remotis partibus et purgat. In ceteris passionibus ex fleumate utiliter medetur; non tamen per se solum datur. Purgat autem
 35 per os et ventrem. Et usus quidem eius est, ut admisceatur aliis confectionibus et ex dragma I medicina acuatur. Et qui electuarium acceperit, non superdormiat, sed moveatur, sicut qui susceperit eleborum alias ebulorum, quoniam solet suffocationem

4 Coriandrum...furorem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 38, 1, p. 241. 10 Eius...sumatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 38, 1, p. 241. 11 Coriandri...conservant] Ox, c. *De coliandro* [!], f. 78va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c.* De coriandro (p. 241). 14 Consolida...factum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 39, 1, p. 241. 25 Cucumer...lentigines] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 40, 1-5, p. 242-243.

1 stuello] cuello *cod.* 9 demenciam] amentiam *Rur. com.* 10 obiectat] ebectat *cod.* 14 Consolida maior] Consolida maior. Sinphitum. *Niel add. in marg. cod.* 17 superpositus] suppositus *Rur. com.* 25 Cucumer agrestis] Cucumer agrestis. Electuarium. *Cocomerassas add. in marg. cod.* 31 melancoliam] malencoliam *cod.* | paralysim] paralasim *cod.* 32 Febri] Febri *cod.* 33 In] Item *Rur. com.* 37 susceperit] susperit *scr. et post add. sup. l. -ce- cod.* | eleborum] eloborum *cod.*

inducere. In illiaca passione precedat aliquod cristere mollitivum et postea fiat aliud ex aqua malvarum, oleo et melle cum dragmis V electuarii et inmitatur, et est optimum contra illiacam, arteticam, ciragram et podagram. Item herba ipsa, si haberi poterit, conteratur aliquantulum et decocta in vino et oleo loco dolenti superposita strangurie, yliace et podagre subvenit. Ad menstrua provocanda pulvis electuarii conficiatur cum oleo muscelino vel rosato, et bonbex intinctus superponatur. Ad apostemata frigida maturanda electuarii dragme V et farina ordeï conficiantur cum vitello ovi et superponatur. Ad apostemata rumpenda fit optimum ruptorium ex electuario et terebintina. Ad vermes auris conficiatur electuarium in quantitate granorum V cum modico aceto et tepidum infundatur. Ad omnem dolorem stomachi ex frigida causa inungatur ex confeccione electuarii et aceti. Ad lentigines faciei et ad omnes eius superfluitates removendas accipe cerusam et camphoram et electuarium hoc in quantitate illorum duorum, et conficias cum aceto in modum unguenti, et pista in mortario plumbeo, et ponatur in vase vitreo per XV dies, et postea in predicto mortario cum pistello eodem moveatur addito aceto, si durum sit, et ex eo ungatur facies; omnem enim abstergit pannum et lentigines. \Radix cucuneris agrestis prodest dolori dencium, de quo tango infra capitulo "iusquiami". Succus fructus eius solet picturis inmisceri ne in \eis/ musca requiescat. Valent eciam fructus adversus pullices, sicut tetigi supra de natura vermium capitulo "pulices". Et prodest pari modo adversus muscas, ut tetigi eodem titulo capitulo "musca".//

[Cap. 49. De cicere.]

Cicer herba nota et in semine est diversitas, quia quoddam est album et quoddam ruffum et quoddam nigrum. Cicer calidum est et siccum in primo, secundum Avicennam, sed nigrum et ruffum forciora et meliora sunt albo. Cicer plurimi est nutrimenti et ventrem humectat, sed inflacionem generat et ventositatem. Idcirco auget sperma \maxime album/ et coitum valde confortat, quia tres habet in se causas ad coytum pertinentes, scilicet calorem, nutrimentum et inflacionem. Lac eciam mulierum augmentat. Valde competit equis cum multitudinem equarum habeant coyre. Ypocras dicit quod ciceris potestates due sunt et cum coquitur, eas amitit, et in aqua, ubi coquitur, redeunt: una est dulcedinis, altera salsuginis. Cum dulcedine sua nutrimento bono nutrit, cum salsugine vero humorem grossum dissolvit ac mi- [f. 60v] nuit, urinam et menstrua provocat, et valet ictericis et ydropicis. Et si eius iure seu brodio lavetur corpus, impetiginem et serpiginem mundificat. Valet eciam maxime nigrum vel ruffum ad predictam et ad apericionem splenis et epatis et ad fracturam lapidis et lonbricos educendos, precipue si cum apio coquatur et eius colatura bibatur. Cicer comestum clarificat vocem et nutrit splenem melius quam res aliqua. Apostemata retro auriculas et in genitalibus membris et salsugineos solvit et minuit. Nocet tamen vulneribus vesice et renum.

22 Cicer...forciora] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 3, 1 et 3, p. 161-162. 24 Cicer...nigrum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 3, 3-5, p. 162-163. 34 apericionem...aliqua] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 3, 5-6, p. 163. 36 Apostemata...renum] Ox, c. *De cicere*, f. 77ra-77rb.

1 illiaca] illaca *scr. et post add. sup. l. -i- cod.* | aliquod] *ante aliquod, scr. et post exp. aliquod cod*
 2 inmitatur] iniciatur *Rur. com.* 3 podagram] podragam *cod.* 5 podagre] podrage *cod.* 6 bonbex] bombyx *Rur. com.* | superponatur] subponatur *Rur. com.* 8 electuario] elacterio *Rur. com.*
 9 terebintina] terbenthina *Rur. com.* | auris] *ante auris, scr. et post exp. vermes cod.* | electuarium] elacterium *Rur. com.* 11 electuarii] elacterii *Rur. com.* 12 electuarium] elacterium *Rur. com.*
 14 mortario¹] mortali *scr. et post exp. -li et add. sup. l. -rio cod.* 16 lentigines] lengines *scr. et post add. sup. l. -ti- cod.* | cucuneris] *id est cucumeris* 18 requiescat] *ante requiescat, scr. et post exp. ibi cod.*
 19 prodest] podest *scr. et post add. sup. l. -r- cod.* 23 quoddam] quod *cod.* | Cicer] *ante Cicer, scr. et post exp. album cod.* 34 apericionem] apercionem *cod.* | lonbricos] *id est lumbricos*

[Cap. 50. De cicercula.]

Cicercula herba est, cuius granum bonus est cibus simul cum herba pro animalibus. Et homines eius granis elixis utuntur et in turtis et in pane et in aliis generibus bladi pro familiis et hiis, qui laboribus excercentur.

5 [Cap. 51. De canabo.]

Canabum fere est de natura lini et est duplex, scilicet masculinum, quod producit semina et feminum, quod semen non habet. Ex canabo fiunt tele, funes et recia piscatorum. Semen eius optimum est pro aviculis et ipsum libenter assumunt sibi in escam. Et ad multa est medicinale.

10 [Cap. 52. De coloquintida.]

Coloquintida, ut dicit Platearius, est herba alias dicta cucurbita Alexandrina. Nascitur in regionibus circa Ierusalem et eius fructus etiam coloquintida dicitur, et est calida in tercio gradu et sicca in II°. Vel est pomum cuiusdam arboris in dictis regionibus nascentis. Et est fructus mortiferus. Et habet in se medulam, corticem et
 15 semen. Medula potissima est medicine, secundario semen. Cortex modicam habet efficaciam. Eligenda est coloquintida que habet medulam albam et continuam. Et illa est respuenda que intus sonat ut concava. Virtutem habet dissolvendi, consumendi ex amaritudine, et habet virtutem diureticam. Purgat autem principaliter fleuma, secundario melancoliam. Unde eius talis debet esse usus. Contra cotidianam, uncia seminum
 20 interiorum coloquintide cum duabus unciis vel tribus succi ebuli coquantur cum pomo coloquintide, colature addatur zucara et detur patienti ante accessionem in sero precedentibus tamen digestivis et purgativis. Hoc autem debet fieri si post purgacionem remanserit febris accio. Contra cartanam talis sit usus: Aqua decoccionis sene ponitur cum pomo coloquintide addita unciam seminum interiorum coloquintide fiat
 25 decoccio, coletur, colature addatur zucara. Et ante horam accessionis detur precedentibus signis digestionis et purgacionis, et hoc si post purgacionem remanserit febris. Valet etiam hoc contra scabiem vetustissimam. Contra dolorem dencium, fiat gargarismus ex aceto decoccionis coloquintide. Contra lumbricos, pulvis eius cum melle confectus patienti offeratur. Pueris emplastrum ex pulvere eius cum succo absinthii fiat
 30 circa umbilicum. Contra vermes aurium, immitatur pulvis eius cum succo persicarie. Contra splenis et epatis duriciem, detur succus feniculi cum aqua decoccionis interiorum coloquintide vel etiam cum succo ipso. Ad matricem mundificandam et ad menstrua provocanda, fiat fomentum ex aqua decoccionis coloquintide. Pulvis etiam coquatur in ipso pomo in oleo et intincto bonbace fiat suppositorium. Ad emoroydas, coquatur
 35 oleum nucum in pomo coloquintide et inungatur bonbax et supponat sibi pociens frequenter.

2 Cicercula] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 4, 1, p. 163. | bonus...cibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 4, 1, p. 163. | animalibus...excercentur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 4, 1, p. 163. 6 Canabum...lini] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 5, 1, p. 164. | masculinum...escam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 5, 1 et 3, p. 164-165. 11 Coloquintida...Platearius] Ox, c. *De colloquintida*, f. 64rb. | cucurbita...Ierusalem] Ox, c. *De colloquintida*, f. 64rb. 12 \eius] Circa instans, c. *De coloquintida* (p. 26-27).

11 Coloquintida] Coloquintida. Cucurbita Alexandrina *add. in marg. cod.* 23 accio] accessio Circa instans 25 horam] ante horam, *scr. et post exp. auroram cod.* 28 gargarismus] gargarisimus *cod.* 30 immitatur] iniciatur Circa instans 33 in] ante in, *scr. et post exp. cum cod.* 34 bonbace] bombice Circa instans 35 inungatur] intingatur Circa instans | bonbax] bombix Circa instans | supponat] supponatur Circa instans

[Cap. 53. De camphora.]

Camphora, ut dicit Platearius, herba est in oriente aromatica cuius succus etiam camphora dicitur. Et fit hoc modo: Hec herba con- [f. 61r] teritur et succus exprimitur quod feculentum est, residet et abicitur, quod purum est, retinetur et soli exponitur.

5 Exsiccatum vero album et perlucidum fit. Canfora frigida est et sicca in III° gradu. Et virtutem habet infrigidandi, constringendi et extergendi ac confortandi. Unde valet adversus libidinem, si frequenter naribus odoretur, quia odor reddit castum suum gestatorem, unde versus: 'Camphora per nares castrat odore mares.' Et nota quod, si camphora manibus tractetur illorum qui libidine polluntur, ab eis evanescit. Contra

10 etiam involuntariam spermatis effusionem, pulvis camphore distemperetur cum muscillagine psillii vel cum agresta vel cum succo solatri, intinctis lineis plagellis, super pectinem ponatur et super renes et pudenda. Similis vacere quoad hoc est quidam vermis brucus, de quo dixi supra de natura vermium capitulo "brucus". Simile etiam vidisti supra de natura arborum capitulo "agnus castus". Contra calefactionem epatis,

15 pulvis camphore cum succo solatri conficiatur, in quo plagelle intincte sepius epati superponantur. Contra fluxum sanguinis ex naribus, fiant magdaliones ex pulvere eius et pulvere seminis urticae uste confectis cum succo sanguinarie et naribus imponatur. Si autem fluxus sanguinis ex bullicione sanguinis, cum aqua frigida conficiatur pulvis camphore et cum aqua rosata addito succo feniculi et plagelle infuse fronti superponatur

20 et timporibus et gule et epati. Contra maculam oculorum, conficiatur pulvis camphore cum aqua rosata addito succo feniculi et ponatur in vase eneo et ex hoc oculi illinientur. Contra pruritus faciei et ad faciem depurandam, cum aqua rosata pulvis eius conficiatur, addito melle albo et mundissimo, \et inde facies illiniatur/. Nota etiam quod ponitur in cirupo contra acutas egritudines et frenesim. Provocationem

25 sternutationem, si pulvis eius cum oleo distemperetur et penna intincta, nares inungantur, et in aliis febribus acutis. Item valet ad ruborem vel ad ardorem oculorum.

[Cap. 54. De carice.]

Carix est herba acuta et dura, acutis virgulis quadratis manum trahentis secat, in locis paludosis crescit.

30 [Cap. 55. De cinoglosa.]

Cinoglosa herba est que quartanis medetur.

2 Camphora...aromatica] Ox, c. De camphora, f. 66vb. | cuius...dicitur] Circa instans, c. De camphora (p. 25). 3 Hec...fit] Ox, c. De camphora, f. 66vb. 5 Canfora...gradu] Circa instans, c. De camphora (p. 25). 6 virtutem...extergendi] Circa instans, c. De camphora, Venetiis, 1525, f. 192ra. 7 libidinem] Circa instans, c. De camphora (p. 26). | si...naribus] Ox, c. De camphora, f. 67ra. | odoretur] Circa instans, c. De camphora (p. 26). | castum...evanescit] Ox, c. De camphora, f. 66vb-67ra. 9 Contra...pudenda] Circa instans, c. De camphora (p. 26). 14 Contra...illiniatur/] Circa instans, c. De camphora (p. 26). 24 in...oculorum] Circa instans, c. De camphora (p. 26). 28 Carix...crescit] Ox, c. De carice, f. 72va. 31 Cinoglosa...medetur] Ox, c. De cinoglosa, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De cinoglossa (p. 236).

18 sanguinis¹] si cod. 20 conficiatur] ante conficiatur, scr. et post exp. conphici cod. 24 cirupo] id est sirupo | egritudines] egritudines cod. 25 distemperetur] distemperetur cod. 26 inungantur] intingantur Circa instans 28 Carix] Carix. Triangles add. in marg. cod.

[Cap. 56. De corona regia.]

Corona regia herba est sic dicta, quia formatur ad modum semis circuli et alias dicitur mellilotum secundum Platearium. Et etiam dicitur alias herba perforata vel herba sancti Iohannis vel yporicon. Calida est et sicca in primo gradu. Semen cum cortice
 5 ponitur in medicinis. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate et diuretica est ex subtilitate substance, unde decoccio eius digestionem confortat, ventositatem excludit, opilationem renum et vesice apperit. Semen eius in brodio et cibis ponitur, quia eos boni odoris facit. Confortat cor, et epar et renes mundat. Ulcera putrida curat et antracem venenum tollit.

[Cap. 57. De cirpo.]

Cirpi medula aquam a vino separat.

[Cap. 58. De cilo.]

Cilum calidum est et humidum, valet ad apostemata maturanda, serpentes fugat, valet ad morsus scorpionum.

[Cap. 59. De carui.]

Carui herba est calida et sicca in III^o gradu. Semen et herba carui dicuntur. In transmarinis partibus et Cicilia invenitur. Virtutem habet diureticam. Vinum decoctionis eius stranguriam et dissinteriam et lapidem aufert atque frangit. Pulvis etiam in cibis sumptus digestionem confortat et ventositatem excludit. In salsamentis [f.
 20 61v] positus appetitum provocat. In medicinis tantum semine utimur.

[Cap. 60. De costo.]

Costus calidus et siccus in III^o gradu. Eius radice utimur. Sed costi due sunt species, nam quidam est Indicus, qui subruffus est et violencior, quem non habemus, et alius Arabicus, qui temperacior est et albus quo nos utimur. Et debet eligi costus, qui,
 25 cum frangitur, non facile pulverizatur, nec interius est perforatus. Et habet amarum saporem inmixtum ponticitati, alius vero abiciendus est. Virtutem habet confortandi ex ponticitate et diureticam ex qualitatibus suis. Contra duriciem splenis et epatis ex frigida causa detur vinum decoctionis eius. Electuarium etiam quod diacostum dicitur precipue valet ad splenem. Exteriorius autem eo utimur sic: Cerotum unguentum fiat competens ex
 30 oleo et cera et pulvere costi fiat etiam hoc: Marrubium in vino et oleo maceretur per XV dies ibi, post fiat decoccio usque ad medietatem coletur et in colatura addantur cera et pulvis costi et fiat unguentum. Ad conceptum iuvandum cum \oleo/ muscelino vel

2 Corona...mellilotum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 73, 1, p. 265. 3 etiam dicitur] *Circa instans*, c. *De melliloto* (p. 72.) | herba¹...yporicon] Ox, c. *De corona regi[a]*, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De corona regia* (p. 236). 4 Calida...facit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 73, 1, p. 265. 8 Confortat... tollit] Ox, c. *De corona regi[a]*, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De corona regia* (p. 236). 11 Cirpi...separat] Ox, c. *De syrpi*, f. 78rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De cirpo* (p. 237). 13 Cilum...scorpionum] Ox, c. *De lilio*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De lilio* (p. 247). 16 Carui...utimur] *Circa instans*, c. *De carui* (p. 35-36.) 22 Costus...due] *Circa instans*, c. *De costo* (p. 39).

23 Indicus...unciam] *Circa instans*, c. *De costo* (p. 39-40).

2 Corona regia] Corona regia. Mellilotum. Herba perforata. Herba sancti Iohannis *add. in marg. cod.* semis circuli] semicirculi *Rur. com.* 4 yporicon] ypericon Ox 5 aromaticitate] aromacitate *cod.* 13 Cilum] Lilium Ox 17 Cicilia] *id est* Sicilia 18 stranguriam] transguriam *cod.* | dissinteriam] dissuriam *Circa instans* 20 positus] positum *cod.* 22 radice] radicime *scr. et post exp. -ime et add. sup. l. -e cod.* 24 Arabicus] Arabicis *scr. et post exp. -is et add. sup. l. -us cod.* 25 interius] intus *Circa instans* | perforatus] *ante perforatus, scr. et post exp. pulveri cod.*

saltem communi conficiatur pulvis costi et bonbax intincta superponatur. Accipiat etiam fumum per embotum, matricem mundificat et calefacit. Contra dolorem stomachi ex frigida causa fiat emplastrum ex pulvere masticis et olibani et costi, quantum de aliis, cum oleo rosato vel muscelino si potest haberi, et cera et stomacho superponatur; sic fit
 5 unciam I olei sicut II uncias cere et pulveris; quandoque addimus spicam, nucem muscatam, gariofolium et similia. Contra dolorem capitis ex frigida causa detur vinum decoctionis eius. Contra lumbricos detur pulvis eius cum melle confectus.

[Cap. 61. De cardemomo.]

\\Cardemomum est herba crescens in Arabia vel secundum quosdam est arbor.
 10 Cuius fructus vel semen eodem nomine appellatur. Virtutem habet confortandi et consumendi. Scabiem purgat cum aceto bibitum. Cum aqua calida epilepticis prodest, torciones et inflaciones ventris relaxat. Urinam et menstrua provocat. Serpentum morsibus occurrit. Contra sincopim et cardiacam passionem valet decoccio eius in vino addita aqua rosata et detur patienti. Ad debilitatem stomachi et digestionem
 15 confortandam valet pulvis eius cum semine anisi datus in cibis. Appetitum provocat et valet contra vomitum ex frigida causa confectio eius cum succo mente et data in cibis. Ad idem valet, si pulvis cardemoni cum menta viridi vel sicca in aqua salmatica et aceto coquatur, et spongia ori stomachi apponatur. Contra debilitatem cerebri pulvis eius naribus imponatur vel aliter pulvis in oleo muscelino in testa ovi super cineres calidos
 20 usque dum bulliat ponatur et postea capud inungatur, secundum Platearium et Senecam.//

[Cap. 62. De ciclamine.]

Ciclamen est herba, que etiam dicitur panis porcinus vel cisamus vel malum terre. Radix eius proprie ciclamen dicitur, habens tuberositates que quanto maiores, tanto
 25 efficaciores. Radix itaque recens magnam habet efficaciam, siccata vero minorem. Colligitur autem circa finem atumpni et in quatuor partes debet scindi et loco unbroso siccari. Calida \\est/ et sicca in III^o gradu. Virtutem habet dissolutivam, consumptivam et atractivam. Valet contra emoroydas inflatas et non efluentes et exterius apparentes hoc modo videlicet: Aspergatur pulvis eius vel illiniatur de succo eius, postea aspergatur
 30 pulvere eius vel ellebori nigri et rosarum. Si vero interius lateant, pulvis misceatur in modica quantitate per clisterem vel fiat suppositorium, postea inniciatur pulvis eius cum clisteri, postea insuffletur cum vesica porcina vel simili inflato aere. Ad menstrua provocanda et matricem mundificandam resolve triferam magnam in oleo muscelino vel communi, bulliat ad ignem in ciclamine et de bonbace intincto fiat suppositorium.
 35 Contra tenasmon ex vitreo fleumate succus radicum in oleo communi cum ipso pomo bulliat et cum bombace intincto fiat suppositorium. Contra vicium splenis accipe malum

5 olei...confectus] Circa instans, c. De costo (p. 40). 9 \\Cardemomum...Arabia] Ox, c. De card[a]mom[o], f. 71rb. 10 semen] Ox, c. De card[a]mom[o], f. 71rb. | Virtutem...consumendi] Circa instans, c. De cardamomo (p. 28). 11 Scabiem...valet] Ox, c. De card[a]mom[o], f. 71rb. 13 decoccio...cibis] Circa instans, c. De cardamomo (p. 28). 17 pulvis...inungatur] Circa instans, c. De cardamomo (p. 28). 20 Platearium...Senecam//] Ox, c. De card[a]mom[o], f. 71va. 23 Ciclamen...prodest] Circa instans, c. De ciclamine (p. 25).

5 unciam] obol. Circa instans | uncias] obol. Circa instans | spicam] picam cod. 6 gariofolium] gariofilum Circa instans 9 \\Cardemomum] Cardamomum Ox 23 Ciclamen] Ciclamen. Panis porcinus. Malum terre add. in marg. cod. | cisamus] cassamus Circa instans 30 pulvere] ante pulvere, scr. et post exp. pulvere cod. 31 clisterem] clistere cod. 32 menstrua] mestrua cod. 33 mundificandam] mundifican- scr. et post add. sup. l. -dam cod. 34 ciclamine] ante ciclamine, scr. et post exp. clici cod. 36 bombace] bombix Circa instans

terre in multa quantitate et mundatum et contritum per XV dies in vino et oleo maceretur, in cuius colatura addatur cera et modicum aceti et fiat decoccio usque ad spissitudinem. Precedentibus mollificativis, hoc efficax est, si post inungatur vel ex succo eius vel ex pulvere, si deest succus, confice cum oleo \et cera/ ad modum unguenti, si ungatur egra pars multum prodest. Super hoc recito, ut reffert Platearius, \quod/ mulieres Salernitane in ultimo die Iovis lune deficientis accipiunt ciclamen et ponunt super splenem et securi incidunt in tres partes dicentes ter: ‘Quid incidis ?’ et paciens respondet: ‘Splenem’. Post suspendunt ad desiccandum [f. 62r] respondentes ipse: ‘Sicut exsiccantur et extinguuntur partes iste ciclamini, sic desiccetur splen; et post inungunt predicto unguento. Contra apostemata ex frigida causa, que erumpi non possunt propter cutis spissitudinem, pomum ipsum conteratur et in oleo bulliat, calidum superponitur aut per exteriora aut per interiora purgetur apostemata fistula. Tenta de radice facta inponatur os amplificat, os eciam aliquod, si intus fuerit, atrahit, ut melius cum tenaculis possit auferri. Pulvis eius aspergatur super stuellum contra polipum, quod naribus inponatur seu inimitatur. Valet eciam ciclamen contra ficum.

[Cap. 63. De dragontea.]

Dragontea idem est quod serpentaria, de cuius virtute et efficacia dicam infra capitulo “serpentaria”.

[Cap. 64. De diptano.]

Diptanus herba est, que alio nomine dicitur fraxinella, quia frondes habet ad modum fraxini. Crescit in locis lapidosus. Radix eius est medicinalis. Calidus est et siccus in III^o gradu alias IIII^o. Et debet eligi radix que interius non sit perforata. Virtutem habet dissolvendi, consumendi, consolidandi et atrahendi venenum, unde valet contra morsum venenatorum, si ipsa herba vel radix trita superponatur. Succus eciam eius cum vino detur. Pulvis eius cum succo mente conficiatur et superponatur et potui detur. Ad menstrua provocanda et fetum mortuum et secundinam educendam fiat inieccio pulveris eius cum succo herbe ipsius vel artemisie. Ysidorus insuper dicit quod est tante virtutis, ut ferrum a corpore extrahat, unde eius pabulo fere percusse eiciunt sagittas corpori infixas, quod maxime faciunt cervi, sicut tetigi supra de natura pecudum capitulo “cervus”. Et idem operatur galbanum, dixi in capitulo “galbanum” supra de natura arborum. \Idem de capillo Veneris ut supra suo capitulo.//

[Cap. 65. De dauco.]

Daucus est herba secundum Platearium calida et sicca in III^o gradu et est duplex: quidam est daucus creticus sic dictus, quia in Creta precipue invenitur, et quidam daucus asiminus, quia est precipuus cibus asinorum. Creticus est maioris efficacie. Et habet hec herba maiorem virtutem secundum folia et flores, minorem secundum

6 mulieres...ficum] Circa instans, c. De ciclamine (p. 25). 20 Diptanus...est] Ox, c. De diptamo, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 12, 11 (p. 345, l. 1-2). | que...Radix] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 41, 1, p. 243. 21 medicinalis] Ox, c. De diptamo, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 12, 11 (p. 345, l. 1). | Calidus...in] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 41, 1, p. 243. 22 gradu...IIII^o] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 41, 1, p. 243. 23 Virtutem...detur] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 41, 1, p. 243-244. 27 Ysidorus...infixas] PETR. CRESC., Rur. com. 6, 41, 1, p. 244. 29 cervi] Ox, c. De diptamo, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura 12, 11 (p. 345, l. 5). 33 Daucus...saxifrage] Circa instans, c. De dauco (p. 45).

13 si intus] finitus cod. 14 stuellum] tuellum cod. | polipum] policum cod. 20 Diptanus] Diptamus. Fraxinella add. in marg. cod. 21 Radix] Radix diptami portata tollit dolorem dentium add. in marg. alia recentior manus cod. 25 Pulvis] Pullvis scr. et post exp. -l- cod. 35 asiminus] asininus Circa instans

radicem. Habetque virtutem dissolvendi, consumendi et atrahendi. Contra reuma et frigidam tussim detur vinum decoctionis eius et ficuum siccarum et sacelletur capud ex eius pulvere facto. Contra viciū lapidis valet eciam vinum decoctionis eius et saxifrage. Valet eciam ad plura alia, que scribit Platearius.

5 [Cap. 66. De diagredio.]

Diagredius est herba nascens in transmarinis partibus secundum Platearium, ex cuius succo lacteo qui exit, dum rumpuntur summitates illius herbe, fit electuarium diagredium. Calidus est et siccus in III^o gradu. Solet poni et adiungi in aliis conposicionibus ad acuendum medicinas. Purgat coleram et ceteros humores.

10 [Cap. 67. De elleboro.]

Elleborus herba est calida et sicca in III^o gradu et est duplex, quidam \dicitur/ albus, quia albas habet radices, quidam niger, qui radices habet nigras. Elleborus albus, si ex eo fiat oximel in modum sequentem, valet contra passiones ex fleumate naturali vel vitreo et arteticis et podagraxis et cyragris. Et debet confici hoc modo: Perfora
 15 radicem feniculi \vel/ raphani cum subula et immite radicem ellebori albi, terra fossa circa mediam radicis reponatur taliter quod non rumpantur et sub terra per XXX dies, ut accipiant virtutem de eleboro, post abiectis radicibus ellebori cetera radices conterantur et in aceto per IIII^{or} dies ponantur, demum [f. 62v] fiat decoccio ex tali aceto et melle et tale oximel est competens predictis. Sed si fiat oximel ex radicibus ellebori nigri et
 20 predicto modo valet ad melancoliam purgandam et contra quartanam. Sed tamen predicta non debet dari materia existente indigesta. Contra arteticham, podagram et emigraneam fiat decoccio ipsius herbe in aqua salsa et fomententur partes, herba eciam cathaplasmetur. Ad vermes aurium conficiatur modicum pulveris cum succo persiccarie et auribus inponatur. Pulvis eius superpositus carnem superfluam corrodit. Contra
 25 furfuritates capitis et pediculos bulliat farina luppinorum amarorum in aceto, post coletur et colature admisceatur pulvis ellebori, ut fiat quasi sinapismus et ungatur capud per discriminalia, demum lavetur cum \aqua/ calida. Contra scabiem fiat pulvis ex elleboro albo bene tritto uncia I et litargiro per se tritto uncias II, oleum commune vel nucis in patella ponatur. Litargirum conficiatur cum aceto et ponatur in illo elleborus ad
 30 ultimum pulverem cum unguento inungatur in balneo. Si pulvis ellebori maxime nigri in pane vel caseo misceatur et detur muribus, eos interficit.

6 Diagredius...poni] *Circa instans, c. De diagredio* (p. 42-43). 9 ad...humores] *Circa instans, c. De diagredio* (p. 43-44). 11 Elleborus...et] *Circa instans, c. De elleboro* (p. 51). 16 sub...radicibus] *Circa instans, c. De elleboro, Venetiis, 1525, f. 197vb.* 17 ellebori...tali] *Circa instans, c. De elleboro* (p. 51). 19 oximel¹...pulverem] *Circa instans, c. De elleboro* (p. 51). 25 furfuritates] *furfuriscas Circa instans* 30 inungatur...pulvis] *Circa instans, c. De elleboro, Venetiis, 1525, f. 197vb.* 31 muribus eos] *Circa instans, c. De elleboro* (p. 51).

6 Diagredius] *Diagredius. Diagredium add. in marg. cod.* 11 Elleborus] *Niger autem habet acuitatem fortiolem quam album. Hii autem, qui colligunt eum, preservantur a nocumento ipsius comestione allii et potu vini fortis, que a quibusdam vocatur herba luporum, eo quod lupos et canes interficit pulverisata super cibum ipsorum, ut ayt Albertus In vegetabilibus add. in marg. alia recentior manus cod.* Niger...vegetabilibus] *Alb. Mag., De vege. 6, 2, 6 (p. 510, § 333).* 12 albus¹] *ante albus, scr. et post exp. est et add. sup. l. dicitur cod. | qui] quia Circa instans* 14 podagraxis] *podragaxis cod.* 15 raphani] *ante raphani, scr. et post del. et exp. et cod.* 20 melancoliam] *melencoliam cod.* 22 emigraneam] *cyragram Circa instans* 23 cathaplasmetur] *cathasplametur cod.* 25 furfuritates] *furcuritates cod.* 27 discriminalia] *discrininalia cod.* 29 nucis] *mucis cod.*

[Cap. 68. De endivia.]

Endivia herba est, que alio nomine dicitur scariola vel lactuca agrestis et est frigida et sicca in II° gradu alias in primo. Semina et folia competunt medecine, et folia eciam
 5 usui ciborum. Sed radix nullam habet virtutem. Folia viridia maxime sunt efficacie, sicca nullius. Virtutem habent confortandi et alterandi, unde contra opilacionem epatis et splenis ex calida causa valent. Contra tercianam duplicem et simplicem ytericiam et calefaccionem epatis et apostemata calida valent comesta, elixa vel cruda. Item sirupus ex decoctione eius et zucara valet ad idem. Item succus eius vel sirupus datus in IIII^a
 10 vel VI^a die materia digesta valet \\ad idem\\. Item contra calorem epatis et calida apostemata valet ipsa herba contrita et superposita. Et ad idem valet succus epithimatus. Et si non habeas folia, coque semen tritum in aqua et pone loco foliorum. Aqua endivie cum cerusa et aceto est epithima mirabile ad infrigidandum quidquid infrigidari debet.

[Cap. 69. De emula.]

Emula calida est in III° gradu et humida in primo vel secundum alios calida est in
 15 fine tercii gradus et humida in principio. Cuius duplex est maneries, scilicet ortolana et campana, que maioris est efficacie secundum radices. Radix in medicinis debet poni. Habet virtutem leniendi et mundificandi, unde valet contra nervos ex frigidity indignatos. Contra dolorem spiritualium ex frigida causa detur vinum decoctionis eius. Iuxta illud: Emula campana reddit precordia sana. Contra dolorem stomachi ex frigida
 20 causa et contra ventositatem et contra tussim frigidam detur vinum decoctionis eius. Pulvis eius cum pulvere cynamoni delicatis solvit ventositatem spiritualium. Herba tota decocta in vino et oleo cathaplasmata dolorem yliacum et colicum et stranguriam solvit. Contra frigidum asma detur farina ordeï, in aqua qua decoctus sit pulvis eius. Item nota quod in emula est virtus rubificativa et abstercio ultima.

25 [Cap. 70. De epatica.]

Epatica frigida est et sicca in primo gradu. Herba est crescens in aquosis locis et precipue lapidosis, habens folia minuta terre et lapidibus adherencia. Et dicitur epatica [f. 63r] pro tanto, quia epati subvenit. Est enim infrigidativa et diuretica ex substili
 30 substantia, unde valet contra opilacionem epatis et splenis ex calida causa, et contra calorem eorum. Syrupus ex aqua decoctionis eius addito reubarbaro in fine decoctionis optimus est contra ytericiam.

[Cap. 71. De eruca.]

Eruca calida est et sicca in III° gradu, alias IIII°, secundum Platearium. Domestica maioris est efficacie quam silvestris. Semina \\primo et/ precipue competunt medicine,

2 Endivia...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 42, 1, p. 244. 3 in primo] *Circa instans, c. De endivia* (p. 47). | Semina...debet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 42, 1-2, p. 244. 14 Emula...primo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 43, 1, p. 245. | calida²...principio] *Circa instans, c. De enula* (p. 48). 15 Cuius...ultima] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 43, 1-2, p. 245. 26 Epatica...ytericiam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 44, 1, p. 245-246. 33 Eruca...in] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 45, 1, p. 246. | III°] *Circa instans, c. De eruca* (p. 52). | gradu...ereccionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 45, 1, p. 246.

2 Endivia] Endivia. Scariola. Lactuca agrestis *add. in marg. cod.* 6 calida] colerica *Rur. com.* 9 calorem] dolorem *Rur. com.* 11 Aqua] Nota bene *add. in marg. alia recentior manus cod.* 12 infrigidandum] infrigidandum *cod.* 14 Emula] Enula *Rur. com.* 15 principio] primo *Circa instans* ortolana] ortulana *Rur. com.* 17 frigidity] frigitate *scr. et post add. sup. l. -di- cod.* 19 Emula] Enula *Rur. com.* | frigida] frigidam *cod.* 22 colicum] colicam *Rur. com.* 23 aqua] -qua *scr. et post add. sup. l. a- cod.* 24 emula] enula *Rur. com.* | abstercio] *id est* abstersio | ultima] ultimo *cod.* 27 adherencia] adeherencia *cod.*

secundo folia. Virtutem habent consumendi et coytum incitandi. Decocta vel data cum carnibus valent ad coytum incitandum et contra stranguriam, dissinteriam et paralism. Item in vino cocta et renibus cathaplastata libidinem incitat. Pectini superposita urinam provocat. Semen eruce et maxime silvestris facit virge ereccionem.

5 [Cap. 72. De ebulo.]

Ebulus herba est calida et sicca in III^o gradu. Cortices radicum et turiones precipue competunt medicine. Virtutem habent dissolvendi, consumendi et purgandi fleuma et viscosos humores. Succus eius detur et purgat atrahendo superius et inferius angustiose, unde non debet dari nisi digesta sit materia et corpore fluxui preparato, ut in aliis vomitis medicine. Nec debet superdormiri, sicut dixi supra capitulo “cucumer agrestis”. Valet febri cotidiane, diurne et terciane ex colera citrina vel vitellina. Item epatis opilationi et yctericie, colice et yliace et aquam leucofleumaticorum educit. Usus eius est, ut detur succus per se vel in eius decoctione distemperetur alia medicina, vel addatur sirupo vel oximello laxativis, vel cocatur cum melle ad consumptionem succi. Contra tumorem extremitatum et contra arteticam et leucofleumaticam \et podagram, ciragram/, fiat balneum ex aqua salsa decoctionis radicum eius et turionum vel totius herbe. Contra arteticam et febres predictas ac etiam contra podagram et ciragram detur succus radices eius cum pulvere esule et addito zucara vel saltem succus eius bulliat cum predictis vel pulvere radices eius cum feniculo. \Semina ebuli optima sunt ad colorandum vinum, dicam infra de liquoribus capitulo “vinum”. Si folia ebuli portentur per itinerantes, facit eos levius itinerare, sicut videre potes in simili supra capitulo “artemisiam”.

[Cap. 73. De esula.]

Esula calida est et sicca in III^o gradu. Cuius radix usui medicine competit. Virtutem habet principaliter purgandi fleuma, unde valet contra egritudines fleumaticas, contra cotidianam de fleumate naturali, artheticam, podagram, ciragram \et/ yliacam passionem. Detur pulvis eius iste: recipe unciam I esule et parum cynamomi seminis, anisii et feniculi et masticis; sanis fleumaticis ad preservationem valet. \Et/ dentur cum ovo sorbili vel cum brodio. Valet etiam claretum inde factum secundum Platearium, quod prodest etiam contra leucofleumatico. Nota etiam quod \cum/ esula solet abstrahi \alias abscindi/ cutis, \quia est multum corrosiva//.

[Cap. 74. De eupatorio.]

Eupatorium calidum est in primo gradu, siccum in secundo et est idem quod salvia agrestis. Viridis \herba/ est maioris efficacie quam sicca. Valet contra universalem paralism. Et talis debet esse usus: castoreum bulliat in succo salvie agrestis et succo

6 Ebulus... medicine] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 46, 1, p. 246-247. 11 Valet... leucofleumaticam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 46, 2, p. 247. 16 fiat... herbe] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 46, 2, p. 247. 17 Contra arteticam] *Circa instans*, c. *De ebulo* (p. 52-53). | podagram... feniculo] *Circa instans*, c. *De ebulo* (p. 53). 24 Esula... iste] *Circa instans*, c. *De esula* (p. 51-52). 27 esule... inde] *Circa instans*, c. *De esula* (p. 52). 30 contra leucofleumatico] *Circa instans*, c. *De esula* (p. 52). 33 Eupatorium... valent] *Circa instans*, c. *De eupatorio*, Venetiis, 1525, f. 198ra.

1 secundo] secundario *Rur. com.* 2 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* | paralism] paralasim *cod.* 6 Ebulus] Ebulus. *Hols add. in marg. cod.* 13 decoctione] decccione *scr et post add. sup. l. -o- cod.* 14 cocatur] *id est coquatur* 15 leucofleumaticam] leucofleumaciam *cod.* | podagram] podragam *cod.* 17 ac] *ante ac, scr. et post del. et exp. detur etiam succus eius cod.* | podagram] podragam *cod.* 28 dentur] *ante dentur, scr. et post del. et exp. idem si cod.* 33 Eupatorium] Eupatorium. *Salvia agrestis add. in marg. cod.*

caulis agrestis pulverizatur, ponitur sub lingua et fiat gargarismus ex succo decoctionis istarum specierum, precedente tamen minucione de duabus venis, que sunt sub lingua. Prodest etiam salvia agrestis hiis, qui in febribus acutis perdidit vocem. Item idropicis, ictericis, si fiat ex opilacione splenis et epatis, talis sit usus: uncia I salvie
 5 agrestis bulliat in dimidia libra succi apii et detur talis decoccio. Item contra lumbricos nuclei persicarum triti [f. 63v] cum succo salvie agrestis valent. De salvia domestica dicam infra capitulo “salvia”.

[Cap. 75. De feniculo.]

Feniculus herba est calida et sicca in II gradu secundum Platearium, \et dicitur ac
 10 numcupatur alias maratrum//. Folia eius, cortex, semen et radix competunt usui medicine. Virtutem habet diureticam, extenuandi grossam ventositatem. Comestus post prandium confert acidis eructuacionibus, que fiunt ex indigestione. Contra opilacionem splenis et epatis, stranguriam, dissinteriam et viciu lapidis ex frigida causa detur aqua decoctionis eius. Item feniculus coctus et comestus valet contra predicta. Item aqua vel
 15 vinum \decoctionis/ eius valet et solvit dolorem stomachi ex frigidityte vel ventositate et digestionem confortat. Idem facit pulvis seminis eius. Contra pannum et obscuritatem oculorum seu adunbraciones efficaciter valet. Succus radicum feniculi in vase eneo ad solem per XV dies ad solem positus et more colirii oculis aponatur. Valet etiam huiusmodi succus contra pruritum oculorum, maxime si cum succo feniculi ponatur
 20 modicum aloe optimi et ad solem, ut supra. \Venenosus morsibus valet. Aurium dolorem mitigat et vermes enecat. Valet etiam contra febres unde versus:

‘Bis duo dat maratrum, febres fugat atque venenum,

Purgat stomachum, lumen quoque reddit acutum.’

Notandum est quod scripserunt medici Salernitani regi Anglie super clarificatione et
 25 conservacione visus prout hiis versibus continetur:

‘Anglorum regi tota scribit scola Salerni.

Feniculum, rosa, berbena, celidonia, ruta,

Ex hiis fit aqua, que lumina reddit acuta.’//

Dicit Alexander quod post hyemen serpentes de cavernis exeuntes comedunt feniculum
 30 et cum eo fricant oculos et illuminantur, propterea multi homines tempore estatis demane fricant totam faciem herba recenti feniculi. Nota etiam quod \hec/ herba habet proprietatem intrinsecam et mirabilem secundum Girvasium adversus fascinaciones et sortilegia, si demane quispiam hanc herbam comederit vel tetigerit. Et hoc in cotidianum usum deduxerunt Yspani et Cathalani quod quolibet mane feniculum
 35 tangunt aut gustant, et tres nodulos feniculi equis suis ad frenum aut capistrum alligant, ne cuiusvis malivoli fascinacione moriantur. Et per hoc \portando feniculum/ repellunt

9 Feniculus...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 47, 1, p. 247. | Platearium] Ox, c. *De feniculo*, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 12 (p. 345, l. 1). 10 Folia...vinum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 47, 1-2, p. 247. 15 solvit...oculorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 47, 2, p. 247. 17 adunbraciones] Ox, c. *De feniculo*, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 12 (p. 345, l. 8). | Succus...aponatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 47, 2, p. 247-248. 19 contra...solem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 47, 2, p. 248. 20 \Venenosus...enecat] Ox, c. *De feniculo*, f. 73rb. 22 Bis...acutum] *Regimen sanitatis Salernitanum* 2, 2, 55 (p. 29, l. 31-32). 26 Anglorum...acuta//] *Regimen sanitatis Salernitanum* prooemium et 9, 8, 6 (p. 1, l. 5 et p. 93, l. 3175 et 3177). 29 Dicit...illuminantur] Ox, c. *De feniculo*, f. 73ra-73rb. 33 tetigerit...morianur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 83 (p. 712-713). 36 feniculum/] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 83 (p. 712-713).

4 uncia I] dragm. II Circa instans 5 libra] unc. Circa instans 13 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 17 eneo...solem²] aëneo per quindecim dies ad solem *Rur. com.* 20 modicum] ante modicum, scr. et post exp. ponatur cod. 29 Dicit] ante Dicit, scr. et post del. et exp. unde cod. | comedunt] comedun- scr. et post add. -t cod. 30 cum] ante cum, scr. et post exp. cum cod. 35 alligant] illigant *Otia imp.*

spiritus, quos dicunt Yspani angelos percucientes, qui ibi solent quam plurimum habitatores illius invadere et eos percutere quandoque usque ad mortem. \Et/, ut reffert dictus Gervasius, non mirum de huius spiritibus, cum, secundum beatum Augustinum, fecit Deus angelos suos spiritus et ministros bonos et malos, qui assimunt sibi corpora, de quo plenius dicam infra de quatuor elementis capitulo “aer”. Nec eciam est mirum, si ex verbis malivoli hominis possit alia persona vel animal sustinari, quia tanta est quandoque infeccio lingue illius, quod hoc potest operari, sicut dixi supra de anatomia humani corporis capitulo “oculi” et capitulo “linga”.

[Cap. 76. De flamula.]

10 Flamula herba est calida et sicca in IIII^o gradu et ideo sic dicitur a flamma, quia virtutem habet incidendi secundum Platearium. Viridis est multe efficacie, siccata nullius vel saltem modice. Ad cauterium sine igne faciendum conteratur flamula et super locum ponatur et dimitatur per diem, postea invenietur cutis combusta. Ad apostema rumpendum, quando versum est ad saniem et capud est durum, conteratur cum oleo et superponatur. Et oleum ideo ponitur, \quia/ valet ad relaxacionem, ne flamula nimis exsiccet.

[Cap. 77. De fumo terre.]

Fumus terre est herba nota, sic dicta secundum Platearium, quia generatur a quadam grossa fumositatem terre. Calida est in primo gradu, sicca in secundo. Viridis est maioris efficacie, quam sicca. Principaliter purgat melancoliam, secundario fleuma salsum et coleram adustam et est diuretica. Contra scabiem unciis III succi eius addito zucara fiat sirupus, et cum aqua calida detur, vel addantur semina feniculi. Item fiat hoc unguentum in oleo nucum: ponatur pulvis fuliginis subtilis et conficiatur addito aceto et succo fumi terre in maiori quantitate quam de aliis, et inungatur paciens [f. 64r] in balneo, optimum est. Et nota quod, si succus eius detur, ut diximus, ter in septimana, optime purgat humores inducentes scabiem. Item herba in vino cocta et posita super locum podagricum, multum valet.

[Cap. 78. De felle terre.]

30 Fel terre idem est quod centaurea, unde eius naturam vide supra capitulo “centaurea”, ubi plene dixi.

[Cap. 79. De fraxinella.]

Fraxinella est eadem herba quod diptanus et ideo eius naturam perquire supra capitulo “diptanus”.

[Cap. 80. De feniculo porcino.]

35 Feniculus porcinus est idem quod pencedanus, de quo infra require hoc titulo capitulo “pencedanus”, et ibi vide eius naturam.

1 Yspani...percutere] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 83 (p. 712-713). 3 Augustinum...corpora] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 86 (p. 724-727). 10 Flamula...exsiccet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 48, 1, p. 248. 18 Fumus...valet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 49, 1, p. 248-249.

7 anatomia] anatemia *cod.* 13 postea] posteat *scr. et post exp.* -t *cod.* 20 melancoliam] malencoliam *cod.* 21 diuretica] diiretica *cod.* | III] duabus *Rur. com.* 22 semina] ante semina, *scr. et post exp.* folia *cod.* 23 fuliginis] filiginis *cod.* 24 maiori] mari *scr. et post add. sup. l.* -io- *cod.*

[Cap. 81. De fungo.]

Fungus cibus est pauperum. Et valet ustioni ignis. Et adverte quod fungi quidam sunt boni, quidam mortiferi. Boni sunt parvi, rotundi ad modum pilei, qui in principio veris apparent et deficiunt in Maio; numquam enim illi tales aliquem interfecerunt aut
 5 multum leserunt subito. Sed tamen omnes malum generant nutrimentum. Mortifferi autem sunt, qui nascuntur iuxta ferrum eruginosum. Alii autem \sunt/ mortiferi, licet non statim interficiant, scilicet illi, qui nascuntur iuxta alias res putridas aut iuxta habitationem alicuius reptilis venenosi aut iuxta quasdam speciales arbores, que in proprietate habent fungos corrumpere, sicut \est/ oliva. Signum autem mortiferi fungi
 10 est, quod in superficie eius est quedam humiditas viscosa, corrupta et quod cito alteratur et corrumpitur inter manus colligencium fungos. Invenitur eciam fungus, qui latus est et spissus, aliquid ruboris habens in superficie, et in illo rubore habet multas ampullas, elevatur, quarum quedam sunt fracte et quedam non et ille mortalis est et statim interficiens, et vocatur fungus muscarum, eo quod in lacte pulverizatus muscas
 15 interficit. Contra huiusmodi fungos periculosos valet nux, pirus, de quibus supra titulo de natura arborum capitulo “nux” et capitulo “pirus”. Valent eciam multa, que perquire tam in dicto titulo, quam in hoc eodem per diversa sua capitulo.

[Cap. 82. De fenigreco.]

Fenigrecum calidum est et siccum in gradu [!], minus tamen siccum. Substanciam
 20 habet glutinosam, unde virtutem habet maturandi et laxandi. Ad apostema exterius maturandum farina fenigreci cum vitello ovi conficiatur et superponatur; maturat enim et extenuat. Ad maturandum et rumpendum conficiatur cum terbentina et superponatur. Herba eciam cocta in oleo ad hoc valet. Ad maturandum apostema spiritualium fenigreci farina in saculo posita et decocta in aqua cum malvavisco ponatur desuper. Ad
 25 apostema stomachi et intestinorum ex farina fenigreci et aqua predicta fiant pultes et superponantur.

[Cap. 83. De felle paradisi.]

Fel paradisi idem est quod malabastrum, de cuius natura dicitur infra capitulo “malabastrum”.

30 [Cap. 84. De frumento sive tritico.]

Frumentum sive triticum est herba, cuius semen eodem nomine dicitur, quo hodie utuntur homines pro pane quamquam olim uterentur glandibus, ut dixi supra de natura arborum capitulo “quercus”. Et est frumentum calidum et humidum temperate secundum Ysaac. Cortex eius ex quo fit furfur. Calidus et siccus est et mundificativus.
 35 In aqua calida missus et perfricatus atque colatus, et talis colatura redacta in lac et cocta, pectoris et pulmonis lenit asperitates, et a viscosis humoribus purgat. Si furfur cum vino

2 Fungus...ignis] Ox, c. *De fongo*, f. 79va. | fungi...interficit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 50, 1-2, p. 249-250. 19 Fenigrecum...siccum¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 51, 1, p. 250. | in...siccum²] *Circa instans*, c. *De fenugreco* (p. 56). | Substanciam...superponantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 51, 1, p. 250. 33 est...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 10 (p. 168). 34 Calidus...colatus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 10 (p. 168). 35 in...pulmonis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 10 (p. 168). 36 viscosis...mollificat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 10-11 (p. 168).

2 Fungus] Fungus. Boletus. *Campinholus*. Bolus gule. *Borigole add. in marg. cod.* 4 Maio] *Madio cod.* 5 nutrimentum] *nutrimen- scr. et post add. sup. l. -tum cod.* 15 periculosos] *periculos scr. et post add. sup. l. -so- cod.* | valet] *ante valet, scr. et post exp. valet cod.* 19 Fenigrecum] *Fenumgraecum Rur. com.* 21 fenigreci] *fenugraeci Rur. com.* 24 fenigreci] *fenugraeci Rur. com.* 25 fenigreci] *fenugraeci Rur. com.*

aqua mixto coquatur et fiat cathaplasma de eo mamillis duris propter lactis coagulacionem, \quia/ eas dissolvit. Farina frumenti cum melle mixta faciei pustul- [f. 64v] las \minutas/ sanat. Mamillis ex coagulacione lactis induratis cum adipe et vino decocta duriciem mollificat. Farina cum melle \superposita/ inflacionem tollit et
 5 tumorem spargit et apostemata \maturat et/ rumpit. Idem si cum sale misceatur. Et aliqui addunt oleum et bene. Farina cocta et data in modum lactis tussientibus maximum est presidium. Frumentum crudum tritum vel masticatum et inpositum morsum rabidi canis sanat. Item coctum cum aceto lepras minuit. Eciam cum ruta coctum tumores spargit. Cum menta et butiro \farina/ cocta asperitatem arteriarum lenit. Cum iusquiamo
 10 temperata et super nervos posita humores noxios descendere prohibet. Pulvis frumenti tenuissimus qui separatim a molendino eicitur, fluxum sanguinis stringit, tardius egeritur, constipatis humiditatem desiccat, quia igneam virtutem de mola trahit. Oleum frumenti valet contra inpetiginem. Ex frumento fit amidum per modum quem infra dicam et est calidum et humidum temperate. Valet contra apostemata spiritualium et
 15 contra tussim coctum in aqua ordeï conditum cum lacte amigdalorum secundum Platearium. Et fit amidum hoc modo: Frumentum in aqua frigida ponitur et ibi per noctem et diem moratur et de die in diem removetur aqua, quousque frumentum videtur esse putrefactum, postmodum remota aqua optime conteritur et sic addita eadem aqua cum frumento, exprimitur per pannum, soli exponitur usque ad aque consumptionem et
 20 frequenter removetur aqua frigida usque ad eius dealbacionem. Quod residet permittatur desiccare et indurari. Et hoc amidum dicitur quod sine mola fit. Ex farina frumenti fit panis quo vivit et vescitur homo sicut premisi. Sed nota quod pasta vel panis azimus, durus est ad digerendum et inflaciones, dolores et opilaciones generat. Panis vero fermentatus bonum et laudabilem generat nutrimentum et prevalet panis parvus ac levis,
 25 quam magne forme et quam ponderosus. Nota eciam quod panis frixus vel sub prunis coctus, durus est ad digerendum maxime, quia interius est semicoctus. Panis recens magis est humidus et magis conservativus, \si sit/ servatus tamen per unam diem. Panis cum sale pastatus et temperate fermentatus commodior et melior, quam sine sale et prevalet illis, qui in quiete sunt, sed illis qui in laboribus excercitantur \valet/ plus sine
 30 sale. Si grana frumenti proiecta in quantitate in puteum vel aliam aquam non currentem, reddit eam tossicatam et erit venenum bibentibus.

[Cap. 85. De far.]

Far est quasi similis spelte, sed est grossior in herba et grano. Temperate compleccionis est, bonus cibus est sanis et egris; satis enim nutrit et confortat et bonum
 35 generat nutrimentum, et potius est stipticum quam laxativum.

4 Farina...spargit] Ox, c. De frumento, f. 76va-76vb. 5 apostemata \maturat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 11 (p. 168). | cum...misceatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 11 (p. 168). 6 tussientibus...prohibet] Ox, c. De frumento, f. 76va-76vb. 10 Pulvis...eicitur] Ox, c. De frumento, f. 78vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De frumento* (p. 244-245). 11 fluxum...trahit] Ox, c. De frumento, f. 76vb. 12 Oleum...inpetiginem] Ox, c. De frumento, f. 78vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De frumento* (p. 244). 14 est...fit] Circa instans, c. De amido, Venetiis, 1525, f. 187vb. 22 pasta...nutrimentum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 13 (p. 169). 25 frixus...durus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 13 (p. 169). 26 interius...et] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 13 et 17 (p. 169-170). 27 unam...commodior] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 17-18 (p. 170). 29 qui¹...sunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 18 (p. 170). laboribus excercitantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 6, 18 (p. 170). 33 Far...laxativum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 8, 1 (p. 176).

1 cathaplasma] cathasplasma cod. | lactis] lac- scr. et post add. sup. l. -tis cod. 7 rabidi] rabidis scr. et post exp. -s cod. 17 removetur] renovetur Circa instans 20 removetur] innovatur Circa instans 30 frumenti] ante frumenti, scr. et post exp. putei cod. 31 eam] ea cod. 34 compleccionis] id est complexionis

[Cap. 86. De faseolo.]

Faseolus herba est nota, cuius fructus eodem nomine nuncupatur et est calidus et humidus. Humores generant grossos huiusmodi grana et inflacionem, ventositatem fumumque plurimum capud implentem. Sompniaque pessima ac terribilia faciunt. Et
 5 secundum Avicennam eciam generant humorem grossum. Sed sinapis prohibet nocumentum eorum et similiter acetum cum sale, pipere et origano.

[Cap. 87. De fithi.]

Fithi inter frumenta crescit \et secundum Platearium dicitur gith et alias dicitur gyrunnus. Et facit flores rubeos ad modum canpanellarum.// Semen habet nigrum quasi
 10 triangulum et vulgariter dicitur *niella* \seu nigella/. Eius semen in medicinis ponitur diureticum est, \et calidum et siccum in secundo/. Valet contra opilacionem splenis et epatis vinum decoccionis eius. In cibis pulvis eius comestus iliacam passionem et dolorem ventris ex ventositate mitigat. Decoc- [f. 65r] cio pulveris emoroydas inflatas sanat. Vermes aurium necat, si cum succo persiccarie conficiatur \et aceto/ et auri
 15 inimitatur. \Contra lumbricos detur pulvis eius cum melle. Fiat eciam emplastrum ex succo absinthii et pulvere eius circa umbilicum. Unguentum eciam fiat sic: Decoquatur semen nigelle in forti aceto usque ad consumpcionem et aliquantulam spissitudinem, et tunc addito oleo fiat quasi unguentum, quod optimum est ad scabiem. Et inpetiginem de facie tollit.// Laxat et calefacit urinam et menstrua provocat potata. Inposita tumores et
 20 duricias spargit. Lepras et verucas tollit. Humores constipatos dispergit.

[Cap. 88. De faba.]

Faba est a fage Greco quod est comedere dicta. Primum enim homines hoc legumine usi sunt. Fabe virides et recentes frigide sunt et humide \in primo gradu/, humores generant grossos et inflativos, stomaco nocent et male nutriunt. Fabbe mature
 25 et sicce frigide sunt et sicce in primo gradu. Grossiciem et inflacionem in stomaco generant et ex hoc nocent cerebro propter fumum ascendentem ad capud, unde sompnia multa et corrupta inducunt. Et ideo utentes fabis paciuntur indigestiones et inflaciones. Sed minus nocent, si coquantur in aqua sine cortice. Et earum ventositas et inflacio eciam minuitur, si coquantur et comedantur cum menta, origano et cimino et similibus.
 30 Et eciam, si comedantur cum rebus calefactivis ut pipere, zinzibere et cum oleo et sale comodiores sunt. Boves solent faciliter et infra paucos dies inpinguari ex fabis datis eis cotidie in cibum. Si inpascantur galline fabis, inpediuntur ova producere. Fabe mundificative sunt, unde valent \ad/ tollendum pannum et lentigines de facie, si ex

2 Faseolus...nota] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 9, 1 (p. 176). | est²...origano] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 9, 2 (p. 177). 8 Fithi...crescit] Ox, c. *De githi*, f. 77rb. | gith...canpanellarum//] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 10, 1 (p. 177). 9 Semen...triangulum] Ox, c. *De githi*, f. 77rb. 10 semen...est] Ox, c. *De githi*, f. 77rb. 11 calidum...secundo/] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 10, 1 (p. 177). | Valet...inimitatur] Ox, c. *De githi*, f. 77rb. 15 \Contra...tollit/] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 10, 1 (p. 177) et 6, 85, 1 (p. 275). 19 Laxat...dispergit] Ox, c. *De githi*, f. 77rb. 22 Faba...sunt¹] Ox, c. *De faba*, f. 76vb. 23 Fabe...nocent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 8 (p. 173). 24 male nutriunt] Ox, c. *De faba*, f. 76vb. | mature...oleo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 8-9 et 11 (p. 173-174). 31 Boves] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 12 (p. 174). | inpinguari...infantis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 9, 12-14 (p. 174-175).

3 humidus] *ante* humidus, *scr. et post del. et exp.* siccus *cod.* 8 Fithi] Githi Ox; Fithi. Gith. Nigella *add. in marg. cod.* 9 gyrunnus] gittironus *Rur. com.* 27 Et] *ante* Et, *scr. et post exp.* inducit *cod.* | ideo] *ide- scr. et post add. sup. l. -o cod.* 30 zinzibere] zingibero *Rur. com.* 31 inpinguari] inpinguari *cod.*; *ante* inpinguari, *scr. et post exp.* solent *cod.* 32 Si] Galline etiam nutrite fabis cessant ovare. Hec Albertus *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Galline...ovare] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 7 (p. 514, § 340). | ova] ovas *scr. et post exp. -s cod.*

earum farina cum aqua lavetur facies. Ex colamentum fabbarum, pulmonem mundificat et bonum colorem facit. Emplastrum, ex fabarum corticibus factum, prohibet ortum pilorum, si ponatur super locum rasum vel super femur infantis, et diversis vicibus hoc fiat. Curat eciam apostemata mamillarum, cum rosis mixtis livorem et tumorem
 5 oculorum, et lipitudinem cum albumine ovi cathaplastmata \tollit/. Masticata et timporibus adhibita, humores ad oculos descendentes restringit. Item faba trita et super venam incisam posita, sanguinem restagnat; et lac effluens de mamillis sistit, et effluere non permitit. Podagricis et arteticis cum adhipe vel struma ovina decocta subvenit, si super doloris locum cathaplastmetur. Dolorem mitigat nervorum. Tumores et inflaciones
 10 apostematum repercutit, si in principio, decocta cum aceto, tumori apponatur. Ulceraciones oris cum melle cocta sanat. Reffert Plinius quod in insulis maris Oceani nascitur faba perse, que coqui non potest. Item in Egipto nascitur faba spinosa longa decem cubitorum, quam cocodrilli fugiunt, timentes ne oculi eorum spinis ledantur. Reffert eciam Gervasius quod in confinio Neapolis \in ascensu montis excelsi/, est
 15 quedam herba, dicta faba versa, folia habens ut nux. Cuius fructus est ut communis faba, sed differt in hoc quia, licet fructus fabe communis stet erectus ad celum, tamen fructus fabe verse dependet ad terram. Et est eius potencia ac virtus, quod si colligatur cum oracione dominica ter repetita et genu flexo, gustans de ea talem vultum habebit, qualem habuit colligans. Et forte est eadem herba cum alia dicta murmica, de qua dicam
 20 infra capitulo “murmica”. [f. 65v]

[Cap. 89. De filipendula.]

Filipendula calida est et sicca in tercio gradu secundum Platearium, que fisalidos alio nomine numcupatur. In transmarinis partibus et Apulia et calidis locis reperitur et montosis. Radix eius precipue competit medicine et eius usui. Virtutem habet
 25 diureticam. Contra lapidem, stranguriam et dissinteriam et iliacam passionem precipue valet electuarium, quod fit ex ea scilicet filoantropos. Ad eadem valet vinum decoctionis eius; pulvis ad eadem valet. Contra illiacam passionem, clistere ex pulvere eius aqua salsa et oleo et melle detur benedicta acuta pulvis eius cum vino decoctionis eius. Contra dolorem stomachi ex frigida causa vel ventositate, detur pulvis eius in cibis
 30 et pulvis feniculi. Valet eciam fumigacio pulveris eius adversus frigidum asma.

[Cap. 90. De fu.]

Fu herba est que alias dicitur valeriana, de cuius natura dicam infra capitulo “valeriana”, et ibi vide.

4 apostemata...restringit] Ox, c. *De faba*, f. 77ra. 6 Item...adhipe] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 14 (p. 175). 8 struma ovina] Ox, c. *De faba*, f. 77ra. | decocta...cathaplastmetur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 14 (p. 175). 9 Dolorem...nervorum] Ox, c. *De faba*, f. 77ra. | Tumores...apponatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 14 (p. 175). 11 Ulceraciones...sanat] Ox, c. *De faba*, f. 77ra. | Plinius...ledantur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 7, 14-15(p. 175). 14 in...faba²] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 13-14 (p. 582-585). 16 tamen...potencia] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 14 (p. 584-585). 17 colligatur...colligans] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 14 (p. 584-585). 22 Filipendula...asma] *Circa instans*, c. *De filipendula* (p. 54-55).

1 pulmonem] ante pulmonem, scr. et post exp. f cod. 5 cathaplastmata] cathaphasmata cod. 8 arteticis] arthriticis *Rur. com.* 9 Tumores] Tuomores scr. et post exp. -o- cod. 12 faba perse] faba *Rur. com.* 13 ledantur] ante ledantur, scr. et post exp. ea cod. 15 faba versa] fabba versa add. in marg. cod. 16 fabe] fabbe scr. et post exp. -b- cod. 24 montosis] monsis scr. et post add. sup. l. -to- cod. 25 stranguriam] transguriam cod. | dissinteriam] dissuriam *Circa instans* 33 vide] Gauda herba est, qua utuntur tinctorum et est herba crescens ad quantitatem cubiti vel amplius, folio longo quod est in figura folii salicis et aliquantulum est longius et strictius; in medio autem dorso folii est vena citrina declinans ad albedinem et est folium vehementis viroris, plusquam salicis folium. Flos autem est sicut lanugo quedam tritici aut siliginis et habet virgam unam exilem et erectam sicut agrimonia et beta circa quam

[Cap. 91. De gramine.]

Gramen radicem habet nodosam. Et virtus eius est stiptica, conglutinativa ac constrictiva. Cathaplasmatum, vulnera sanat. Elissatum, valet \torsionibus/ dissinterie. Vulnera vesice et renum medetur. Calculos frangit. Urinam provocat. Splenis dolorem
 5 mitigat, et ad hoc decoque eius radicem, et cum eius flore tere, et cum panno lineo inpone; nam mox paciens senciet beneficium. Eius succus potui datus, sua proprietate lumbricos occidit. \Quod sic fieri debet: tere radicem et in panno lineo pone, et demum bullias cum aqua communi compresso panno, illamque aquam dari potui.// Hanc
 10 herbam noscunt canes et eam comedunt, quando se purgare volunt, ut dicit Plinius et dixi supra de natura pecudum \“capitulo canis”//.

[Cap. 92. De graloga.]

Graloga dicitur inpinguare terram, si viridis volvatur in ea. Item dicitur quod eius semen mirabiliter facit ovare gallinas.

[Cap. 93. De genciana.]

15 Genciana herba est cuius radix sola competit medicine. Nascitur frequencius in montibus et locis unbrosis et humidis. Calida est et sicca in III° gradu. Virtutem habet dissolvendi, consumendi et apperendi, unde diuretica est. Contra antiquum asma, detur pulvis eius cum vino, addita aqua ordeï. Succus radice eius abstringit morfeam, et sanat plagas et ulcera corrosiva. Bibita eciam, multum iuvat eum qui cecidit ex alto et collisus
 20 est. Et optima medicina est contra morsum scorpionis et vermium venenatorum et canis rabidi, si bibantur ex ea cum vino due uncie. Valet eciam ad menstrua provocanda et ad eiciendum de utero fetum mortuum et secundinam eiciendam, si pulvis eius conficiatur cum succo arthemisie et fiat suppositorium vel iniciatur per pissarium, vel conficiatur cum vino et terebentina et supponatur. Radix \genciane pulverizata et potata cum vino
 25 albo, tempore quo accessio febris est ventura, sanat omnem febrem, si bis, ter vel quater sic sumatur. Oleum genciane \est/ optimum contra duriciem auditus et sonitum aurium,

2 Gramen...nodosam] Ox, c. *De gramine*, f. 73rb. | virtus...constrictiva] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 53, 1 (p. 251). 3 Cathaplasmatum...dissinterie] Ox, c. *De gramine*, f. 73rb. 4 Vulnera...renum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 53, 1 (p. 251). | Calculos...provocat] Ox, c. *De gramine*, f. 73rb. | Splenis...mitigat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 53, 1 (p. 251). 5 decoque...beneficium] Ox, c. *De gramine*, f. 73rb. 6 Eius...occidit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 53, 1 (p. 251). 8 Hanc...Plinius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 53, 1 (p. 251). 12 Graloga...gallinas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 54, 1 (p. 251). 15 Genciana...uncie] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 55, 1 (p. 251-252). 21 ad¹...supponatur] *Circa instans*, c. *De genciana* (p. 57).

producit semen suum in siliquis parvis et est semen nigrum sicut semen aquilee. Est autem herba frigida et humida, tingens in colorem viridem. In cuius tinctura si lana vel pannus iacinctinus effundatur, efficitur viridis. Et si pannus vel alba lana inmitatur, erit color croceus. Hec Albertus *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Gauda...croceus] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 8 (p. 520-521, § 352).

3 Cathaplasmatum] Cathaphasmatum *cod.* | Elissatum] Elixatum Ox | valet] *ante valet, scr. et post del. et exp. stringit unde cod.* | \torsionibus/] *id est* torcionibus 5 tere] torre Ox 12 Graloga] Graloga *Rur. com.* 18 morfeam] morseam *cod.* 20 vermium] vernium *cod.* 23 iniciatur] imiciatur *cod.* | per] *ante per, scr. et post del. pers cod.* | pissarium] *id est* pessarium

si in aurem stilletur tepidum et demum auris calide teneatur cum bombace vel alia re calida, et hoc probatum est.//

[Cap. 94. De gith.]

Gith idem est quod fithi, de cuius natura et virtute dixi supra capitulo “fithi”, et ibi
5 vide.

[Cap. 95. De golena.]

Golena idem est quod origanum, de quo dicetur infra capitulo “origanum”.

[Cap. 96. De grunco.]

Grunco est herba que est eadem cum cuscuta, de qua vide supra capitulo
10 “cuscuta”.

[Cap. 97. De gutta.]

Gutta herba est similis allio albo, ex cuius radice cum inciditur, lacrimam emanat
albam ut albumen ovi. Valet ad vomitum. Odorem castorii habet et gustum amarum.
Ventrem mollit. Abortivum facit. Vel est gutta idem quod armoniaci lacrima secundum
15 quosdam, ut tetigi supra de natura arborum capitulo “armoniacus”.

12 Gutta...lacrima] Ox, c. De gutta, f. 73rb.

2 est//] La premiere invention est rapporte de Gentius, roy d’Illyrie, duquel a prins le nom. Ses fueilles pres de terre sont semblables a celles du noyer ou plantain, et sont rougeastres. Mais celles d’en hault, depuis le milieu de la tige, principalement celles de la cime, sont un peu chiquetees. Sa tige est creuse, pye, lissee et de la grosseur d’un doigt. Est distinguee et compartie par neudz et produit de grandes fueilles par intervalles, estant haulte de deux coudees. Sa graine est large, legere et borruie et qui est contenue en petitz calices. Elle croist es cimes des montaignes, es lieux umbrageux et aquatiques. Sa racine est longue, grosse et amere. Elle est chaulde et astringente. Galien dict que la racine est fort vertueuse, ou est question de subtilier, purger, absterger, mondifier et desopiler. Av<i>cenne dict que provoque l’urine et les moys aux femmes et est plus singuliere medecine qu<i> soit contre la morsure des scorpions. L’eau guerist les fiebvres causees d’opilation des parties nobles et des vases et conduictz et ce est esprouve souvent. Faict mourir les vers, oste les taches du visage et les faict perdre en usant souvent. Guerit les escrouelles emplastree fresche ou bien mise en pouldre bonne contre la peste *add. in marg. alia recentior manus cod.*

La premiere...peste] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 3 (p. 227, col. 1-2).

Sa racine prinse au poix de 2 dragmes avec vin, poyure et rue, est singuliere contre les morsures des serpens et autres animaux venimeux. Une dragme de son ius est fort bonne aux malz de costez, a ceux qui sont tombez d’hault, aux rompures, spasmes, a ceux qui sont travaillez du foye et de l’estomac. * Sa racine, mise dans la nature des femmes, faict sortir l’enfant. * Appliquee, comme on faict le lycium, est propre aux playes et blessures, aux ulceres caverneux et corrosifz. * Son ius est fort singulier aux choses susdictes. * Aussi aux inflammations des yeulx. * La racine mondifie et nettoye les peaulx mortes et blanches de dessus le corps.

Pour fere le ius

Après qu’on aura concasse la racine, on la met en infusion d’eau pour cinq iours, puis on la y faict cuire iusques qu’on la voye aller par dessus l’eau et après que l’eau est refroidie, on la passe par un linge, puis on faict cuire la colature iusques qu’elle soit espesse comme miel et se garde pour en user.

Le tout extraict de P. Matheolus In Borso *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Sa racine...user] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 3 (p. 227, col. 1-2). 12 lacrimam] lacrima *cod.* 13 albam] alba *cod.* | castorii] castorei Ox

[Cap. 98. De gariofilata.]

Gariofilata similis est \novellis/ foliis rubi seu flaponibus. Et eius radix redolet et folia. Calida est et sicca [f. 66r] in secundo gradu. Recens, maioris est efficacie quam exsiccata. Virtutem habet dissolvendi, consumendi et aperiendi. Et dicitur gariofilata,
 5 quia odorem habet similem gariofilis vel aromaticitatem, saporem vel effectum. Contra cardiacam passionem, in aqua marina oleo cocta, parti anteriori et posteriori superponatur; et ad digestionem confortandam et dolorem stomachi et intestinorum ex frigidityte vel ventositate detur vinum decoccionis eius.

[Cap. 99. De gladiolo.]

10 Gladiolus herba est sic dicta, quia folia habet longa et acuta ut gladius. Hastam habet in medio foliorum unius cubiti longam; \radicem longam eciam et nodosam atque ruffam producit/. Sed adverte quod quatuor herbe videntur similes, secundum Platearium, scilicet iris, que producit florem purpureum, et ireos producens florem album; gladiolus vero album. Sunt tamen fere eiusdem virtutis. Est tamen sciendum
 15 quod radice tantum utimur in medicina, que est calida et sicca in secundo gradu. Virtutem habet diureticam, unde dissolvit et apperit. Contra viciu spiritualium et contra opilacionem splenis et epatis, renum et vesice, et dolorem stomachi ex ventositate, vinum decoccionis ireos iuvat. Pulvis eius leniter superfluam carnem corrodit. Ad pannum oculorum, fiat colirium ex pulvere eius et aqua rosata. Radix
 20 gladioli vulnera epatis optime curat. Fractura ossium medetur, ossa confracta excludit. Omnia infixata corpori evocat, inposita. Tumores et duricias spargit. Lateris dolorem tollit. Radix eius fluxum cum vino et venenum prohibet et menstrua provocat. Trita et in modum fomenti posita, omnem duriciem solvit et evaporat. Succus eciam radicum claritatem mirifice oculis prestat. Valet radix contra serpentis morsum venenosum. Si
 25 apes moriantur vel fugiant, talis suspenditur pro foliis. Sparsa in domo, aerem multum infrigidant. Valet eciam radix adversus tumores et duricias, cum centaurea et aceto. Nota eciam quod patula fetida est similis herba quoad folia, sed nullum florem producit. Radix gladioli desiccata odorem habet quasi ut flos viole. Unde si inter pannos ponatur, reddit eos multum odorifferos.

30 [Cap. 100. De gallitrico.]

Gallitricum est herba alias dicta centrumgalli et alias dicitur gallicrista, quia eius folia sunt dentata sicut galli crista. Calida est et sicca, secundum Platearium. Fomentum ex aqua decoccionis eius matricem efficaciter mundificat et menstrua provocat. Valet
 35 eciam ad dolorem coxarum, tibi arum, pedum et nervorum contraxionem. Semen eius intromissum oculos mundifficat, et eorum caliginem tollit. Contra viciu lapidis, detur

2 Gariofilata...vel¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 56, 1 (p. 252). 5 aromaticitatem] *Circa instans*, c. *De gariofilata* (p. 59). | saporem...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 56, 1 (p. 252). 10 Gladiolus...ruffam] Ox, c. *De gladiolo*, f. 73va-73vb. 13 iris...virtutis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 62, 1 (p. 255). 15 radice...rosata] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 62, 1 (p. 255-256). 20 vulnera...aceto] Ox, c. *De gladiolo*, f. 73vb-74ra et c. *De gladio*, f. 78vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De gladiolo* (p. 245). 31 Gallitricum...centrumgalli] *Circa instans*, c. *De gallitrico* (p. 60). 32 Calida...provoocat] *Circa instans*, c. *De gallitrico* (p. 60). 34 Semen...oculos] *Circa instans*, c. *De gallitrico* (p. 60). 35 Contra...potu] *Circa instans*, c. *De gallitrico*, Venetiis, 1525, f. 199va.

3 sicca] *post sicca*, scr. et *post exp.* in cod. 5 aromaticitatem] *aromacitatem* cod. 10 Gladiolus] Gladiolus. Iris. Ireos. Acorus *add. in marg. cod.* 14 gladiolus] *glacolus* *Rur. com.* 15 calida] *calidam* scr. et *post del.* -m cod. | sicca] *sica* scr. et *post add. sup. l.* -c- cod. 20 Fractura] *Fracture* cod. 22 venenum] *vene-* scr. et *post add. sup. l.* -num cod. 25 pro] *per* Ox 29 multum] *multum multum* cod. 31 Gallitricum] Gallitricum. Centrumgalli. Galli crista *add. in marg. cod.*; Lo bon prohome *add. in marg. alia recentior manus cod.*

succus eius in potu. Nota quod gallitricum, secundum Plinium, naturam habet occultam. Et, si quis hanc herbam super se portaverit, latrones non timebit, quia pro uno viatoris persona multe et plurime videntur ipsis esse persone, et per hoc perterriti, fugam arripiunt, secundum eundem Plinium. \\Folia eius aliquantulum opressa usque dum
5 succum reddant, super verucas posita, ipsas anichilat.//

[Cap. 101. De grana solis.]

Grana solis herba est calida et sicca, cuius semen, quia clarum et nitidum est, sic dicitur. Vinum decoctionis eius et eciam pulvis, secundum Platearium, in cibis sumptus, solvit stranguriam et dissinteriam et iliacam passionem.

10 [Cap. 102. De himulo.]

Himulus, id est levertigo: flos eius propter ipsius maximam siccitatem servatur per longissimum tempus in virtute sua ita, quod vulgaris opinio est, quod numquam putrescit et est acuti odoris et fortis, et est calidus et siccus, dissolutivus viscositatum et incisivus. Servat a putredine liquores, quibus amiscetur.

15 [Cap. 103. De herba sancte Marie.]

Herba sancte Marie est idem quod menta romana vel sarracenalis, de cuius natura dicam infra capitulo “menta”, et ibi vide. [f. 66v]

[Cap. 104. De herba vite.]

Herba vite est quedam herba quam quidam vocant squinanciam, et ideo sic dicitur,
20 quia valet contra squinanciam, et vitam reddit. Hec herba expanditur per terram et facit florem subruffum, quem habet et perducit omni tempore, et maxime tempore veris et atumpni. Nascitur in locis saxosis et maxime sabulosis et marinis partibus. Et nota mirabile, quod refferunt quidam de hac herba, quod si quis hanc herbam super se portaverit, non timebit ferrum nec gladium: nam si portans eo, percuteretur, prius in
25 frusta dividetur gladius quam lesionem faciat, quod experiri potest in ave vel pecude.

[Cap. 105. De herba Iovis.]

Herba Iovis, cum carnibus cocta, duo frusta conglutit in unum. Valet contra candida apostemata.

[Cap. 106. De herba pici.]

30 Herba pici quedam est quam picus habet naturaliter sibi notam, cum qua eicit quodcumque in nido suo ingestum, de quo dixi supra de natura avium capitulo “picus”.

7 Grana...passionem] *Circa instans*, c. *De grano solis* (p. 60). 11 Himulus...amiscetur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 57, 1 (p. 252). 19 Herba vite] Cf. *L'Opera salernitana circa instans ed il testo primitivo del Grant Herber* 232 (p. 119). 20 valet...squinanciam] Cf. *Lexicon plantarum*, c. *De herba vite* (p. 36). 22 locis...marinis] Cf. *L'Opera salernitana circa instans ed il testo primitivo del Grant Herber* 232 (p. 119). 23 se...portaverit] Cf. *Lexicon plantarum*, c. *De herba vite* (p. 36). 27 Herba...apostemata] Ox, c. *De herba Iovis*, f. 78vb-79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De semperuiua* (p. 252).

7 Grana] Granum *Circa instans* 9 stranguriam] stransguriam *cod.* | dissinteriam] dissuriam *Circa instans* 11 Himulus] Himulus. Levertigo *add. in marg. cod.*; Humulus *Rur. com.* 19 Herba vite] Herba vite. Squinancia *add. in marg. cod.* 25 frusta] frustra *cod.* | potest] *ante potest, scr. et post exp. ponit cod.* 27 frusta] frustra *cod.* 30 quedam est] *ante quedam est, scr. et post exp. quedam est cod.*

[Cap. 107. De herba lucii.]

Herba lucii reperitur in confinio civitatis Neapolitane, in declivo montis Virginum, loco ubi Virgilius ortum plantaverat, que est tante virtutis quod, comesta, visum amisum reddit acutissimum, ut reffert Girvasius.

5 [Cap. 108. De herba Iudayca.]

Herba Iudayca et tetrahit idem sunt, et ideo eius naturam: vide infra capitulo.

[Cap. 109. De herba sancti Iohannis.]

Herba sancti Iohannis vel herba perforata eadem sunt quod corona regia, unde earum naturam: vide supra capitulo “corona regia”.

10 [Cap. 110. De iusquiamo.]

Iusquiami herba est multum frigida. Eiusque frigiditas, secundum Platearium, \est/ in III° gradu, sed est sicca in secundo. Semen eius proprie iusquiamus dicitur, sed herba cassilago vocatur, sive dens caballinus. Seminum eius triplex est species. Est enim album, rubeum et nigrum. Album et rubeum competunt medicine, \nigrum vero est
15 mortale//. Et nota quod si iusquiami debet recipi per os interius, ponendum est semen. Si exterius, herba. Semen tamen maioris est efficacie. Virtutem habet emotoyca, id est sompniferam, et constringendi et mortificandi. Nota eciam quod iusquiami habens semen album \vel/ rubeum, producit flores albos. Sed iusquiami habens nigrum semen,
20 producit florem purpureum. Ad sompnum provocandum in acuta egritudine, fiat fomentum ex aqua decoctionis eius herbe circa frontem, tempora et pedes. Fiat eciam ablucio; postea fiat emplastrum pulveris seminis subtilis cum albumine ovi et lacte mulieris puellam nutrientis et modico aceto: fronti et temporibus aponatur. Ad lacrimas constringendas, fiat idem emplastrum addito modico olibani. Contra dissinteriam, fiat emplastrum ex ipsa herba vel eius semine et albumine ovi et aceto, super pectinem et
25 renes. Contra dolorem dencium, semina super carbones ponantur, et paciens fumum per os recipiat; post abluto ore, apparebunt supra aquam, quasi vermes supernatantes. Promptum eciam remedium est, si dolor dencium sit ex calida causa, quod herba trita vel semen supponatur dentibus, et ibi aliquantulum teneatur. Valet eciam ad idem, contra dolorem dencium, radix eius cocta in aceto, \et addunt aliqui radicem cucumeris

2 Herba...plantaverat] GERV. TILB, *Otia imp.* 3, 13 (p. 582-583). 4 visum...acutissimum] GERV. TILB, *Otia imp.* 3, 13 (p. 582-583). 11 Iusquiami...frigida] Ox, c. *De iusquiamo*, f. 67rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 13 (p. 345, l. 1). | \est/...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 1 (p. 253). 12 sicca...iusquiamus] *Circa instans*, c. *De iusquiamo* (p. 61). | herba...mortificandi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 1 (p. 253). Ox, c. *De iusquiamo*, f. 74rb. 18 semen¹...purpureum] Ox, c. *De iusquiamo*, f. 74rb. 19 Ad...emplastrum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 1-2 (p. 253). 23 addito...olibani] *Circa instans*, c. *De iusquiamo* (p. 62). | Contra...herba] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 2 (p. 253). 24 eius...renes] *Circa instans*, c. *De iusquiamo* (p. 62). 25 Contra...recipiat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 1-2 (p. 253). 26 post...ore] *Circa instans*, c. *De iusquiamo* (p. 62). | apparebunt...supernatantes] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 2 (p. 253). 27 dolor...causa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 58, 2 (p. 253) | herba...teneatur] *Circa instans*, c. *De iusquiamo* (p. 62). 29 dolorem...aceto] Ox, c. *De iusquiamo*, f. 74va.

2 declivo] declivio cod. 11 Iusquiami] Iusquiami. *Canlilhata. Salpinagra.* Dens caballinus *add. in marg. cod.* 16 emotoyca] oenoticam *Rur. com.* 17 Nota] Non utatur nisi de albo tam in herba, quam in grana.

Le bon produict la fleur blanche et la graine aussi *add. in marg. alia recentior manus cod.* 19 florem] *ante florem, scr. et post. exp. flores cod.* 21 emplastrum] *ante emplastrum, scr. et post exp. fomentum in cod.* 25 Contra] *Nota add. in marg. cod.* 26 post] *ante post, scr. et post del. et exp. quod teneat a cod.* 27 calida] *calidicta scr. et post exp. -dicta et add. sup. l. -da cod.*

agrestis//. Succus herbe vel semen tritum mixtum cum polenta et vino, et cathaplasma adhibitus, podagricos et contra inflaciones ex calida causa spargit, et tumorem testium et mamillarum solvit. Succus eciam vulneri infusus, saniem statim excutit. Nullus utatur hoc semine vel eius oleo, quia facilliter inducit litargiam et maniam facit. Nota quod, si
 5 grana ordei vel avene coquantur cum hoc semine et proiecta, ut aves comedant, statim dormire incipiunt, ut manu capi possint. Nota quod fumigacio seminis iusquiami sanat scabiem, et tollit eius prurimum. Folia eciam eius, capiti subposita, faciunt hominem dormire. [f. 67r]

[Cap. 111. De isopo.]

10 Isopus herba est calida et sicca in III^o gradu. Virtutem habet secundum folia et flores, non secundum radices, scilicet diureticam, dissolvendi, consumendi et atrahendi. Contra frigidam tussim, valet vinum decoctionis eius et ficuum siccarum. Item vinum decoctionis eius et seminum feniculi dolorem stomachi et intestinorum tollit. Fomentum factum ex aqua decoctionis eius, matricem a superfluitatibus \\frigidis//
 15 mundificat et abstergit. Idem facit suppositorium ex pulvere et oleo mustelino. Pulvis eius vel ipsa herba in testa calefacta et superposita capiti per se vel in sacello, valet contra frigidum catarrum et casum uve. Contra uvam, fiat gargarismus ex aceto decoctionis eius, \\et sublevetur uva cum digito//. Item ipsa herba, in vino decocta et cathaplasmata, dolorem tollit ex ventositate. Humorem ventris deponit. Lumbricos
 20 necat. Aqua eius adhibita sonitus aurium compescit. Cum vino bibitum, omnes humores spargit, et elixum et impositum, livorem corporis emundat. Isopus purgat de pectore

1 Succus...possint] Ox, c. De iusquiamo, f. 67va et c. De iusquiamo, f. 74rb-74va. 2 inflaciones... causa] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 13 (p. 345, l. 12-13). 3 Nullus...litargiam] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 13 (p. 345, l. 7-8). 4 si...possint] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 13 (p. 345, l. 4-7). 10 Isopus...superfluitatibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 59, 1 (p. 253-254). 14 \\frigidis//] Ox, c. De ysopo, f. 74ra. 15 mundificat...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 59, 1 (p. 254). 18 \\et...digito//] Circa instans, c. De ysopo (p. 62). | Item...ventositate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 59, 1 (p. 254). 19 Humorem...emundat] Ox, c. De ysopo, f. 74ra-74rb.

2 inflaciones] inflammationes Ox 8 dormire] Est venenum, quo et ratio permiscetur et memoria destruitur et in ma<ni>am convertitur homo, sed optimus est cibus pascere semen eius, ut ayt Albertus *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Est...eius] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 10 (p. 527, § 363).

Qui autem in nigromanticis student, tradunt characterem iusquiami pictum debere esse in homine, quando faciunt demonum invocationes, ut ayt Albertus in libro De vegetabilibus capitulo "iusquiami" *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Qui...invocationes] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 10 (p. 527, § 363).

Pour fere l'huile de la iusquieme

Prenez la graine de la iusquieme blanche, qui soit fresche et la pilez et mettez dans la moule du bain-marie, l'ayant prealablement arrousee avec d'eau ardente. Cela faict, faictez la bullir audict bain XXIII heures sans la faire distiller et passe ledict temps, pressez le sachet pour en avoir l'huile. Est bon pour oster les douleurs des membres honteux tant d'homme que de femme et aux inflammations d'iceulx. Item estant distille dans les oreilles, avec du saffran ou castoreum, il sert grandement aux doleurs d'icelles. Engarde la defluxion du sperme, qu'on appelle gonorrhoea, en oignant les reins et testicules et estant appliqué a mode de passaires dans la matrice, ou en oignant le penil et le fil de leschine de la femme. Il a vertu de supprimer et arrester l'abondance des fleurs des femmes, rouges et blanches. Tenu dans la bouche tiede, sert grandement aux doleurs des dentz, y adioustant quelques autres drogues, garde de croistre le poil arraché, mesmes iusques a un an, si on oingt souvent le lieu *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Pour fere...lieu] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 1, 36 (p. 32, col. 2 et p. 33, col. 1). 10 Isopus] Isopus. *Mariarmas add. in marg. cod.* 20 Cum] Si ungas virgam succo ysopi quando volueris ire dormitum cum muliere, tantum placitum iuveniet in te quod nullo tempore alium volet *add. in marg. alia recentior manus cod.* 21 elixum] elisum Ox

fleuma. Succus eius, in facie tinctus, bonum colorem facit. Ad pulmonis opus, cum melle et ficubus. Cathaplasma sub palpebris sanguinem dissolvit. Hec herba, in cibis sumpta, veneno resistit, unde qui radicem comederit, serpentem non timet.

[Cap. 112. De irinco.]

5 Irincus et salmenta eadem est herba, multum spinosa, de quorum radicibus fit sinziberatum hoc modo: in libris duabus mellis et una irincorum mundatorum vel pastinace, ponantur uncia I et dimidia, vel due zinziberis, vel medietas piperis tantum. Hoc modo laventur irincii et abiciatur lignum, quod est interius, deinde optime coquantur, vel prius coquantur et postea abiciatur lignum, deinde minutatim incidantur
10 et, posito melle ad ignem et optime despumato, ponantur in eo irincii et zinziber sive piper, et usque ad spissitudinem congruam bulliant, et si in fine decoccionis; addatur pulvis seminis eruce et pinei, erit optimum ad coytum et membri ereccionem. Nota: ut aliqui refferunt, radix huius herbe portata fugat demones.

[Cap. 113. De iaro.]

15 Iarus herba est que alio nomine barba Aron, vel pes vituli dicitur. Calida est et sicca in secundo gradu. In locis siccis et humidis, montuosis et planis invenitur, tam in hyeme quam estate. Magnam habet efficaciam secundum folia, maiorem secundum radices, maximam secundum quasdam tuberositates, que circa radices reperiuntur. Et ille radices colliguntur, scinduntur et desicantur. Virtutem habent dissolvendi, relaxandi
20 et extenuandi. Contra tumorem aurium, ipsa herba decoquatur cum tuberositatibus in vino et oleo, addito cymino, et fiat emplastrum et auribus superponatur. Contra frigida apostemata, ipsa herba tota cum tuberositate et axungia veteri teratur, et postmodum in testa calefacta superponatur. Contra scrofulas novellas, herba ipsa cum axungia veteri et squilla vel axungia ursina, si potest haberi, teratur et superponatur, et liberabitur, si
25 recentes fuerint. Ad faciem depurandam et cutem subtiliandam, ex tuberositatibus desiccatis fiat pulvis subtilis; cum aqua rosata conficiatur et ponatur ad solem, donec aqua tota consumatur, et ita fiat ter vel quater vel amplius, et ex illo pulvere solo vel cum aqua rosata facies illiniatur, et plus depurat quam ipsa cerusa. Item solus pulvis eius carnem superfluam corrodit. [f. 67v]

30 [Cap. 114. De iri et ireos.]

Iris et ireos eadem sunt quod gladiolus, de cuius natura dixi supra capitulo “gladiolus”, et ibi vide.

[Cap. 115. De iacinto.]

35 Iacintus florem habet purpureum, frigidum et humidum. Virtutem habet remoliendi, humectandi et repercuciendi. Sua enim frigiditate, dolorem apostematum reverberat.

1 Succus...timet] Ox, c. De ysopo, f. 78vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De isopo (p. 246).
5 Irincus...ereccionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 60, 1 (p. 254). 15 Iarus...que] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 61, 1 (p. 254-255). 18 circa radices] *Circa instans*, c. De yaro (p. 62). 19 colliguntur...corrodit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 61, 1-2 (p. 255). 34 Iacintus...reverberat] Ox, c. De iacinto, f. 74rb.

5 Irincus] Irincus. Salmenta. *Panicaud add. in marg. cod.*; Irincii *Rur. com.* | salmenta] salvinda *Rur. com.* 6 sinziberatum] *id est* zinziberatum | irincorum] irinciorum *Rur. com.* 7 uncia] libra *Rur. com.* 8 irincii] *ante* irincii, *scr. et post exp.* laventur *cod.* 10 despumato] dispumato *Rur. com.* 12 pinei] pineae *Rur. com.* 15 Iarus] Iarus. Barba Aron. *Figayroni add. in marg. cod.* 22 axungia] anxungia *cod.* 23 axungia] anxungia *cod.* 24 axungia] anxungia *cod.* 34 Iacintus] Iacinctus Ox

[Cap. 116. De iva muscata.]

Iva muscata herba est parva, odorem habens similem musco. Crescit in locis lapidosis et montuosis. Calida est in secundo gradu. Valet contra guttam et podagras \et paralysim/ ex frigida causa, si sumatur vinum decoctionis eius vel oleum coctum cum
 5 hac herba, et inungatur desuper locus dolens. Ad idem valet unguentum ex hoc factum, quod ex dicto oleo fit, addito succo ebuli, prius per se bene cocto \infra canonum canne bene obturatum et positum infra cacabum aque bullientis//.

[Cap. 117. De iunco.]

Iuncus herba est alias dicta papyrus, unde de eius natura dicam infra eodem titulo
 10 capitulo “papyrus”.

[Cap. 118. De liquiricia.]

Liquiricia est herba cuius radix eodem dicitur nomine. Calida est et humida temperate. Eligenda est non nimis grossa nec multum tenuis, interius crocea, non pulverizabilis. Nigra vero et alba est abicienda. Succus eius est eiusdem efficacie et
 15 eciam forcioris, qui hoc modo fit: cum viridis est, bene conteratur et in aqua bulliat et decoquatur usque ad consumptionem fere; postea exprimatur. Valet contra omnia vicia pectoris, eius decoccio in aqua, et contra periplononiam et pleuresim. Item vinum decoctionis eius valet contra tussim. Ad idem valet electuarium confectum ex succo liquiricie. Item liquiricia commasticata et sub lingua retenta, sitim et asperitatem lingue et
 20 gutturis mitigat.

[Cap. 119. De lilio.]

Lilium calidum est et humidum. Et aliud est domesticum, aliud silvestre, aliud gerit florem purpureum, quod est efficacius, aliud habet croceum. Domesticum autem, cum axungia veteri tritum vel cum oleo coctum et superpositum frigidum, apostema curat.
 25 Contra splenis duriciem, radix lilii in multa quantitate, cum branca ursina et radice eius, ponatur in vino et oleo per X dies, postea coletur et, colature addita cera et oleo, fiat unguentum. Ad faciem colorandam vel dealbandam, accipe tuberositates \radicis/ lilii agrestis habentis florem purpureum: siccentur, pulverizentur, et pulverem super faciem ducas cum aqua rosata confectum, vel simpliciter non addita aqua rosata. Idem
 30 abluendo, mundabit faciem et removebit contraccionem rugarum. Item folia eius, decocta et inposita, valent ad loca combusta. Idem facit radix eius, si trita cum oleo apponatur, quia virtus eius mitigativa est. Item educit purgacionem menstruaalem, quia est aperitiva. Et est tumoris repressiva et ideo contra apostemata ex ventositate \valet/, si radix eius trita cum oleo sepius apponatur. Plinius autem dicit quod succus eius, cum
 35 vino vel cum melle, valet adversus vexaciones serpentum, et fungorum maliciam, et contra venenum. Decocta in vino et oleo admixto, clavos pedum et nodos solvit,

2 muscata...lapidosis] Cf. *Tractatus de herbis*, c. De muscata herba (p. 590). 12 Liquiricia...mitigat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 63, 1-2 (p. 256). 22 Lilium...agrestis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 64, 1-3 (p. 257). 28 purpureum] Ox, c. De lilio, f. 74va. | siccentur...confectum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 64, 3 (p. 257). 29 aqua²...quod] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 64, 3-4 (p. 257-258). 34 succus eius] Ox, c. De lilio, f. 74va. | cum²...vino] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 64, 4 (p. 258). 35 cum...vexaciones] Ox, c. De lilio, f. 74va. | serpentum...rosatis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 64, 4 (p. 258).

3 podagras] podragas cod. 4 paralysim/] paralasim cod. 12 Liquiricia] Liliquiricia cod.; Liquilicia *Rur. com.* 17 periplononiam] peripleumoniam *Rur. com.* 19 liquiricie] liquiliciae *Rur. com.* | liquiricia] liquilicia *Rur. com.* 23 habet] ante habet, scr. et post exp. est cod. 24 axungia] anxungia cod. 25 eius] erusci *Rur. com.* 28 faciem] ante faciem, scr. et post exp. pulve cod. 29 Idem] Item *Rur. com.* 31 valent] valet cod. 33 aperitiva] apertiva cod.

pilosque locis adustis reddit. In vino eciam cocta, addito melle, venis precisus subvenit. Folia eius, cocta in vino, vulnera sanant. Ex floribus, fit oleum et aqua, sicut ex rosis. Et est fere eiusdem virtutis cum oleo et aqua rosatis.

[Cap. 120. De lingua avis.]

5 Lingua avis calida est et humida in primo gradu. Folia habet parva et acuta, lingue avis similia. Viridis multe est efficacie, exsiccata nullius. Virtutem [f. 68r] habet incitandi libidinem et humectandi. Herba ista, cum carnibus cocta, vel cum oleo condita vel sagmine, libidinem excitat. Valet decocta, addito zucara, consumptis et tremori cordis. Contra siccitatem pectoris, detur aqua decoctionis ipsius, addito draganto vel
10 zucara, sed magis valet cum draganto.

[Cap. 121. De lappacio.]

 Lappacium herba est calida et sicca in III^o gradu, secundum Platearium, vel II^o, secundum Avicennam. Est autem triplex lappacium, scilicet acutum, acuta habens folia et hoc efficacissimum; et lappacium domesticum, lata habens folia, et magis competit
15 usui; item est rotundum, rotunda habens folia. Virtutem habet dissolvendi, relaxandi, aperiendi et extenuandi. Contra scabiem, succus lappacii acuti et oleum mustelinum et pix liquida simul bulliantur, postea colentur, et colature addatur pulvis tartari et fuliginis, et fiat unguentum, quod satis competens est scabiosis. Avicenna dicit quod radix eius cum aceto cocta confert scabei ulcerose et inpetigini, et eius decoccio cum
20 aqua calida pruritui, et similiter ipsam; et in balneo est optima. Contra inpetiginem et serpiginem, fiat confectio succi lappacii acuti cum pulvere auripigmenti. Ad apostemata maturanda, lappacium rotundum tritum et in oleo decoctum, vel cum axungia superponatur. Ad rumpendum, eodem modo supponatur acutum. Contra stranguriam et dissinteriam, fiat decoccio lappacii acuti in vino et oleo, et pectini superponatur. Urinam
25 provocat in multa quantitate. Aqua vel vinum decoctionis solvit opilationem splenis et epatis. Contra scrofulas novellas, fiat emplastrum ex lappacio acuto et axungia simul tritis. Contra lumbricos, valet succus eius datus cum melle. Contra fleuma habundans in cerebro, succus eius cum succo rute, in modica quantitate, naribus inimitatur in aere calido vel in balneo. Item lappacium crudum vel coctum comestum valet scabiosis.

5 Lingua...consumptis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 65, 1 (p. 258). 8 tremori...cordis] Ox, c. *De lingua avis*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c.* De lingua avis (p. 248). 9 Contra...valet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 65, 1 (p. 258). 12 Lappacium...fiat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 66, 1-2 (p. 258-259). 21 confectio] *Circa instans*, c. *De lappacio* (p. 67). | succi lappacii] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 66, 2 (p. 259). | acuti] *Circa instans*, c. *De lappacio* (p. 67). | cum...scabiosis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 66, 2-3 (p. 259).

3 rosatis] Faisant l'huile de lys fault fere boullir avec bon huile telle quantite que competente de lys dans le balneum-marie et puis presser fort et cela fere par 3 foys changeant tousiours le lys tout fres pour donner plus grande vertu a l'huile. L'unguent dict d'aucuns lirinum et d'autres susinum, est bon aux nerfz et pour resouldre les durtes des lieux naturelz des femmes. L'oignon cuit soubz les cendres, broye avec vinaigre, guerist les brulures du feu, mondifie la matrice, esmeut la fleur, faict cicatrizer les plaies. Broye avec miel, est bon aux nerfz coupez, dislocations, nettoye les peaux blanches et mortes, mondifiant la gratelle et le mal Saint-Main, les ulceres de la teste, deride et nettoye la peau du visage *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Faisant...visage] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 99 (p. 287, col. 2). 5 Lingua] *Linga scr. et post add. sup. l. -u- cod.* | parva] *om. cod.* 8 sagmine] *sagimine cod.* 22 axungia] *anxungia cod.* 23 supponatur] *superponatur Rur. com.* 24 dissinteriam] *dysuriam Rur. com.* 28 inimitatur] *iniciatur Rur. com.*

[Cap. 122. De lactuca.]

Lactuca frigida est et humida temperate, sanguinem \bonum/ generat, lac et urinam provocat. Coleram extinguit. Sanguinis ebullicionem reffrigerat. Et sompnium inducit. Item valet contra calidum apostema. Capitis dolorem de colera rubea seu sanguine
 5 factum amputat, cathaplasmata. Sed cocta plus quam cruda, fit usui conveniens, quia eius lac calore ignis minuitur. Colericis tam cruda \quam cocta/ competit. In exordio sui, fit utilior et augmentandum lac mulieris vel sperma viri conveniencior, quia quando est indurata, minuta est eius humiditas et fit amari saporis, et tunc non est lactis. Inducciam malumque tunc generat sanguinem, et spermatis materiam corrumpit, et tenebrositatem
 10 oculis facit. Cum adhuc est tenera, valet multum in febribus, elixata vel cruda. In aceto cocta, addito croco, solvit opilacionem splenis et epatis. Ad provocandum sompnum, semen conficiatur cum lacte mulieris puellam nutrientis et cum albumine ovi, et fiat emplastrum super tynpora. Item pulvis eius cum lacte provocat sompnum. Idem facit febricitantibus, datus cum aqua calida. Contra calidum apostema, conficiatur talis pulvis
 15 cum oleo rosaceo, et superponatur et destruit ipsum. Item cathaplasmata frondium ipsius, habentibus erisipilam subveniunt. Semen eius datum in potu, sepe pollucionem patienti celeriter succurit, et superflua sompna prohibet, et ventrem purgat. Pulvis seminis maculas tergit de vultu. Lactuca comesta fastidiosos ad cibum provocat. Ignem sacrum compescit. Nota quod alia est lactuca agrestis, frondes habens longas subtiles et
 20 asperas, que dicitur endivia cuius naturam vide supra capitulo “endi- [f. 68v] via”. Item dicit Plinius quod est quedam species lactuce que sponte nascitur, et eam vocant caprinam, qua, proiecta in mari vel alia aqua, pisces, qui sunt in circuitu \vicini/, protinus necantur. Item est alia species lactuce, que nascitur in arvis, cuius folia trita cum polenta conferunt visceribus, et hanc Greci vocant yleion. Item est alia species, que
 25 crescit in silvis, quam vocant stancio, cuius folia trita cum polenta vulneribus prosunt, sanguinem stringunt et putrescencia vulnera sanant. Est et alia species lactuce habens rotunda folia et brevia, quam multi aciam vocant, cuius succum ancipitres, scarpendo herbam, extrahunt et, intingentes oculos, discuciunt obscuritatem et caliginem, cum senescunt. Cuius herbe succus sanat omnia vicia oculorum, et maxime quando ei lac
 30 mulierum admiscetur. Serpentum morsibus et scorpionum ictibus medetur, si succus eius cum vino potetur et folia trita super vulnus emplastretur; omnem enim inflacionem discutit et compescit.

[Cap. 123. De lauruola.]

Lauruola herba est multum laxativa. Calida et sicca in IIII^{to} gradu. Cuius semen est
 35 rotundum et subruffum, ad quantitatem piperis, quod dicitur cocogridium vel coconidium, quod est adhuc magis laxativum quam ipsa herba. Purgat fleuma et viscosos humores, principaliter a remotis partibus et iuncturis membrorum, secundario melancoliam: unde valet sciaticis, arteticis et podagricis. Item contra apoplexiam et

2 Lactuca...succurit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 67, 2-4 (p. 260-261). 17 superflua...compescit] Ox, c. *De lactuca*, f. 74va-74vb. 19 lactuca...asperas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 67, 5 (p. 261). 20 Item...compescit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 67, 5-6 (p. 261). 34 Lauruola...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 69, 1-2 (p. 262-263).

5 cathaplasmata] cathaplasmata *cod.* | usui] esui *Rur. com.* 7 augmentandum] adugmentandum *scr. et post exp. -d- cod.* 11 Ad] Ad provocandum sompnum *add. in marg. alia recentior manus cod.* 13 tynpora] typora *scr. et post add. sup. l. -n- cod.* 15 cathaplasmata] cathaplasmata *cod.* 19 agrestis] -grestis *scr. et post sup. l. add. a- cod.* 25 stancio] stancon *Rur. com.* 26 putrescencia] prutescencia *cod.; id est putrescentia* 27 aciam] hieracion *Rur. com.* | scarpendo] scalpendo *Rur. com.* 29 oculorum] ante oculorum, *scr. et post exp. vicia cod.* 34 Lauruola] Laureola *Rur. com.* 38 sciaticis] ischiaticis *Rur. com.*

paralisim. Usus eius est cum aliis medicinis, in oximelle Iuliani et similibus. Detur
eciam in apogimatibus; per se vero non datur, quoniam habet naturam ulcerandi
intestina ex nimio sui acumine. Si tamen ea per se uti volumus, decoccionem eius
5 est, nisi eis qui difficiles sunt ad solvendum, et carnosum ventrem et intestina
habentibus. Eiusdem virtutis est semen eius.

[Cap. 124. De lappa.]

Lappa est herba \alias dicta glis//, que habet in summitatibus capitella vestibis
adherencia, et ideo a Grecis fillatropos vocatur, eo quod adheret. Lappe multe sunt
10 species et omnes medicinales. Dicit Plinius quod ictibus scorpionum et morsibus
serpentum medetur. Item succus eius, cum vino datus in potu, veneno resistit. \Unde
homo unctus ex succo eius, non pungitur a scorpionibus vel aliis venenatis.// Decoccio
radicis eius confirmat dentes, si tepida in ore teneatur. Semen eius multa vicia stomachi
curat. Reicientibus sanguinem prodest, dissinterie subvenit; nam radix eius cum vino
15 sistit et folia, adiecto sale, solvunt.

[Cap. 125. De levistico.]

Levisticus vel levisticum herba est calida et sicca in secundo gradu, cuius semen
eodem nomine dicitur. Semen, non herba vel radix, in medicinis. Virtutem diureticam,
atenuandi et apperendi. Unde vinum decoccionis eius contra opilacionem splenis et
20 epatis valet. Aqua decoccionis eius valet contra stomachi dolorem et intestinorum
provenientem ex ventositate. Pulvis eciam eius cum pulvere cymini datus ad predicta
valet.

[Cap. 126. De lingua arietis.]

Linga arietis est idem quod plantago, de cuius natura dicam infra capitulo
25 “plantago”. [f. 69r]

[Cap. 127. De lolio.]

Lolium est herba que nascitur inter triticum, siccis et corruptis temporibus et
maxime sterilitatis \tempore/. Et dicitur alias zizannia sive ivellium. Calida est in primo
gradu et sicca in II^o, secundum Platearium. \Semen eius// vim acutam habet, mentem
30 perturbat et inebriat. Cum farina ordeï, conceptum prebet mulieribus. Et in fumigacione

8 Lappa...herba] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 70, 1 (p. 263). | que...adherencia] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 70, 1 (p. 263). 9 a...adheret] Ox, c. *De lapa*, f. 75ra. | Lappe...scorpionum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 70, 1 (p. 263). 10 morsibus...serpentum] Ox, c. *De lapa*, f. 75ra. 11 medetur...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 70, 1 (p. 263). | cum...veneno] Ox, c. *De lapa*, f. 75ra. 12 Decoccio...solvunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 70, 1 (p. 263). 17 Levisticus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 71, 1 (p. 263). levisticum] *Circa instans*, c. *De levistico* (p. 70). | est...valet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 71, 1 (p. 263-264). 27 Lolium...temporibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 11, 1 (p. 178). 28 zizannia] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 11, 1 (p. 178). | Calida...in] Cf. *Tractatus de herbis*, c. *De lollio* (p. 534). 29 vim...inebriat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 11, 1 (p. 178). 30 Cum...facit] Ox, c. *De çinçania*, f. 77vb.

1 paralisim] paralisim *cod.* 2 apogimatibus] apozimatibus *Rur. com.* 8 Lappa] Lappa. Glis. Fillatropos. *Laporda add. in marg. cod.* 14 subvenit] ante subvenit, *scr. et post exp.* prodest *cod.* 18 in medicinis] in medicinis ponitur *Rur. com.* | Virtutem diureticam] Virtutem habet diureticam *Rur. com.* 21 cymini] cinamomi *Rur. com.* 24 Linga] ante Linga arietis, *scr. et post del.* Lichitis herba est alias dicta mercurialis. Calida est et humida competenter. Cocta cum carnibus datur ad solucionem ventris faciendam competentem. Eciam ex succo eius vel ex aqua decoccionis cum oleo et melle et sale fiat clistere educens humorem et solvens, et Istud capitulum lichitis vaccat, quia infra ponitur et plenius *add. in marg. cod.* 27 Lolium] Lolium. Zizannia. Ivellium *add. in marg. cod.*

suppositum, cicius mulierem generare facit. Item, cum vino coctum et stercore asinino et semine lini, cathaplasmate facto, apostema dissolvit et scrofolas. Cocta tamen radice cortice et vulneribus iam putrefactis aposita, mundificat et sanat. Cancrum curat, cucumeris mixtum. Fumigacio, ex hoc semine facta, fugat reptilia. Capitis dolorem
 5 generat, stomacho nocet. Dicunt rurales quod lolium sive zizania proprie est triticum quod propter sterilitatem, in hoc granum mutatur. Et si seminetur iterum, tempore fertilitatis, redit in primam naturam tritici.

[Cap. 128. De lente vel lenticula.]

Lens vel lenticula frigida est in primo gradu, sicca in III^o. Nutrimentum eius est
 10 grossum et ad digerendum durum. Melancolicum generat sanguinem. Et si \sumatur// cum corticibus, cerebrum fumo grosso inpletur et melancolico: unde causa est doloris et fallacium formidolorumque sompniorum. Ventositatem et inflacionem et constipacionem faciunt; propterea ceteris granis, stomacho nocivior est et pulmone ac
 15 diafragmati et pelliculis cerebri ceterisque nervis pellicularum et precipue oculorum, quia humorem eorum desiccatur et exasperat; sanis oculis officit quam magis infirmis. Est igitur complexionis sicce noxia, sed eis qui humide sunt complexionis, aliquando prodest, si sine cortice coquatur. Ideo ydropicis valent. Cum cortice vero, nocent nimis propter ventositatem et inflacionem quam faciunt. Grandis lenticula et nova et coquibilis
 20 melior est, secundum cibum et medicinam, quam parva, vetus vel dura. Lenticula viridis omnem tumorem spargit. Ignem sacrum stinguit. Podagre, medicinis mixta, multum valet. Cum melle purgat et glucinat vulnera; duriciem, tumores et scrophas spargit.

[Cap. 129. De lupino.]

Lupini semina sunt cuiusdam herbe dicte lupinus, et solent seminari ut fabbe vel fazeoli in ortis, campis vel vineis, et quam plurimum terram inpinguant. Lupini calidi
 25 sunt et sicci in secundo gradu vel, secundum alios, in III^o. Et eorum alius est amarus, qui ex natura sua talis est et hic medicine competit; alius dulcis et insipidus, qui ex multa mora in aqua dulcoratur. Est et insipidus factus. Farina lupinorum \amarorum/ cum melle valet contra lumbricos. Ad idem valet panis factus ex farina eius melle et absinthio, positus super stomachum, et melius, si addatur modicum aloes. Eadem farina
 30 \cum oleo/, apostema maturat et rumpit. Lupini, ut ait Avicenna, subtiliant capillos, \si ex aqua, in qua decocti fuerint, capilli abluantur//, et abstergunt pannos et morpheam in facie, et tunc, maxime quando decoquuntur in aqua pluviali, donec dissolvantur. Quidam dicunt quod farina lupinorum pilos natos adurit, et exurgere alios non permittit. Ysaac ait quod, si aqua, in qua dulcorantur, loca cimum abluantur, moriuntur.
 35 Dulcorati vero lupini nutrimentum grossum est et ad digestionem durum, ideoque

1 cum...sanat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 11, 1 (p. 178). 3 Cancrum...mixtum] Ox, c. *De çinçania*, f. 77vb. 4 Fumigacio] Cf. *Tractatus de herbis*, c. *De lollio* (p. 534). | fugat...nocet] Cf. *Tractatus de herbis*, c. *De lollio* (p. 534). 7 tritici] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 11, 1 (p. 178). 9 Lens] Ox, c. *De lente*, f. 77rb. | lenticula...dura] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 12, 1-3 (p. 178-179). 19 Lenticula...spargit] Ox, c. *De lente*, f. 77va. 23 Lupini semina] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 1 (p. 179). 24 vineis...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 1 et 4 (p. 179-180). 25 in III^o] *Circa instans*, c. *De lupino* (p. 69). | Et...lupinorum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 4 (p. 180). 27 \amarorum/] *Circa instans*, c. *De lupino* (p. 69). 28 cum...farina] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 4 (p. 180). 30 \cum oleo/] *Circa instans*, c. *De lupino* (p. 69). | apostema...capillos] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 4 (p. 180). 31 et¹...viscosos] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 13, 4 (p. 180-181).

2 scrofolas] scrofulas *Rur. com.* 9 Lens] Lens. Lenticula *add. in marg. cod.* 10 Melancolicum] Malencolicum *cod.* 11 melancolico] malencolico *cod.* 12 formidolorumque] formidolosorumque *Rur. com.* 15 humorem] humiditatem *Rur. com.* | eorum] earum *cod.* | quam] quanto *Rur. com.* 20 sacrum] acrum *cod.* 31 aqua] -qua *scr. et post add. sup. l. -a cod.*

humores generat viscosos. Farina lupinorum cum [f. 69v] succo persiccarie, auribus iniecta, vermes necat. Eadem farina, in succo porri, superfluitates aurium mundificat.

[Cap. 130. De lino.]

Linum herba est satis nota, ex qua fiunt panni linei. Semen eius virtutem habet
 5 proximam virtuti fenigreci. Calidum est in primo gradu et mensuratum in humiditate et siccitate. Si sumatur cum melle et pipere, movet coytum. Ad tussim frigidam valet. Assum cum melle, fleuma purificat. Contra morsionem intestinorum, multum prodest. Apostemata interiora dissolvit.

[Cap. 131. De licio.]

10 Licium herba est, secundum Platearium, calida in primo et \sicca/ in II^o gradu. Ex qua fit succus multum medicinalis, \qui/ et alias dicitur lucidus oculus, quia reddit oculos claros et lucidos. Unde contra maculam oculi, dum recens est, et contra lippitudinem que fit ex fleumate exterius congelato, licium pulverizetur subtilissime et conficiatur cum aqua rosata, oculis imponatur et sic dimitatur donec tota aqua
 15 consumpta sit, et sic fiat quater vel pluries, et pulvis licii, confectus cum aqua rosata, oculis inponatur. Si inveterata sit passio, apponatur sarcocolla, licium eciam conficiatur cum succo feniculi et ponatur in vase eneo: oculos clarificat, valet cum causa est ab exterioribus. Contra fixuram labiorum, oris et lingue ulceracionem, pulvis licii cum amido et penidis conficiantur, et inungantur ulcera: probatum est. Ex licio valet
 20 suppositorium et, in acuta febre, multum exsiccata, stercora dissolvit. Contra tumorem gingivarum, fiat frequens lotura et fricacio circa gingivas. Ex aceto resolutum sit licium. Contra lentigines, fiat inuncio ex licio et cerusa, et in eadem quantitate et nitro simul pulverizatur. Contra vicium matricis ex frigiditate, fiat suppositorium ex trifera magna, et superaspergatur pulvis quando superflui ibi \alias hii/ sunt in matrice habundantes,
 25 valet, quia purgat et desiccat.

[Cap. 132. De lichiti vel linochiti sive mercuriali.]

Lichitis vel linochitis sive mercurialis, quod idem est, herba est frigida et humida in primo gradu \alias competenter/; viscosam habens substanciam: unde levificando, educit coleram de epate, stomaco et intestinis. \Humorem adducit et solvit: unde cocta
 30 cum carnibus, datur ad solucionem ventris faciendam competentem.// Sumitur \eciam/ ac ponitur, propterea in clistere ad solucionem et educionem, succus huius herbe vel aqua decoccionis eius cum oleo et melle ac sale: nam multum solvit humores et educit.

1 Farina...mundificat] *Circa instans, c. De lupino* (p. 69). 4 Linum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 14, 1 (p. 181). | Semen...coytum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 14, 11 (p. 183). 6 Ad...dissolvit] Ox, c. *De lino*, f. 75ra. 10 Licium...succus] *Circa instans, c. De licio* (p. 66). 11 dicitur...fleumate] *Circa instans, c. De licio* (p. 66). 13 exterius] *Circa instans, c. De licio*, Venetiis, 1525, f. 200vb. | congelato...superflui] *Circa instans, c. De licio* (p. 66). 24 in...desiccat] *Circa instans, c. De licio* (p. 66). 27 linochitis] *Circa instans, c. De linochit<i>* (p. 67). | mercurialis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 74, 1 (p. 265). est²...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 74, 1 (p. 265). 28 competenter/] *Circa instans, c. De linochit<i>* (p. 67). | viscosam...intestinis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 74, 1 (p. 265). 29 cocta...competentem/] *Circa instans, c. De linochit<i>* (p. 67). 31 clistere] *Circa instans, c. De linochit<i>* (p. 67). | succus...educit] *Circa instans, c. De linochit<i>* (p. 67).

5 fenigreci] fenugreci *Rur. com.* 10 Licium] Licium. Lucidus oculus. Caprifolium. Matersilva *add. in marg. cod.* | in²] *ante in, scr. et post exp. calida cod.* 16 inveterata] invetera- *scr. et post add. sup. l. -ta cod.* | passio] passi- *scr. et post add. sup. l. -o cod.* | sarcocolla] sacorcolla *cod.* 18 exterioribus] interioribus *Circa instans* | fixuram] *id est fissuram* 19 amido] amida *cod.* 22 inuncio] *id est inunccio* 24 quando] *qui cod.* | superflui] *id est superflui humores* 27 Lichitis] Lichitis. Mercurialis *add. in marg. cod.*

[Cap. 133. De lingua canis.]

Linga canis.

[Cap. 134. De melone.]

Melo herba est, cuius fructus simili nomine dicitur. Et melonum quidam sunt
 5 grossi, qui comeduntur maturi, scilicet cum incipiunt redolere et crocei fieri, et
 prevalent qui non sunt concavi et habent semina parva. Alii vero sunt subtiles, virides,
 valde longi et quasi curvati, et vocantur melanguli, qui comeduntur acerbi sicut citroli
 vel cucumeres et sunt eiusdem saporis, sed sunt minus frigidi magisque digestibiles, et
 10 ideo meliores citrolis esse dicuntur. \Si melones bonos habere vis, eos planta postquam
 ex semine creverint in terra minus pingui quam requirant cucumeres, quia postquam nati
 fuerint et evaserint florem, non debent adequari. Item si vis melones dulces facere,
 semina eorum per triduum in aqua mellica repones; quibus postea siccatis, illa repone in
 terram et dum erunt matura, sapient, eo modo secundum Euclidem. Secundum quem,
 idem est dicendum, si balneentur in alia aqua, alterius saporis. Et similiter est
 15 intelligendum de aromatibus, si miscueris nucleos, talem odorem recipient. Nota etiam
 quod, si vis quod melones habeant diversas formas, recipe ollam ad hoc preparatam et
 competentem, vel accipe formam lapideam vel ligneam intus sculptam, que habeat ad
 modum figuli et ipsum melonem, dum a flore evaserit in nuce in vase, et crescet
 secundum formam predictam, secundum dictum Euclidem. Que omnia simili modo fieri
 20 possunt in cucurbitis et cucumeribus aut citrulis et rapis.// Melones sunt frigidi et
 humidi in Ilo gradu, et qui dulces sunt, temperate frigidi. Avicenna dicit quod radix
 melonis eodem modo est vomitiva, quo dictum est de radice citroli et cucumeris.
 Oportet autem, utentem me- [f. 70r] lonibus, ut melo precedat aliquod aliud cibarium,
 ne nauseam faciat. Sed Ysaac dicit quod, eo comesto, debet aliquantulum expectare
 25 donec sit digestum, antequam sumatur \alius/ cibis. Item dicit Avicenna quod melo est
 tarde digestionis, nisi quando comeditur cum eo, quod est interius eius, et ipsius
 nutrimentum est reccius, et eius humor est conveniencior quam citroli et cucumeris, sed
 cum melo corrumpitur in stomacho, convertitur ad naturam venenosam. Oportet ergo ut,
 cum gravat, extrahatur velociter. Et de hiis que iuvant in colericis post comestionem:
 30 sunt oxizacara, maratrum, mastix. Fleumatici vero accipiant oximel, zinziberum
 compositum aut zinziberum solum aut dyaciminum et purum vinum bibant. Semen

4 Melo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 72, 1 (p. 264). | quidam...fieri] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 72, 1 (p. 264). 6 habent...dicuntur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 72, 1 (p. 264). 9 \Si...citrulis] Cf. sans titre Erlangen f. 157v. Eis 1, 29, (p. 129). 20 Melones...lapidibus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 72, 2-3 (p. 264-265).

2 canis] Ses feuilles enduictes avec vie<i>l oingt, sont bonnes aux morsures des chiens. Et aux brulures et si sont propres a fere renaistre le poil tombé par la pelade. La decoction de l'herbe, beue en vin lasche le ventre. Ses feuilles son<t> velues, il n'a point de tige, sont toutes couchees a terre *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Ses feuilles...terre] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthioli* [...], Lyon : G. Cotier, 1561, 4, 124 (p. 379, col. 1-2). 4 Melo] Melo. Popo *add. in marg. cod.* | quidam] quida *cod.* 9 bonos] bons *scr. et post add. sup. l. -o- cod.* | postquam] posquam *scr. et post add. sup. l. -t- cod.* 20 rapis/] Item secundum Palladium, melones debent seri in mense Martii rarius. Distent [f. 70r] inter se semina pedibus duobus locis subactis vel pastinatis, maxime arenis. Semina eius mulsa et lacte per triduum maceranda sunt et tunc iam siccata ponenda. Hinc suaves efficientur. Odorati autem, si eorum semina multis diebus inter rose folia sicca mergantur. Item melones talem terram et aerem desiderant qualem citroli vel cucumeres, sed minus pinguem et minus stercoreatam, ut saporosiores et solidiores fiant et cicius maturentur *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Melones...mergantur] PALL., *Opus agri.* 4, 9, 6 (p. 118).

Item...maturentur] PETR. CRESC., *Rur. comm.* 6, 72, 1 (p. 264).

autem melonum mundatum urinam provocat, ac renes et vesicam mundificat ab arenis et lapidibus.

[Cap. 135. De melliloto.]

Mellilotum herba est alias dicta corona regia, de cuius natura dixi supra capitulo
5 “corona regia”, et ibi vide.

[Cap. 136. De mercuriali.]

Mercurialis est quedam herba alias dicta lichitis, de cuius virtute et efficacia dixi supra capitulo “lichitis”.

[Cap. 137. De malva.]

10 Malva frigida est et humida in II^o gradu, cuius duplex est maneries: domestica, que subtiliorem et frigidiorum habet humiditatem; et silvestris, que dicitur malvaviscus vel bismalva \vel altea/, crescens alcius, que minus est frigida et humida, et habet
15 substanciam viscosam. Contra calidum apostema, in principio, folia malve terantur et superponantur ad maturandum et terantur cum axungia porcina recenti, et super tegulam calefactam ponantur. Hoc etiam valet contra duriciem splenis et epatis. Fomentum ex
20 aqua decoctionis circa pedes, ad provocandum sompnum in acutis febribus multum valet. Malva, coquinata et comesta, ventrem solvit. Valet etiam in febribus propter constipationem ventris. Ex aqua etiam ipsius competens fit cristere. Malvaviscus plus mollificat et maturat, scilicet folia sola et magis radix, cum axungia trita aliquantulum
25 calefacta, apostema maturat superposita, duriciem mollificat; herba etiam cocta cum radice usque ad consumptionem aque, apparebit quedam viscositas, que, superposita apostematibus, illa maturat et duriciem remollit et relaxat, et ex aqua addita cera et oleo fit unguentum competens ad predicta. Aqua decoctionis seminis eius et malve valet
contra tussim siccam, confert etiam eticis. Semina etiam sacellata, in oleo decocta,
30 duriciem solvunt et mundificant. Ysidorus preterea et Plinius dicunt quod, si aliquis se inunxerit succo malve admixto oleo, a puncturis apium, \scorpionum vel araneorum// ledi non potest, nec pacietur in membris inunctis puncturam neque morsum scorpionis vel aranee.

[Cap. 138. De menta.]

30 Menta calida est et sicca in II^o gradu. Cuius tres sunt species. Est enim quedam domestica, que proprie ortolana dicitur, et hec mediocriter calefacit et confortat. Est alia silvestris, que mentastrum dicitur et magis calefacit. Et est menta que longiora, laciore et acuciora habet folia, et hec menta, Romana vel Sarracenalis vel vulgariter herba sancte Marie vocatur, et hec magis diuretica est quam alie. Menta domes- [f. 70v] tica
35 virtutem habet dissolvendi ex propriis qualitibus et confortandi ex aromaticitate. Contra fetorem oris et putredinem gingivarum et dencium, abluantur os et gingivae ex aceto mente ortolane, deinde fricentur ex pulvere mente sicce vel cum menta sicca. Ad appetitum confortandum, cum impeditur ex frigidis humoribus in ore stomachi

10 Malva...bismalva] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 75, 1 (p. 266). 12 crescens...apium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 75, 1-3 (p. 266). 27 ledi...araneae] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 75, 3 (p. 266). 30 Menta...ex¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 76, 1-3 (p. 267-268).

10 Malva] Malva. Malvaviscus. Bismalva. Altea *add. in marg. cod.* 11 malvaviscus] malvaviscus *scr. et post add. sup. l. -va- cod.* 14 axungia] anxungia *cod.* 19 axungia] anxungia *cod.* 30 Menta] Menta. Mentrastrum *add. in marg. cod.* 31 ortolana] ortulana *Rur. com.* 32 mentastrum] mentrastrum *scr. et post exp. -r- cod.* 33 Sarracenalis] Sarracenia *Rur. com.* 35 aromaticitate] aromacitate *cod.* 37 ortolane] ortulanae *Rur. com.*

existentibus, fiat salsamentum cum aceto et menta et modico cinamomo seu etiam pipere. Contra vomitum ex debilitate virtutis contentive factum vel ex frigida causa, fiat decoccio in aqua salmarina et aceto, et spungia intincta ori stomachi superponatur, et etiam ipsam mentam coctam, paciens comedat. Contra sincopin ex debilitate in febre
5 vel sine febre, sive ex medicina sive ex quacumque alia causa, conteratur menta cum aceto et modico vino, si sit sine febre. Et si cum febre, cum solo aceto, et in eo pone panem assum, et aliquantulum dimitatur, ut humectetur, et aplicetur naribus, et ex eo fricentur labia, gingivae, dentes et tempora, et ligetur super venas pulsatiles temporum et brachiorum. Paciens etiam mastice et humorositatem transgluciat. Contra
10 coagulationem lactis, coquantur fassiculi in vino et oleo, et mamillis cathaplasmentur. Et nota quod, cum aliqua medicina datur contra venenum, debet dari cum succo mente vel cum vino decoctionis eius, si non habeas succum. Contra venenum, solus succus mente Romane, vel vinum decoctionis, vel succus cum melle mixtus valet. \Et etiam/ contra opilacionem splenis et epatis et urinalium viarum ex frigido humore et etiam ex
15 calido sine febre. Succus etiam datus cum melle, lumbricos interficit. Auribus instillatus, vermes necat. Decocta in vino et oleo, herba ipsa et cathaplasmata solvit sclirosim apostematum frigidorum. Mentastrum, carice et salvia decoquantur in vino, et detur patienti contra frigidam tussim vinum decoctionis eorum. Item eius fomentum infrigidatam matricem calefacit et mundificat. Sacellacio facta ex pulvere eius, frigidum
20 reuma capitis constringit. Et nota quod menta Romana pro ortolana poni potest. \Mirum tamen est de menta quod ex stercorebus muscarum procreetur, sicut dixi supra de natura vermium capitulo “musca”, et ibi vide.//

[Cap. 139. De mandragora.]

Mandragora frigida est et sicca, sed eius excessus non determinatur ab actoribus.
25 Cuius due sunt species, scilicet \masculus/ et femina. Folia habet fere ut lactuca \vel bleta/. Sed masculus habet folia longiora, femina laciore. Et, ut reffert Avicenna et vulgus, radix eius formam habet humanam, masculus siquidem formam et similitudinem hominis, femina similitudinem mulieris. Sed Platearius hoc negat, dicens quod natura herbe numquam sibi assumpsit formam humanam, sed quidam tales formas
30 \et tales incisiones// operantur, ut ipse reffert. Sed tamen non frustra loquati sunt ceteri, unde poete hanc herbam antipos vocant, quia habet formam humanam. Poma deffert crocea infra que grana conservantur, \et sunt poma redolencia magnitudine malamarciane//. Radicum cortices principaliter competunt medicine, secundo poma, tercio folia. Virtutem habent constringendi, infrigidandi et emotoycam, id est

5 medicina] *Circa instans, c. De menta* (p. 74). | sive²...potest] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 76, 3-5 (p. 268). 24 Mandragora...femina] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 1 (p. 269). 25 Folia...lactuca] Ox, c. *De mandragora, f. 75va*. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 14 (p. 345-346, l. 2-3). 26 Sed...masculus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 1 (p. 269). 28 similitudinem¹] Ox, c. *De mandragora, f. 75va*. | femina...mulieris] *Circa instans, c. De mandragora* (p. 75). 29 herbe...humanam] *Circa instans, c. De mandragora* (p. 75). 31 poete...crocea] Ox, c. *De mandragora, f. 75va-75vb*. 32 poma redolencia] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 14 (p. 346, l. 3-4). | poma...malamarciane//] Ox, c. *De mandragora, f. 75va*. 33 Radicum...sompniferam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 2 (p. 269).

3 salmarina] salmacidia *Rur. com.* 4 ex] et *Rur. com.* 5 medicina] materia *Rur. com.* 10 fassiculi] id est fasciculi 14 ex¹] ante ex, scr. et post del. et exp. et etiam cod. 16 cathaplasmata] cathasplasmata cod. 17 Mentastrum] Mentastrum scr. et post exp. -r- cod. 20 ortolana] ortulana *Rur. com.* 22 vide//] Menta hoc habet proprium quod sata inter olera et precipue inter caules, prohibet generari ab oleribus animalia noxia. Hec Albertus in libro *De plantis add. in marg. alia recentior manus cod.* Menta...noxia] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 12 (p. 538, § 386). 32 redolencia] -olencia scr. et post add. sup. l. red- cod. 33 secundo] secundario *Rur. com.* 34 Virtutem] ante Virtutem, scr. et post del. et exp. cortex cod. | emotoycam] oenoticam *Rur. com.*

sompniferam, quia sompnum inducunt. Unde in acutis febribus ad sompni
provocationem, pulvis corticis eius conficiatur cum lacte mulieris puellam nutrientis et
albumine ovi, et inponatur fronti et [f. 71r] tinporibus. Contra dolorem capitis ex
caliditate, folia ipsius trita super tempora ponantur. Inungantur eciam oleo
5 mandragorato, quod sic fit: poma mandragore trita in oleo communi diu macerentur,
postea fiat aliquantula decoccio et coletur, et illud postea erit oleum mandragorarum,
quod valet ad sompnum provocandum et contra dolorem capitis ex caliditate, si frons et
tempora inungantur et calorem febribus reprimat. Item ipsum oleum repercutit materiam
apostematam calidorum in principio. Fructus eciam vel folia cathaplasmentur supra, vel
10 saltem pulvis eius cum succo alicuius herbe frigide. Contra fluxum ventris ex inpetu
colere, ex predicto oleo venter et tota spina inungatur, et iniciatur modicum cum aliquo
levi clistere. Avicenna dicit quod macule \faciei/ fricate cum foliis delentur. Et de lacte
eius delentur lentigines. Item statim facit sompnum et, posita in vino, inebriat
vehementer. Cortex radice eius in vino coctus, si detur ad bibendum hiis quorum
15 corpora sunt secunda, non senciunt dolorem presomnio. Succus radice eius, si multum
sumitur, sursum purgat, sed si minus, mortem infert. Cura autem nocumentorum
mandragore est cum butiro, melle et vomitu. Item nota quod publice dicitur
mandragoram habere virtutem inpregnandi mulieres steriles, si ex ea comedant. Quod
verum non est, nisi forsitan comedant cum sterilitas esset ex superflua caliditate matricis;
20 tunc enim reduceretur ad temperamentum matrix, ut semen viri non adhauratur in ea.

[Cap. 140. De mentastro.]

Mentastrum herba est de genere mente, unde de eius virtute et efficacia dixi supra
capitulo “menta”, et ibi vide.

[Cap. 141. De men.]

25 Men herba est calida et sicca in Ilo gradu, cuius semen precipue medicine
competit. Virtutem habet diureticam ex subtili substantia. Vinum vel aqua decoccionis
eius valet contra opilacionem splenis et epatis ex frigida causa, et stranguriam dissolvit.
Aqua vero competencius potest dari in estate et iuvenibus, vinum in hyeme et senibus.
Pulvis eius, cum semine feniculi in cibo vel potu datus, ventositatem stomachi et
30 intestinorum excludit et digestionem confortat, secundum Platearium.

1 sompnum] Ox, c. De mandragora, f. 75vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 14 (p. 346, l. 11). | in...herbe] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 2-3 (p. 269-270). 10 frigide] Circa instans, c. De mandragora (p. 76). | Contra...vehementer] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 3-4 (p. 270). 14 Cortex...infert] Ox, c. De mandragora, f. 67va et c. De mandragora, f. 75va-75vb. | radice...presomnio] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 14 (p. 346, l. 12-14). 16 Cura...ea] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 77, 4 (p. 270). 25 Men...confortat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 78, 1 (p. 270-271).

1 inducunt] inducit cod. 3 Contra] Hanc herbam cum pueri invenissent aliquando, comederunt et plures eorum mortui sunt; quibusdam autem eorum cito succursum fuit cum butiro et melle et vomitu. Hec Albertus in libro De plantis add. in marg. alia recentior manus cod. Hanc...vomitu] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 12 (p. 535, § 380). 6 mandragorarum] mandragoratum Circa instans 9 cathaplasmentur] cathaphasmentur cod. 12 clistere] cristere *Rur. com.* 18 mandragoram] mandragola *Rur. com.*

[Cap. 142. De marrubio.]

Marrubium, ut dicit Platearius, herba est calida et sicca, que alio nomine dicitur prassium. Folia eius precipue conpetunt medicine, secundo cortices et radices. Virtutem habet dissolvendi et consumendi et apperendi. Contra viciū pectoris ex frigida causa et viscositatem eius, detur diaprassium vel electuarium, quod sic fieri debet videlicet ex parte succi eius et quinta mellis dispumati, et fiat decoccio aliquantula usque ad spissitudinem, et postea ponatur pulvis draganti et gummi Arabici et liquiricie. Et erit optimum contra viciū pectoris, vel saltem pulvis eius conficiatur cum melle dispumato, addito pulvere liquiricie. Contra tussim valet decoccio eius et figuum siccarum. Contra stranguriam et dissuriam, emplastrum ex ipsa herba in vino cocta et oleo, supra renes et pectinem ponatur. Item valet contra colicam ex frigida causa. Contra emoroydas inflatas et non [f. 71v] fluentes, fiat encatisma ex aqua salsa et vino decoccionis eius, et postea fiat suppositorium ex pulvere eius confecto cum melle; vel fiat decoccio pulveris vel succi eius cum oleo mustelino, et bonbax intincta superponatur; \vel fiat suppositorium ex herba, aqua, sale, vino et melle/. Contra lumbricos, detur pulvis eius confectus cum melle. Contra vermes aurium, succus auribus inmitatur. Contra splenis viciū, cortices radicum cum ipsa herba macerentur per XV dies in vino et oleo, et postmodum fiat decoccio et coletur, et colature addatur cera et oleum, et inde fiat unguentum.

[Cap. 143. De maiorana.]

Maiorana calida est et sicca in II^o gradu, alio nomine dicitur esbrium vel sansucus, cuius flores et folia competunt medicine. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate, dissolvendi et consumendi ex qualitatibus et eciam mundificandi. Pulvis eius in cibo datus, vel vinum decoccionis, stomachum in frigidatum calefacit et digestionem confortat; naribus aposita, cerebrum confortat. Flores et folia in testa calefacta et in sacello posita, loco dolenti dolorem ex ventositate proveniente solvunt. Item capiti superposita, valent contra reuma capitis. Item \nota/ quod mures libenter inciduntur radicibus eius, inde medicinam querentes. Maiorana urinam provocat comesta, et torcionibus utilis est. Scorpionum ictus cum aceto et sale compescit. Fomentacio facta ex aqua decoccionis maiorane circa vulvam, matricem mundificat et superflua consumit.

[Cap. 144. De mellissa.]

Mellissa herba est alias dicta pigmentaria, et alias in vulgari *ponciriata* vocatur. Calida est et sicca in II^o gradu. Virtutem et efficaciam habet ut maiorana, et contra easdem causas est usus similis. Excepto quod eius decoccio in aqua menstrua provocat, et conceptum iuvat. Vinum decoccionis eius valet contra sincopim ex frigida causa.

2 Marrubium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 79, 1 (p. 271). | ut...Platearius] Ox, c. *De marubio*, f. 67vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 16 (p. 346, l. 1). | herba...electuarium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 79, 1 (p. 271). 5 ex...superponatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 79, 1-2 (p. 271). 15 fiat...melle/] Ox, c. *De marubio*, f. 67vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 16 (p. 346, l. 5-6). Contra...unguentum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 79, 2 (p. 271). 21 Maiorana...esbrium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 80, 1 (p. 272). 22 cuius...querentes] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 80, 1 (p. 272). 29 Scorpionum...compescit] Cf. SANTIS ARDOYNI, *Opus de venenis* 8, 1 (p. 442). | Fomentacio...consumit] *Circa instans*, c. *De maiorana* (p. 83). 32 Mellissa] *Circa instans*, c. *De melissa* (p. 83). 33 Calida...relaxat] *Circa instans*, c. *De melissa* (p. 83).

2 Marrubium] Marrubium. Prassium *add. in marg. cod.* 3 secundo] secundario *Rur. com.* 9 liquiricie] liquirire *cod.* | figuum] *id est* ficuum 14 bonbax] bombix *Rur. com.* 17 inmitatur] iniciatur *Rur. com.* 21 Maiorana] Maiorana. Esbrium. Sansucus *add. in marg. cod.* 22 aromaticitate] aromacitate *cod.* 26 solvunt] solvit *cod.* 27 valent] valet *cod.* | inciduntur] *id est* insidiantur 32 Mellissa] Mellissa. Pigmentaria. *Ponciriata add. in marg. cod.* 33 habet] habet habet *cod.*

Decoccio eius in vino et cathaplastmata, apostema maturat, duriciem splenis et epatis relaxat. Hec herba caninos morsus ad sanitatem producit. Ori detenta, dolori dencium medetur.

[Cap. 145. De malvavisco.]

- 5 Malvaviscus herba est de natura malve, de cuius virtute et efficacia dixi supra capitulo “malva”, et ibi vide.

[Cap. 146. De malumterre.]

Malumterre idem est quod ciclamen, unde de eius natura et virtute vide supra capitulo “ciclamen”, ubi dixi plene.

- 10 [Cap. 147. De morella.]

Morella herba est alias dicta strigium, de cuius dicam \natura/ infra capitulo “strigium”.

[Cap. 148. De millefolio.]

- 15 Millefolium est herba sic dicta, quia habet folia quam plurima subtilia fere mille. Vulnera consolidat et munda conservat.

[Cap. 149. De murmica.]

Murmica sive marmorea herba est, cuius virtus tanta est quod, si succus eius bibatur ab aliquo, ita dicet vel faciet, sicut ille fecit et dixit qui eam collexit. Et forte est eadem herba que alias dicitur fabba versa, de qua dixi supra capitulo “fabba” in fine.

- 20 [Cap. 150. De millio.]

- Millium sic dicitur forte quia in sua spica fere mille grana defert. Semen eius secundum Ysaac, frigidum est in primo gradu, siccum in secundo, vel secundum alios in tercio. Minus nutrit ceteris granis, ex quibus fit panis. Gracia tamen sue siccitatis confortativum est stomachi et aliorum membrorum corporis. Diureticum \est/, et ideo assatur ad ignem, et ad torcionem et dolorem ventris calidum superponitur. Millium in cibo frequentatum grossum et malum generat sanguinem, et hominem macerat, ventremque constipatum reddit. Valet tamen contra nimium calidos, et in superfluis humoribus habundantes. [f. 72r]
- 25

14 Millefolium] Ox, c. *De millefolio*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De millefoliis (p. 249).
 15 Vulnera...conservat] Ox, c. *De millefolio*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De millefoliis (p. 249).
 17 Murmica...collexit] Ox, c. *De mirmura*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De mirmura herba (p. 248).
 21 Millium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 17, 3 (p. 189).
 22 secundum¹...secundo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 17, 3 (p. 189). | in³...tercio] Ox, c. *De milleo*, f. 77vb.
 23 Minus...superponitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 17, 3 (p. 189).
 26 malum...constipatum] Ox, c. *De milleo*, f. 77vb.
 27 superfluis...humoribus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 17, 3 (p. 189).

1 cathaplastmata] cathasplasmata *cod.* 17 Murmica] Murmica. Marmorea *add. in marg. cod.*; Mirmura Ox | virtus] vis Ox 25 torcionem] torsionem *Rur. com.*

[Cap. 151. De milica.]

Milica herba est nota, cuius duplex est manieres: est enim quedam rubea et quedam alba. Item invenitur tertia species, que est albiior millio. Et iterum quedam in herba multum excrescit, quedam parum. Et rursus quedam diu moratur in agris, quedam in paucis maturatur diebus, ut millium. Milica desiderat teram valde pinguem, ut millium. Semen milice bonus cibus est porcis, bobus et equis. Et homines, tempore necessitatis, eo utuntur pro pane, mixtim cum aliis granis et quandoque eo solo, precipue rustici. Frigidum est et siccum, et melancolicum generat sanguinem. Item est inflativum \et ponderosum/ et propter suum pondus, facit descendere cibum quem in ventre invenit.

10 [Cap. 152. De napo.]

Napus est species rape: unde \de/ eius virtute et efficacia dicam infra capitulo “rapa”.

[Cap. 153. De narstucio.]

Narstucium herba est calida et sicca in III^o gradu, secundum Platearium, vel in 15 IIII^{to}, secundum alios. Semen eius precipue competit medicine. Herba eciam viridis multe est efficacie. Virtutem habet dissolvendi, consumendi. Contra paralisim lingue, cum opilantur nervi et replentur humiditatibus, ut solet contingere in acutis febribus, semen narstucii masticetur et superponatur lingue. Contra paralisim aliorum membrorum, semen eius, in sacculo positum et in vino decoctum, membro dolenti 20 superponatur. Ipsa eciam herba cocta cum carnibus et comesta valet contra humiditatem superfluam in cerebro, ut in litargia provocetur sternutacio ex pulvere seminis narstucii naribus apposito. Contra relaxationem uve, fiat gargarismus ex aceto decoctionis eius et ficuum siccarum. Contra yliacam passionem et colicam ex frigida causa, semen eius in sacello positum et in vino decoctum superponatur. Ad idem valet et ad stranguriam, 25 herba ipsa decocta in vino et oleo superposita. Contra tenasmon ex humore conglutinoso, cum anus eminet, pulvis eius superponatur ano. Renes eciam inungantur melle, et superspergatur pulvis seminis eius, et cimini, et calofonie ac anisii. Atende tamen quod aliud est narstucium silvestre, sive aquaticum, et dicitur alias senaciones, de cuius virtute et efficacia dicam infra capitulo “senaciones”.

30 [Cap. 154. De nemifare.]

Nemifar est frigidum et humidum in II^o gradu. Herba est habens lata folia, que in aquosis reperitur locis, cuius duplex est maneries: una purpureos habens flores, que melior, est et alia croceos, que non est ita bona. Flos competit usui medicine. Ex floribus, fit sirupus precipue contra acutas febres et pro distemperato in caliditate: flores 35 decoquantur in aqua, addito zucara, et fiat sirupus. Contra dolorem capitis ex caliditate,

2 Milica...invenit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 16, 1-2 et 5 (p. 186-188). 14 Narstucium...sicca] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 82, 1 (p. 273). | gradu...calofonie] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 82, 1-2 (p. 273-274). 31 Nemifar...aplicant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 83, 1 (p. 274).

2 Milica] Marmorea est herba trium foliorum et flos eius declinat ad viriditatem, sicut facit flos lilii antequam aperiatur et est boni odoris aromaticus est et est calidior quam maiorana et est sicca et in effectu est subtilis resolutive, sedativa ventositatum. Cuius succus si bibatur ab aliqua, secundum quod testantur magorum prestigia, idem illud faciet et dicet, quod fecit et dicit, qui collegit ipsam. Hec Albertus in libro De plantis *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Mamorea...ipsam] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 12 (p. 536-537, § 382-383). 5 teram] *id est* terram 8 melancolicum] malencolicum *cod.* 14 Narstucium] Nasturcium *Rur. com.* 16 paralisim] paralasim *cod.* 18 narstucii] naistucii *cod.* | paralisim] paralasim *cod.* 19 sacculo] saccello *Rur. com.* 21 narstucii] nasturcii *Rur. com.* 27 calofonie] colofoniae *Rur. com.* 31 Nemifar] Nenufar *Rur. com.*

Sarraceni ponunt in aquam per noctem unam, et mane talem aquam et flores naribus aplicant.

[Cap. 155. De napello.]

5 Napellus est napus marinus, in littore maris crescens, et est venenum pessimum et perniciosum, quod in summo caliditatis et siccitatis est. Linitum delet maculas cutis. Et cum potu sumitur, rectificatum studio medicine, valet contra lepram. Est autem venenum homini bibenti ultra dimidiam unciam, et minus hoc interficit hominem. Et quod miraculosum est, quod quidam mus parvulus pascitur et invenitur iuxta ipsum; et ille mus est tirica contra venenum ipsius napelli.

10 [Cap. 156. De nigella sive niella.]

Nigella sive niella idem est quod fithi; unde eius naturam, virtutem et efficaciam vide supra capitulo “fithi”, ubi plene dixi.

[Cap. 157. De nardo.]

Nardus herba est de cuius virtute dicam infra capitulo “spica”. [f. 72v]

15 [Cap. 158. De napo marino.]

Napus marinus idem est quod napellus, de cuius dixi supra capitulo “napellus”.

[Cap. 159. De nituba.]

Nituba herba est eadem quod sponsa solis, de qua dicam infra capitulo “sponsa solis”.

20 [Cap. 160. De nepta sive neta.]

Nepta sive neta herba est que, mulsa, sudorem facit; et dicitur quod per eam cati inpregnantur, datur propterea mulieribus communiter in cirupo. Nepta est species calamenti, de quo dixi supra capitulo “calamentum”.

[Cap. 161. De origano.]

25 Origanum calidum est et siccum in III^o gradu, alio nomine dicitur golena. Cuius duplex est maneries, scilicet origanum agreste, quod laciore habet folia et forcius operatur; et est domesticum, quod in ortis reperitur et minora habet folia et suavius operatur, quod in medicinis ponitur. Folia cum floribus debent in medicinis poni abiectis stipitibus. Virtutem habet dissolvendi, consumendi et atrahendi. Contra
30 frigidum reuma capitis, folia cum floribus in testa sine liquore bene calefacta, in sacello ponantur, et sacellum capiti superponatur, et paciens bene cooperiatur pannis, ut capud sudet. Vinum decoctionis eius gargarizatum, gingivarum et faucium consumit humiditatem. Contra frigidum asma, detur vinum decoctionis eius et figuum siccarum, vel pulvis eius cum melle confectus detur cum calida aqua. Vinum decoctionis eius

4 Napellus...napelli] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 84, 1 (p. 275). 21 Nepta] Ox, c. *De nepta*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De nepita* (p. 250). | mulsa...inpregnantur] Ox, c. *De nepta*, f. 79ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De nepita* (p. 250). 25 Origanum...solvunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 86, 1-2 (p. 276).

4 Napellus] Napellus. Napus marinus *add. in marg. cod.* 9 tirica] theriaca *Rur. com.* 21 Nepta] Nepa *scr. et post add. sup. l. -t- cod.; ante Nepta, scr. et post del.* Nepita idem est quod calamenti de cuius natura dixi supra capitulo calamentum *cod.* 22 cirupo] *id est sirupo* 25 Origanum] Origanum. Golena *add. in marg. cod.* 33 figuum] *id est ficuum*

digestionem confortat, dolorem stomachi et intestinorum excludit. Item fasciculi ex herba ipsius decocti in vino et renibus superpositi, stranguriam et dissuriam solvunt.

[Cap. 162. De ozimon.]

Ozimon idem est quod bazilicon, de cuius virtute dixi supra capitulo “bazilicon”, et
5 ibi vide.

[Cap. 163. De ordeo.]

Ordeum herba est nota, cuius semen eciam ordeum dicitur et, secundum Ysaac et Avicennam, frigidum est et siccum in primo gradu vel, secundum Platearium, in secundo. Virtutem habet mundificativam et excolativam; plus tamen fabba desiccat et
10 propterea ab inflacione liberat. Ordeum et triticum nutribiliora et laudabiliora sunt ceteris granis, sed ordeum cicius digeritur, et ideo de membris velocius dissolvitur; frumentum vero tardius digeritur et tardius a membris dissolvitur. Galienus de ordeo et fabba secundum medicinam dicit: Ordeum et fabba, quia temperamento vicina sunt, in multis locum habent sicut cera et oleum in unguentis et cathaplasmatibus. Fit de ordeo
15 confectio utilis: Elixatur ordeum prius aqua, post assatur, deinde farina facta cum zucara conficitur. Hoc in estivo tempore ad stomachi et epatis refrigerium valet, ad sitim eciam valet cum aqua temperatum, minutum sive grossum, ut cum cocleari edatur vel liquidum, ut bibatur. Ex eo ptisana conficitur hoc modo: \Balneatur/ ut cortex auferri possit, mensura ordeï sumatur una, aque IX, et tamdiu coquatur donec redigatur ad
20 unam, et colatura potui detur. Hoc valet ad sanitatem custodiendam; corpusque humectat: si corpus plus reffergiem appetit, parum aceti misceatur vel addatur semen papaveris albi. Ptisana sanis, crebro usu, clarissimum et perfectissimum sanguinem generat, nec minus quam panis nutrit, que sanis danda, infirmis vero diversis modis, prout cuiusque competit infirmitati. Si enim velis sitim et epatis calorem extinguere,
25 supra dicto modo bibe. Si mundificativam et excolativam ptisanam esse volueris, cum cortice coque. Si laxativam et refrigerativam, cocte in pane superpone mel violaceum. Si propter epatis opilationem illud velis accipere, cum eo, simul pone radices apii et feniculi, et accipe cum oxizacara. Alii autem dicunt quod ptisana fit hoc modo: ordeum mundatum decoquatur multum bene in aqua et coletur per pannum. Farina ordeï sic fit:
30 ordeum [f. 73r] bene mundatum in mola ponitur et teritur, mola aliquantulum sublevata, ut grossam operetur farinam, talis in aqua diu cocta est, optimus cibus febricitantibus et precipue laborantibus apostemate spiritualium. Avicenna dicit quod habet proprietates siliginis. Predicta farina polenta dicitur, secundum Platearium. Et multi hanc farinam siccam et in olla nova opturata decoquant in furno calido, et demum cum aqua vel lacte
35 amigdalarum parant in cibum, quod eciam est optimum ad predicta. Item si fiat linimentum ex eo cum aceto forti, et ponatur more emplastri super scabiem ulceratam, sanat eam. Idem de lepra, ut dicunt quidam. Item fit ex eo emplastrum cum citoniis et aceto super podagram, et prohibet fluxum superfluitatum ad iuncturas, et aqua eius confert egritudinibus pectoris. Et quando bibitur cum semine feniculi, facit habundare
40 lac. Et aqua eius est infrigidativa et humectativa febrium. In calidis quidem pura, et in

7 Ordeum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 15, 3 (p. 185). | secundum...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 15, 3 (p. 185). 9 Virtutem...siliginis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 15, 3-7 (p. 185-186). 33 farina...dicitur] Circa instans, c. De ordeo (p. 89). 35 Item...eam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 15, 7 (p. 186). 37 Item...feniculo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 15, 7 (p. 186).

14 cathaplasmatibus] cathasplasmatis *cod.* 25 mundificativam] mudificativam *cod.* 26 pane] mane *Rur. com.* | superpone] suppone *Rur. com.* 29 aqua] post aqua, *scr. et cod.* | et] ante et, *scr. et post exp.* coquatur *cod.* 30 ponitur] ponatur *cod.* 35 Item] ante Item, *scr. et post del. et exp.* leprosis opitulatur *cod.* 38 podagram] podragam *cod.* 40 humectativa] humectiva *cod.*

frigidis cum apio et feniculo. Ad apostemata maturanda, fiat emplastrum ex eius farina et pice liquida, vel farina et melle ut terrebentina, quod est ad hoc optimum, secundum Platearium.

[Cap. 164. De porro.]

5 Porrus vel porrum calidum est et siccum in III^o gradu; cibus est illaudabilis; nocet enim stomacho, faciens inflacionem ac ventositatem, et cum sui acumine, nervos eius: mordet. Habet eciam proprietatem faciendi fumum nigrum melancolie pertinentem, qui ad capud saliens, visui tenebrositatem atque sompnia terribilia et timorosa inducit. Unde caveant ab ipso colerici, maniacy, et opilacionem in capite habentes; sed diligentes
10 porros comedere accipiant post eos lactucas, portulacas, endivias et similia, ut eorum calor temperetur ab istis. Aut elixentur, deinde bis aut ter laventur et esui postmodum dentur. Et quamquam secundum cibum non laudentur, ut dixi, valent tamen secundum medicinam. Crudi enim comesti, canales pulmonis de grossis mundificant humoribus, et opilacionem epatis apperunt. Item succus porri cum aceto, oleo, thure, naribus
15 immissus, sanguinem ex eis qui frigide sunt nature, \\sistit alias// extrahit. Item in aure distillatus, dolorem de frigidity et humiditate factum placat. Item porrum crudum, cathaplasmatum super morsum serpentum, bene prodest. Item coctum et cum oleo sixameleo vel amigdaleo conditum, venerem suscitatur. Plinius autem dicit quod porrum contritum cum melle, emplastratum super vulnera, sanat ea. Cum vino bibitus, succus
20 eius lunborum dolorem solvit. Cum sale mixtum, vulnera cito claudit et sanat. Duricias relaxat et rupturas cito consolidat. Item porrum crudum comestum valet contra ebrietatem, et venerem stimulat. Item, solo odore, fugat scorpiones et serpentes. Item valet contra dencium dolorem et eorum interficit vermes, sed aciem oculorum ebetat. Stomacum gravat, sitim creat, sanguinem incendit et inflammat, si ex eo nimium
25 comedatur. Semen porri siccus est et forcioris accionis, de quo tres dragme potui date cum duabus seminis allei mire sanguinem screantibus subicientem stringit. \\Nota quod si plura semina porrorum, in unum ligata, deposueris in terra, grandis ex omnibus nascetur porrus. Idem si capiti porri rape semen inmitas sine ferro: tangam infra capitulo “rapa”.

[Cap. 165. De papavere.]

Papaver est herba satis nota, cuius duplex est maneries, scilicet album et nigrum: album est frigidum et humidum, nigrum est frigidum et siccum, et magis mortificat. Semen eius virtutem habet inducendi sompnium, leniendi et mortificandi. Ad sompnium provocandum, fiat emplastrum ex semine utriusque vel alterius cum lacte mulieris et
35 albumine ovi circa tempora. Mulieres Salernitane dant pueris pulverem seminis papaveris albi cum [f. 73v] proprio lacte. Semen autem papaveris nigri non debet dari, quia magis mortificat. Contra calida apostemata in principio, et contra calefactionem epatis, semen papaveris vel ipsa herba trita conficiatur cum oleo rosato, et supponatur. Contra siccitatem membrorum, ut est in etica et in aliis infirmitatibus, oleum violaceum
40 calefiat aliquantulum et pulvis papaveris albi conficiatur cum eo, et inungatur spina per

1 Ad...optimum] *Circa instans, c. De ordeo* (p. 89). 5 Porrus...dentur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 87, 1 et 5 (p. 276-278). 12 valent...ferro] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 87, 6-7 (p. 278) et 8, 8, 3 (p. 25). 31 Papaver...herba] *Ox, c. De papavero, f. 68ra. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura* 12, 20 (p. 347, l. 1). | cuius...nigrum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 88, 1-3 (p. 279-280).

1 farina] fa- scr. et post add. sup. l. -rina cod. 7 melancolie] malencolie cod. 9 maniacy] inanici cod. 11 esui] usui *Rur. com.* 15 \\sistit alias//] alias sistit cod. 18 sixameleo] sisameleo *Rur. com.* 26 screantibus] sternaubibus cod. 28 inmitas] ante inmitas, scr. et post exp. porri cod. 32 siccum] ante siccum, scr. et post del. et exp. humidum et cod. 38 supponatur] superponatur *Rur. com.*

totum. Ad idem et contra siccitatem pectoris, multum valet dyapapaver, quod ex eo principaliter fit. Dicunt Plinius, Dioscorides et Macer quod ex succo foliorum et capitellorum eius fit opium, unde sompnus febricitantium provocatur, quod cum cautela dari debet, quia multum opilat, infrigidat et mortificat, et maxime papaver nigrum.

5 Dyapapaver de quo supra dixi est electuarium, quod fit de semine papaveris et succo liquiricie et gummi Arabici et diadraganti, hiis simul cum sirupo confectis.

[Cap. 166. De pencedano.]

Pencedanus vel pencedanum herba est, que alio nomine feniculus porcinus dicitur, que calida est et sicca. Et vinum decoctionis eis valet contra stranguriam et

10 dissinteriam, et opilacionem splenis et epatis. Herba eciam eius decocta in vino et oleo, et cathaplasmata spleni et epati, duriciem eorum remollit. Contra frigidos humores in spiritualibus existentes, detur aqua decoctionis eius et ordeï, et si sint multum frigidi, detur vinum decoctionis eius et succi liquiricie.

[Cap. 167. De petrosillo.]

15 Petrosillum herba est satis nota, calidum et siccum in II^o gradu est. Diureticum est et incidens, urinam et menstrua provocans, ventositatem et inflacionem dissolvens, et precipue semen eius. Galienus dicit quod cathaplasmatum super pustulas, scabiem et morfeam mire mundificat, unde confert ydropicis et periodicam febrem patientibus. Renum dolorem ac vesice placat, quia corporis poros viasque rarificat et, humores

20 extenuando, cum urina et sudore prohibet. Epar et vulnera mundificat, opilacionem eorum apperit et apostemata eorum curat, maxime que sunt in renibus. Ventositatem colice passionis dissolvit. Pistatum et in vulva missum, menstrua provocat. Secundinam et mortuum fetum expellit, quo eciam potui dato, mundificatur fetus ab humoribus grossis et viscosis. Digestionem confortat, et adversus lapidem valet quam plurimum

25 eius usus.

[Cap. 168. De podraga lini.]

Podraga lini est idem quod cuscuta: unde eius naturam vide supra capitulo “cuscuta”.

[Cap. 169. De pane porcino.]

30 Panis porcinus est herba eadem quod ciclamen, et eius virtutem vide supra capitulo “ciclamen”.

5 Dyapapaver] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 20 (p. 347, l. 8). | electuarium...confectis] Ox, c. *De papavero*, f. 68rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 20 (p. 347, l. 8-9). 8 Pencedanus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 89, 1 (p. 280). | pencedanum] *Circa instans*, c. *De peucedano* (p. 93). herba...liquiricie] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 89, 1 (p. 280). 15 Petrosillum...est¹] Ox, c. *De petrosolino*, f. 68ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 19 (p. 347, l. 1). | calidum...viscosis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 90, 1-2 (p. 280-281). 24 Digestionem...valet] Ox, c. *De petrosolino*, f. 68ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 19 (p. 347, l. 3-4).

1 dyapapaver] -papaver *scr. et post add. sup. l. dya-* cod. 3 capitellorum] capitulorum *Rur. com.* 6 diadraganti] diagraganti *scr. et post del. et exp. -gra-* et *add. sup. l. -dra-* cod.; dragandi Ox 8 Pencedanus] Pencedanus. Feniculus porcinus. *Bassilhas add. in marg. cod.*; Peucedanus *Rur. com.* pencedanum] peucedanum *Circa instans* 10 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 11 cathaplasmata] cathasplasmata *cod.* 12 detur] datur *Rur. com.* 30 ciclamen] ante ciclamen, *scr. et post exp. cuscuta cod.*

[Cap. 170. De psillio.]

Psillium est herba frigida et humida in III^o gradu alias quarto. Eius semen in
 5 medicinis debet \poni/. Habet virtutem infrigidandi et humectandi. Contra ariditatem
 lingue in acutis febribus, semen in subtilissimo ligetur panno et in aqua infundatur, et
 cum tali aqua, illiniatur lingua, prius \tamen/ rasa cum cultello ligneo. Contra siccitatem
 10 spiritualium et constrictionem ventris in acutis febribus, ponatur psillium in aqua et
 dimitatur aliquantulum, deinde, aqua illa eiecta, psillium detur cum frigida aqua. In
 sirupo eciam contra acutas febres competenter psillium ponitur, et multa fiat decoccio et
 postquam gutta adherea tasie, que cito adheret propter viscositatem ipsius psilii. Contra
 15 dissinteriam comburatur psillium in aliqua testa, \et/ pulvis, inde factus cum ovo sorbili,
 vel melius cum aqua rosata detur, si fiat vicio superiorum intestinorum. Si vero vicio
 inferiorum, cum atanasia pulvis eius [f. 74r] superponatur. Ad idem fiat emplastrum ex
 pulvere eius, albumine ovi et modico aceto et aqua rosata, super pectinem et renes vel
 super umbilicum, si sit vicio superiorum. Contra fluxum narium sanguinis, valet idem
 20 emplastrum supra frontem et tempora positum, vel cuellum factum ex pulvere eius et
 succo sanguinarie naribus inimitatur. Contra calida apostemata, sacellus plenus semine
 psilii et alicuius alie herbe sepius superponatur. Contra asperitatem capillorum, lavetur
 capud ex aqua decoccionis psilii. Item, sua humiditate et frigiditate, conservat
 camphoram, quia camphora nimis est subtilis substancie.

[Cap. 171. De plantagine.]

Plantago, que alio nomine dicitur lingua arietis, frigida est et sicca. Folia eius sicca
 consolidant optime ulcera, et ad hoc nichil melius est eis, ut dicit Dyascorides. Et
 mirabile videtur quod, si bibatur succus trium radicum eius cum tribus unciiis vini,
 aliquando curat tercianam. Et si quatuor radicum succus cum III^{or} unciiis vini bibatur,
 25 aliquando curat quartanam. Item dicit Dyascorides quod sanat \succus radicis eius/
 vulnera canis rabidi. Ydropicos iuvat. Veneno repugnat. Eius succus lumbricos necat, et
 vehementer solucionem ventris mitigat. Menstrua constringit, et tumores apostematum
 in principio repercutit et dissipat. Gingivas tumidas et sanguineas reprimit et sanat.
 Maculas tollit et cicatrices vulnerum. Prodest adversus calefactionem, unde eius succus
 30 vel aqua instillata multum prodest, si facies vel aliud membrum calefactum igne vel sole
 ex ea fricetur, vel lavetur \ut capilli eficiantur pulcri et crispi. Recipe nervos
 plantaginis, et sicca ad unbram, et factum pulverem distimpera cum butiro, et fac bullire
 addito aceto. Et ex hoc ungatur capud.//

[Cap. 172. De polipodio.]

35 Polipodium herba est calida in III^o gradu, sicca in II^o et est similis filici, que crescit
 super quercus, muros et lapides; sed que crescit in quercubus, melior est. Radix eius
 multe est efficacie. Polipodium virtutem habet dissolvendi, consumendi et purgandi
 principaliter fleuma et melancoliam, et maxime a stomacho et intestinis, et est parum
 laxativa. Et nota quod in decoccione polipodii, aliquid exclusivum ventositatis \debet

2 Psillium...humida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 91, 1 (p. 281). | gradu...substancie] PETR. CRESC.,
Rur. com. 6, 91, 1-2 (p. 281-282). 21 Plantago...sanat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 92, 1 (p. 282).
 26 vulnera...sanat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 92, 1 (p. 282-283). 35 Polipodium...in¹] PETR. CRESC.,
Rur. com. 6, 93, 1, p. 283. | II^o] *Circa instans, c. De polipodio* (p. 95). | gradu...pacienti] PETR.
 CRESC., *Rur. com.* 6, 93, 1-3 (p. 283).

9 adherea] adhaeret *Rur. com.* | tasie] *id est* tacie 12 atanasia] anatasia *cod.* 14 sit] *fit* *Rur. com.*
 15 cuellum] scuellum *Rur. com.* 21 Plantago] Plantago. Linga arietis *add. in marg. cod.* 24 bibatur]
 bibat *cod.* 27 vehementer] vehementem *Rur. com.* 31 eficiantur] *ante* eficiantur, *scr. et post exp.* crispi
cod. 38 melancoliam] malencoliam *cod.*

poni/, ut anisium, feniculus vel cyminum, quia polipodium solum mutat humores in ventositatem. Item utimur eo in apogimatibus et confeccionibus, et in brodio galline vel alterius carnis. Et damus eciam pulverem eius ad laxandum. Et valet cotidiane et terciane ex collera vitellina vel citrina. Solvit eciam opilacionem epatis ex grossis et viscosis humoribus. Febri eciam quartane confert. Yliacis, colericis et habentibus, fleuma mucilaginosum in intestinis utiliter medetur. Contra cotidianam et yliacam passionem et allopiciam et dolorem articulorum, et ad conservacionem sanitatis, talis fit usus: conteratur polipodium uncia I vel II adplus, \si/ sit multum laxativum, et fiat decoccio eius in aqua cum prunis et violis, addito semine feniculi et anisii in multa quantitate, et colatum mane vel sero, detur patienti. [f. 74v]

[Cap. 173. De pastinaca.]

Pastinaca quedam est silvestris et quedam domestica, utraque in radice est duri nutrimenti et minus quam rapa nutrit. Habet autem quoddam acuminis, unde est extenuans et diaforesim faciens. Ideoque urinam et menstrua provocat. Habet eciam aliquantulum inflacionis, unde coytus est iuvativa, que assuefacta, illaudabilem generat sanguinem. Igitur ut temperetur, eam in aqua elixari oportet bis et, aqua abiecta, tercio coqui. Pastinaca silvestris dicitur alio nomine daucus asinimus, et domestica daucus Creticus. Earum radix, secundum Ysaac, est calida in medio secundi gradus et humida in medio primi. Sed folia et flores secundum alios sunt calida et sicca in III^o gradu, et una pro alia in medicinis ponitur, quia sunt quasi eiusdem virtutis, sed domestica melior est. Item est quedam pastinaca rubea, que cruda potest comedi, et cocta cum napis, facit pulcherima composita et rubicundo colore decorata. Pastinaca silvestris habet efficaciam precipue secundum folia et flores, modicam aut nullam secundum radices. Hec herba debet colligi, cum flores producit. Virtutem habet dissolvendi, consumendi et atrahendi ex qualitatibus, et diureticam ex subtili substantia. Contra frigidum reuma, sacelletur capud ex pulvere facto ex ipsa herba bene calefacta. Ad dolorem stomachi ex ventositate vel frigiditate, et contra stranguriam et dissinteriam, colicam et iliacam passionem, detur vinum decoccionis eius, et herba in multa quantitate in vino et oleo decocta super locum dolentem ponatur. Contra stranguriam et disuriam et vicium lapidis, detur vinum decoccionis seminis eius et saxifragie. Contra opilacionem splenis et epatis, ex frigida causa et contra ydropisim, fiat sirupus ex succo feniculi et \aqua/ decoccionis eius. Contra duriciem splenis et epatis, ponatur ipsa herba in multa quantitate in vino et oleo, et maceretur ita per X dies; in decima die coquatur, usque quod redigatur in oleum, et herba bene exprimatur et coletur, et colatura postea ponatur ad ignem et imponatur cera et fiat cerotum, quod contra predicta et contra talia apostemata, multum est conveniens.

12 Pastinaca...conveniens] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 94, 1-4 (p. 284-285).

1 anisium] anisum *Rur. com.* 2 apogimatibus] apozymatibus *Rur. com.* 9 anisii] anisi *Rur. com.* 15 inflacionis] inflammacionis *Rur. com.* 17 daucus¹] dancus *cod.* | asinimus] asininus *Rur. com.* daucus²] dancus *cod.* 27 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 30 saxifragie] saxifragae *Rur. com.* 35 talia] calida *Rur. com.* 36 conveniens] Matheolus dict que la graine de la pastenargue sauvage prinse en breuvage ou appliquee esmeut le flux menstruel, singuliere a ceux qui ne peuvent uriner ou qui ont mal de coste ou travaillez d'hydropisie, propre aux morsures des serpens, qui en mangera a i<e>un, sera asseure. Ayde a concevoir et a faire retenir la femme. Sa racine faict uriner, incite a luxure et appliquee, faict sortir l'enfant. Ses fueilles broyees et appliquees avec miel mondifient les ulceres corrosifz. La pastinacia des iardins a les mesmes proprietiez, toutesfoys il n'est de si grande vertu *add. in marg. alia recentior manus cod.*

graine...vertu] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 52 (p. 260, col. 1).

[Cap. 174. De portulaca.]

Portulaca est herba cuius due sunt species. Est enim quedam portulaca que valde lata habet folia et Romana seu Beneventana dicitur, que multum est humida, sed insapida. Est alia portulaca communis, parva ferens folia et hec minus est humida, sed
 5 plus sapida. Portulaca frigida est in III^o gradu et humida in secundo. Viridis multe est efficacie, excicata non tante. Virtutem habet leniendi, humectandi et infrigidandi. Optimus cibus est febricitantibus, cruda vel cocta. Contra constrictionem ventris, coquatur cum prunis in aqua, et comedat paciens pruna et portulacam, et postea bibat aquam. Nota quod portulaca cum diureticis convenienter ponitur. Item portulaca aliquid
 10 ponticitatis habet, et ideo confortat stomachum et intestina, et valet contra vulnera in renibus et vesica nascencia. Valet eciam fluxui sanguinis et, undecumque manans fuerit, ipsum stringit. Item si in capite vel in fronte vel tymporibus [f. 75r] inungatur, dolorem et calorem aufert. Item valet comesta contra dissinteriam, et confert colericis egestionem habentibus. Avicenna dicit quod ipsa sua proprietate erradicat verrucas, si ex ea
 15 confricentur, et delet stuporem dencium et abscedit desiderium coitus. Tamen in complexione calida et sicca, addit in coitu. Pulvis radice portulace combuste, si recipiatur addito melle, valet ad fissuras labiarum, si inde ex hoc illiniantur.

[Cap. 175. De papiro.]

Papirus, qui alias dicitur iuncus, est herba sic dicta quasi papulum pir, id est ignis, quia desiccatus, ad nutrimentum ignis in lucernis et lampadibus est valde aptus. Est
 20 enim herba exterius valde plana, habens interius medulam albam valde, bibulam et porosam, et nascitur in locis aquosis. Siccatur enim et excoquitur parum, remanente de cortice in uno latere, ut medula sustentetur. Ex eo fiunt in aliquibus partibus vasa et naves in Memphi et in India, ut reffert Plinius, et testantur Ystorie Alexandri. De papis
 25 \in quibusdam partibus/ eciam fiunt carte, in quibus \scribitur/. Item ex eis fiunt sportule et pulcra sextoria et varia utensilia. Et ligantur ex eis vela navium. Et quidam faciunt ex eis vestimenta, ut dicit Plinius. Eius medula multum valet ad aquam de naribus extrahendam, quia eam naturaliter inbibit et ad se trahit. Et ideo cum papiro, aqua de vino extrahitur et separatur. Nota tamen quod multe sunt species iuncorum: est iuncus
 30 qui proprie dicitur papirus, et iuncus marinus, ac iuncus qui dicitur alpha.

[Cap. 176. De pulegio.]

Pulegium calidum est et siccum in III^o gradu. Folia cum floribus abiectis stipitibus in medicinis ponuntur. Virtutem habet dissolvendi et consumendi. Sacellacio facta capiti ex pulegio calefacto in testa sine liquore, valet contra frigidum reuma. Gargarismus
 35 factus ex aceto decoctionis eius et ficuum siccarum, contra frigidam tussim, et contra tussim que est ex glutinoso vel aquoso humore confert. Item vinum decoctionis eius valet contra dolorem stomachi et intestinum ex frigiditate vel ventositate factum. Item emplastrum ex eodem factum in vino cocto, et superpositum, valet ad idem. Item fomentum factum ex aqua decoctionis eius, humiditatem matricis desiccatur et vulvam
 40 coartat, et ideo hac fomentacione mulieres Salernitane multum utuntur.

2 Portulaca...coitu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 95, 1-4 (p. 285-286). 16 Pulvis...labiarum] *Circa instans, c. De portulaca* (p. 96). 17 illiniantur] *Circa instans, c. De portulaca* (p. 96). 19 Papirus...papis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 96, 1-2 (p. 286-287). 25 eciam...extrahitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 96, 2 (p. 287). 32 Pulegium...utuntur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 97, 1-2 (p. 287-288).

2 Portulaca] Portulaca. *Porcelana add. in marg. cod.* 3 Beneventana] Beneventa- *scr. et post add. sup. l. -na cod.* 5 Portulaca] Portula *scr. et post add. sup. l. -ca cod.* 6 excicata] excicate *cod.*; *id est exsiccata* 9 diureticis] dureticis *cod.* 11 vesica] *ante vesica, scr. et post exp. re cod.* | manans] manatus *Rur. com.* 19 Papirus] Papirus. Iuncus 21 bibulam] bubulam *cod.* 27 naribus] auribus *Rur. com.*

[Cap. 177. De panico.]

Panicum, secundum Ysaac, in forma et in natura simile est millio, minus tamen nutrit; ventrem vero magis constipat. Accipitur diversis modis et per eorum diversitates, accionem suam mutat; quocumque tamen modo accipitur, melius millio valet. Coquitur
 5 autem sepe cum pinguedine aut cum oleo, et sepe cum lacte caprino vel amicalino. Et coctum quidem cum oleo aut pinguedine laudabilius est, quoniam siccitatem suam amitit, et saporositatem bonumque nutrimentum acquirit, et constipacionem perdit. Cum lacte vero coctum, minus laudabilius est eo quod aqua sola coquitur. Sed coccionis cum aqua duo sunt modi: coquitur enim aut integrum aut mola fractum. Integrum, ablato
 10 cortice coquitur, ut in una panici mensura quindecim aque ponantur, sicque coctum \est/ grossum et ad digerendum durum, sed non est ventris constipativum, quia [f. 75v] propter suum pondus, ad inferiora descendit. Mola tritum coquitur, ita ut farine mundate decies tantum aque ponatur et, postquam bis vel ter bullierit, digitis fricetur et coletur, et colamentum suceptum donec decrescat excoquatur; sicque coctum utile est et ceteris
 15 subtilius, digeritque facilius, magis vero stipticum.

[Cap. 178. De piso.]

Pisum frigidum est in primo gradu, et temperatum inter humiditatem et siccitatem. Cortex eius stipticus est. Cortice ergo mundatum, laudabiles generat chimos, nec inflacionem aut ventositatem facit sicut fabba; et ad usum est edendi: bonum est in
 20 estate et in calida regione.

[Cap. 179. De paritaria.]

Paritaria herba est eadem que vitreola, de qua dicam infra capitulo “vitreola”.

2 Panicum... stipticum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 18, 2-3 (p. 190). 17 Pisum... regione] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 19, 1 (p. 191).

4 mutat] mutant *scr. et post del. -n- cod.* 14 suceptum] *id est* susceptum | decrescat] durescat *Rur. com.* 15 digeritque] digerique *Rur. com.* 17 Pisum] Pata Leonis, pied de lyon, Alchimilla, Stellaria

Croist aux montaignes et principalement aux pres et la fueille comme la mauve, mais est plus dure et plus retiree et est compartie en huict angles, qui sont fort apparens et denteletz a l'entour, tellement que ouvrant et estandant la fueille, elle est faicte a mode d'estoille. Sa tige est menue et de demy coudee d'en hault, de laquelle sortent plusieurs petitz rainceaux, qui ont a la cime de petitz fleurs palles et faictes a mode d'estoilles. Sa racine est de grosseur d'un doigt et de la longueur d'un palme. Commance a sortir au moys de may, fleurit en iuin. Prinse en breuvage, est fort bonne aux playes des parties nobles et interieures du corps et aux ulceres caverneux. D'avantage, appliquee par dehors, elle soude les playes. Les Allemans en font grand cas pour les grandes opera<t>ions qu'elle faict, estant mise parmy les abreuvages ordonnez a ceux qui sont blessez dedans le corps. Sa poudre, prinse avec la decoction de l'herbe mesme ou avec son eau, est singuliere aux rompures et descentes des buyaux. D'avantaige, une cuilleree de sa poudre prinse en vin ou en bouillon 15 ou 20 iours durant, elle est singuliere aux femmes, qui pour avoir la matrice trop humide, coulante, ne peuvent retenir la semence et par ce moyen sont privees d'avoir enfans. Son eau, beue ou siringuee es lieux naturelz des femmes, arreste miraculeusement leurs fluxions blanches. Si elles continuent s'en siringuer, elles se resserreront tellement, qu'il seroit bien difficile de congnoistre si une femme est pucelle ou non tant seront estroictz ses petitz cas. Si elles se veulent resserrer bien soudain, il fault qu'elles s'assient sur sa decoction pour recevoir son parfum par le bas. Mesmes elle reserre et endurecit les mammelles, les baignant souvent de sa decoction ou de son eau et les y laissant quelque temps et mesmement y meslant d'hypocistis, de la chevaline, d'alun et de roses seches *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Pata...seches] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthioli* [...], Lyon : G. Cotier, 1561, 4, 115 (p. 376, col. 1-2). 18 generat] generant *scr. et post exp. -n- cod.*

[Cap. 180. De pede vituli.]

Pes vituli est idem quod iarrus, de quo dixi in capitulo “iarrus”.

[Cap. 181. De patula.]

Patula idem est quod gladiolus, de quo in capitulo “gladiolus” supra.

5 [Cap. 182. De prassio.]

Prassium est idem quod marrubium, de quo supra capitulo “marrubium”.

[Cap. 183. De podraga lini.]

Podraga lini idem quod cuscuta, de qua in capitulo “cuscuta” supra eodem titulo.

[Cap. 184. De pigmentaria sive ponciriata.]

10 Pigmentaria sive ponciriata est herba alias dicam melissa, de cuius natura dixi supra hoc titulo capitulo “melissa”.

[Cap. 185. De pane porcino.]

Panis porcinus est idem quod ciclamen, de quo supra capitulo “ciclamen”.

[Cap. 186. De pripino.]

15 Pripinum et crassula idem est, et est herba ossium fracturis conveniens. Si herba hec, collecta decem diebus ante solticiū estivale, suspendatur in aere infra tecta domus, per totum fere annum germinans pullulabit, et siccatum una parte, altera reviviscit.

[Cap. 187. De petonia.]

20 Petonia, ut dicit Platearius, est herba calida et sicca. Radix vim habet consumendi et dissolvendi. Contra paralysim, detur pulvis eius cum castorio in vino coctum. \Alias dicitur ponia, de cuius natura plenius dico infra capitulo “ponia”.

[Cap. 188. De palunao.]

Palunus est herba aspera et spinosa et multe efficacie, ut dicit Ysidorus.

25 [Cap. 189. De pionia.]

Pionia calida \est/ et sicca in II^o gradu, cuius radice utimur in medicinis. Virtutem habet consumendi et dissolvendi. Contra epilepsiam virtutem habet, testante Galieno de quodam puero cuius collo dum suspensa erat non paciebatur, ea substracta paciebatur. Hic autem \effectus/ modo non reperitur vel, ut dicunt quidam, non de qualibet, sed de quadam specie tantum esse verum. Ad idem, pulvis eius datus cum vino decoctionis artemisie valet. Contra paralysim, detur pulvis eius cum vino decoctionis castorei. Contra stranguriam et dissuriam, detur vinum decoctionis eius pulveris. Pulvis eius supponatur cum bombace ad matricem mundificandam; fiat fomentatio et

15 Pripinum...reviviscit] Ox, c. *De pripinio*, f. 68ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 18 (p. 347, l. 1-6). 20 Petonia...coctum] Ox, c. *De petonia*, f. 68rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 21 (p. 347, l. 1-2 et 4-5). 24 Palunus...Ysidorus] Ox, c. *De pauliuro*, f. 75vb. 26 Pionia...causa] *Circa instans*, c. *De peonia* (p. 92).

2 iarrus¹] iarus scr. et post add. sup. l. -r- cod. 15 Pripinum] Pripinum. Crassula. Benadugh add. in marg. cod. 24 Palunus] Pauliurus Ox | aspera] asperima Ox 29 \effectus/] excessus *Circa instans*

subfumigacio: ex aqua decoctionis eius contra tenasmon ex frigida causa valet. Vel secundum alios, pionia calida est et sicca in III°. Et per naturam suam, atrahit venenum.

[Cap. 190. De piretro.]

Piretrum herba est calida et sicca in III° gradu, cuius radice in medicinis utimur, et
 5 habet virtutem dissolvendi, atrahendi et consumendi. Gargarisma factum ex aceto et
 decoctione eius et ficuum siccarum, vel [f. 76r] vino dulci, cerebrum a superfluitate
 depurat fleumatica, et humiditatem uve desiccat et consumit. Inter dentes masticatum,
 dolorem eorum tollit. Masticatum, eciam paralisis lingue solvit. Tritum et decoctum in
 10 vino et oleo paralitico, artetico et podagrico cataplasmatum multum valet. Si piretrum
 viride haberi poterit, teratur et iaceat in vino per XV dies, postea bulliat et coletur addito
 oleo et cera: optimum fit unguentum ad predicta.

[Cap. 191. De policaria.]

Policaria herba est calida in III° gradu, sicca in secundo. Cuius triplex est
 maneries, scilicet maior et minor ac media, que magis competit usui medicine, et foliis
 15 utimur. Habent virtutem consumendi et dissolvendi: vinum decoctionis policarie et
 ficuum siccarum valet asmaticis, et contra frigidum humorem in spiritualibus. Ex aqua
 decoctionis eius fiat fomentum: valet ad mundificandam matricem. Vulnura eciam
 coartat. Pulvis eius suppositus valet contra tenasmon ex frigida causa. Faciculi facti ex
 foliis, et in vino decocti et loco dolenti superpositi, dolorem ex ventositate tollunt, et
 20 valent contra frigidum reuma.

2 pionia...sicca] Ox, c. *De pionia*, f. 79ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. *De pionia* (p. 250).
 4 Piretrum...predicta] *Circa instans*, c. *De piretro* (p. 91). 13 Policaria...reuma] *Circa instans*, c. *De
 policaria* (p. 93.)

1 frigida] fringida *scr. et post del. -n- cod.* 2 pionia] pioinia *scr. et post exp. -i- cod.* | venenum] Pionia
 fugat demones a demoniaticis *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Pionia...demoniaticis] ALB. MAG., *De vege.* 6, 2, 15 (p. 552, § 415). 9 podagrico] podragrico *cod.*
 cataplasmatum] cataphasmatum *cod.* 13 Policaria] Quinquifolium, grec Pentaphyllon, Francois
 quintefueille

A ses rameaux gresles comme festus et de la longueur d'un palme. Ses fueilles sont semblables a celles
 de mente et en iette cinq a la fois, toutes tenantes a une queue. On en voit bien peu souvent d'avantaige.
 Et sont ses fueilles dentalees alentour. Ses fleurs tirent sur le iaulne palle, de couleur d'or. Elle croist es
 lieux aquatiques, aupres des conduitz d'eaus. Sa racine est rougeastre et longue et est plus grosse que
 celle de l'ebore noir. Elle a de grandes proprietiez. La decoction de sa racine, faicte iusques a la
 consumption de la tierce partie, tenue en la bouche, appaise la douleur des dentz et en s'en lavant la
 bouche, elle arreste et reprime les ulceres pourris, qui y sont. Gargarisee, adoulcit les asprettes de la gorge.
 Est bonne aux dissenteries, flus de ventre, aux gouttes, sciaticques et douleurs de iointures. Cuyte en
 vinaigre et induyte, reprime les ulceres corrosifz et resoult toutes scrufules, enflures, durtez, apostumez et
 tous amas de matiere peccante et est bonne a feu Saint-Antoine et es ulceres qui viennent es extremitiez
 des doitz et si guerit les gratelles, le mal Saint-Main, les fentes et crevasses du fondement, qu'on appelle
 mal Saint-Fiacre. Le ius de ceste racine, prins quand elle est tendre, est bon a toutes maladies du foye et
 du polmon et sert de contrepoyson. Les fueilles prinsees en breuvage avec eau miellee ou en vin et eau,
 avec un peu de poyure, servent grandement aux fiebvres qui ne sont continues. En la quarte, il fault
 prendre les fueilles de quatre branches. En la tierce de troys, en la cottidienne d'une branche seulement.
 Lesdites fueilles, bues durant trente iours, servent grandement a ceux qui ont le grand mal. Le ius des
 fueilles, beu au poix de troys cyathes par certains iours, guerist fort soudain de la iaunisse. Les fueilles
 enduictes avec miel et sel sont fort bonnes aux plaies et fistulles. Et si servent grandement a ceux qui sont
 grevez et subiectz a descentes de buyaulx. Tant beue, que enduicte estanche le flus de sang. On la
 decoppe pour appaiser les Dieux, pour faire profession de chastete et pour charmes et enchantemens *add.*
in marg. alia recentior manus cod.

A ses...enchantemens] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthiolus [...]*, Lyon : G. Cotier, 1561, 4,
 38 (p. 336, col. 2 et p. 337, col. 1). 17 Vulnura] vulvam *Circa instans*

[Cap. 192. De polio.]

Polium herba cuius diversa sunt genera \scilicet montanum et regale//, sed precipue montanum usui medicine competit, unde cum simpliciter nominatur polium. Montanum debet poni. Virtutem habet dissolvendi et consumendi. Vinum decoctionis eius et passularum valet contra frigiditatem pectoris sicci. Solum vinum decoctionis
 5 eius valet contra dolorem et frigiditatem stomaci et intestinorum, ex ventositate et contra opilacionem splenis et epatis et renum, et stranguriam et dissuriam. Coctum eciam in vino et oleo, et cataplasmatum, valet contra dolorem stomaci et stranguriam et dissuriam. \Et hoc montanum habet florem album declinans ad rubedinem. Regale
 10 habet florem totum album. Cuius virtus, ut reffertur a fide dignis, tanta est ut collecta herba in vigilia beati Iohannis Babbiste post solis, ocasum reservata, sicca per annum, si revoluto anno portetur manu nocte ad sacras missas nativitatis Domini in ecclesia, in galli cantu florescit virtute divina.//

[Cap. 193. De rapa.]

Rapa secundum Ysaac calida est in secundo gradu. Cuius sunt plures species, quia quedam est rapa communis et quedam parva, que vulgariter dicitur napus. Rapa multum plus ceteris herbis nutrit, sed dure digeritur. Mollem et inflatam facit carnem propter sui ventositatem et inflacionem, proinde coytum suscitatur. Unde si in aqua coquatur et, illa eiecta, in alia recocatur, duricia sue substancie temperatur et mediocriter inter bonum et
 20 malum nutrit, que non bene cocta, difficile digeritur et ventositatem generat et in poris opilacionem facit. Idcirco utilis est bis cocta et, utraque aqua proiecta, recoquatur cum pinguissima carne, sed tamen prevalet napus et est magis saporosus. Rapa secundum medicinam est congrua podagricis, si in eius brodio pedes eorum laventur. Si vis servare rapas per totum annum, maxime ad opus hyemis et quadragesime fac hoc modo: Rape optime laventur, deinde crude componantur in vase de solo ad solum, et in quolibet solo
 25 seminetur sal cum seminibus feniculorum et satureya, vel sal tantum aponatur, et sic per octo dies dimitantur, deinde [f. 76v] ponatur aqua frigida tanta, quod cooperiantur, et sic servabuntur. Item ex rapis et napis fiunt optima composita cum aceto, rafano, synapi, feniculo et sale hoc modo: in quantitate duarum communium sitularum accipiatur una
 30 libra rafani vel plus, si bene forcia composita habere volueris, et una libra synapis et media libra feniculorum et III libre mellis et I libra salis, et rafanus incidatur subtiliter per longum et pistetur minutatim, et secum semina et sal misceatur; mel liquefiat et cum synapi distemperato cum optimo aceto, circa medietatem unius situle misceantur. Deinde rapis vel napis vel radicibus rubeis et pastinacis et piris et pomis, si volueris,
 35 congruo modo coctis et optime infrigidatis et divisis, fiat solum de predictis, et seminetur desuper rafanum cum seminibus et sale prius posito synapi usque ad equalitatem, deinde fiat aliud solum et ponantur synapis et semina, et sic fiat usque ad complementum et servantur. \Fit rapa dulcis per modum quem dixi supra capitulo “melo” et fit maxima, si in ipsa rapa fiat foramen in terram, et infra foramen aliqua
 40 grana rape imponantur, secundum Euclidem, vel, secundum eundem, si plura grana

2 Polium...genera] *Circa instans, c. De polio* (p. 98). | sed...stomaci] *Circa instans, c. De polio* (p. 98).
 15 Rapa...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 98, 6 (p. 289). 16 multum...carne] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 98, 6 (p. 289). 22 secundum...Item] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 98, 3-4 et 6 (p. 288-289).
 28 fiunt...serventur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 98, 4-5 (p. 289). 39 rapa] sans titre Erlangen f. 157v. Eis A, 32, p. 130.

5 passularum] passulorum *Circa instans* 8 stranguriam] transguriam *cod.* 11 reservata] reservta *scr. et post sup. l. add. -a- cod.* | si] ante si, *scr. et post del. sicca cod.* 15 sunt...species] sunt plures sunt species *cod.* 22 pinguissima] piguissima *cod.* 30 libra¹] *om. cod.*

simul ligentur in panno raro et subtili et infodiatur terre, que sit bone humectacionis; et idem de porris et sepiis dixi etiam supra capitulo “porrus”.//

[Cap. 194. De raphano.]

Raphanum calidum est et siccum in secundo gradu. Radix eius magis competit usui
 5 medicine. Virtutem habet incidendi et dissolvendi. Et ex eo fit optimum oximel hoc modo: cortices radicum aliquantulum terrantur et dimitantur biduo vel triduo in aceto, postmodum addatur ei tertia pars mellis. Tale oximel valet contra quartanam et cotidianam, nisi sit de fleumate salso. Si frigidi humores et indigesti sint in stomacho, cortices radicum raphani perfusas melle et in aceto comedat paciens usque ad
 10 saturitatem, postmodum bibat aquam calidam et, digitis in ore inmissis vel penna inuncta oleo, vomitus provocetur. Contra duriciem splenis et epatis, herba ipsa decocta in vino et oleo cathaplasmetur. Pectini etiam cathaplasmata, stranguriam dissolvit. De proprietatibus eius est quod, si frustum raphani ponatur super scorpionem, moritur, unde si quis manum fricet ex eius maturato semine, sine sui nocumento impune tractabit
 15 serpentes. Item si succus raphani misceatur cum succo lumbricorum terre concussorum et per pannum expressorum, et in ipso extingatur \et temperetur/ gladius, ferrum sicut plumbum incidet gladius ille. Item inventus est maniacus raphano contusso cum succo, super caput eius rasum ligato, recepissee beneficium sanitatis. Et nota quod raphanum dicitur vitibus inimicum et dicitur quod, si prope vites serantur raphani natura
 20 discordante refugiant. \Raffani usus valet efficacissime contra lapidem.//

[Cap. 195. De radice.]

Radix est herba que a sua radice, qua utimur, nominatur. Calida est et sicca in II^o gradu et minus quam rapa nutrit propter suum acumen, quod est forcius acumine rape. Nutrimentum eius grossum est durumque stomacho et digestionis nocivum, et
 25 inconueniens oculis, dentibus et omnibus vulneribus et doloribus sumpta secundum cibum. Sed secundum medicinam conuenit: est enim lavativa renum et vesice ex grossis humoribus, et urinam provocat et, manducata, lapides frangit, \sed plus operatur raphanus//. [f. 77r] Et si cocta comedatur, tussi ex frigida causa subuenit. Et secundum cibum comesta, torcionem et inflacionem generat et stomacho fit illaudabilis, maxime
 30 sumpta ante cibum, quia cibum post sumptum elevat et cohibet, ne ad locum decoctionis descendat, unde fit causa indurande digestionis et provocandi vomitum, maxime eis qui naturaliter ventositatem in stomacho habent. Sed post cibum accepta, minorem agit ventositatem superius ascendentem et, cum sua gravitate, ad inferiora descendit deponitque cibum ad locum digestionis et digerit, ut oportet. Proinde volentes
 35 eam pro vomitu accipere, recipiant ante cibum. Item habet virtutem similem raphano et contra easdem causas et eodem modo datur, sed non est adheo efficax ut raphanum.

[Cap. 196. De rubla.]

Rubla herba est et solent eius grana seri, ut frumentum vel spelta. Et est communis herba, quare transeo.

4 Raphanum... vomitus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 99, 2 (p. 290). 11 provocetur] *Circa instans, c. De raphano* (p. 101). | Contra... refugiant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 99, 2-3 (p. 290-291). 22 Radix... frangit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 100, 1 et 3 (p. 291-292). 28 Et... raphanum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 100, 3-4 (p. 292-293). 38 Rubla] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 102, 1 (p. 295). | seri... spelta] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 102, 1 (p. 295).

7 postmodum] posmodum *cod.* 12 cathaplasmata] cathasplasmata *cod.* 13 frustum] frustrum *cod.* 25 inconueniens] inconvens *scr. et post add. sup. l. -nie- cod.* 29 torcionem] *id est torsionem*

[Cap. 197. De rubea.]

Rubea calida est et sicca in II° gradu. Et est duplex: maior, que maiora habet folia, et minor, que minora. Maior vero est maioris efficacie. Contra debilitatem stomachi et epatis valet vinum decoctionis eius et masticis. Valet eciam emplastrum factum ex
 5 radice desiccata, mastice, cera et oleo. Ad menstrua provocanda et fetum mortuum educendum et secundinam, radix eius, que grossa reperitur, radatur exterius et supponatur. Si tamen iungatur mel et aspergatur pulvis scamonee, predictos effectus melius consequitur. Aqua decoctionis eius, si capud lavetur, capillos inde reddit ruffos.

[Cap. 198. De ruta.]

10 Ruta calida est et sicca in secundo gradu secundum Platerium, cuius duplex est maneries, scilicet domestica et silvestris, que pigamum dicitur. Folia et semina competunt usui medicine. Virtutem habet diureticam, dissolvendi et consumendi. Contra cephaliam et epilenciam in balneo iniciatur, parum succi eius calefacti per nares, quia fleuma educit et cerebrum mundificat. Item vinum decoctionis eius \potatum/ valet ad
 15 idem. Contra defectum visus ex fumositatem colericam in dolio ponatur cum vino ruta, et pociens tali vino utatur. Item cum aqua rosacea mixta et super oculos lippos aut sanguinolentos posita, mirabiliter eos mundat et sanat; \vide eciam super hoc quod scripsi supra capitulo "feniculus"/. Contra dolorem dencium, ruta cocta in vino cathaplasmetur super locum dolentem, vel aliter: accipe fustem eius et exure
 20 aliquantulum ad ignem et \in/ concavitate dentis pone, et satis confert. Contra frigiditatem stomachi et paralysim eius et aliorum membrorum, detur vinum decoctionis eius et castorii. Contra opilacionem splenis et epatis, stranguriam et dissinteriam, detur vinum decoctionis eius et radice feniculi vel pulvis eius cum succo. Item contra stranguriam et dissinteriam, ruta in vino cocta et oleo pectini cataplasmetur. Contra
 25 tenasmon ex frigida causa, ruta decoquatur in vino et fiat encatisma, vel calefiat bonum vinum et fundatur super rutam, et pociens recipiat fumum per embotum. Ad menstrua provocanda et secundinam et fetum mortuum educendum, detur trifera cum succo rute. Idem operatur succus eius solus per os receptus aut pessarizatus, aut [f. 77v] teneritates eius in oleo frixe et supposite. Contra exteriorem dolorem ex concussione vel alia causa,
 30 ruta in testa calefacta sine alio liquore superponatur. Contra linpidinem et dolorem oculorum, pulvis cymini cum succo eius conficiatur, et in eo bonbax intincta super oculos ponatur. Ruta eciam bibita valet contra venenum bibitum et morsum venenatorum animalium, et eciam cataplasmata. Unde nota quod, si quis esset totus circumdatus ruta viridi, secure posset accedere ad basilicum et eum interficere. Et
 35 propterea, mustella pugnatura cum serpente comedit rutam, et super eam se involvit et odore ac virtute rute secure invadit serpentem, de quo tetigi supra de natura pecudum

2 Rubea...folia] *Circa instans*, c. *De rubea* (p. 102). 3 est...ruffos] *Circa instans*, c. *De rubea* (p. 102).
 10 Ruta...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 1-2 (p. 293). | Platerium] Ox, c. *De ruta*, f. 68va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 24 (p. 348, l. 1). | cuius...sanat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 2-3 (p. 293-294). 18 Contra...concavitate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 3 (p. 294). 20 dentis pone] *Circa instans*, c. *De ruta* (p. 103). | et²...basilicum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 3-5 (p. 294). 34 interficere] Ox, c. *De ruta*, f. 68vb. 35 mustella...rutam] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 5 (p. 295). et²...serpentem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 5 (p. 295).

2 calida] cada scr. et post add. sup. l. -li- cod. 7 supponatur] superponatur *Circa instans* 11 pigamum] piganum *Rur. com.* 15 colerica] colica *Rur. com.* 18 feniculus/] feniculum cod. 21 paralysim] paralasim cod. 22 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 24 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 25 encatisma] encastisma cod. 27 trifera] triferia scr. et post exp. -i- cod. 29 supposite] superpositae *Rur. com.*

capitulo “mustella”. Et ideo eius odore fugantur de ortis bufones et omnia venenosa. Et ob hoc, comode plantatur in loco ubi sunt sedes apium. Si quis pedes cum ruta lavet, inter venenata securus incedere potest. Item succo rute inuncti, a scorpionibus, araneis, vespis et apibus non punguntur. Valet etiam ruta si teratur, et cum butiro \non salso/
 5 conficiatur, multumque proficit contra dolorem alicuius membri ex collixione vel alia causa, et ponatur supra locum inflatum et dolentem. Oleum rute multum proficit contra guttam, si locus guttosus hoc oleo inungatur. Nota etiam quod rute tactus hominem immundum formidat. \Tante etiam virtutis est ruta quod, si portetur in pedibus inter plantas pedum et sotulares, atrahit humiditates et viscositates superfluas corporis atque
 10 ventositates illas, que pariter expellit. Expertum est. Succus rute distemperatus cum aceto datus in potu, insensato facit recuperare sensum.//

[Cap. 199. De radice sciencie.]

Radix sciencie herba est huius nature quod, si quis manus suas ea infecerit, tractabit inpune serpentes. Et ex eius radice ebur albescit.

15 [Cap. 200. De spinaciis.]

Spinacia frigida sunt et humida in fine primi gradus. Ventrem humectant et valent gule dolenti de sanguine et colera rubea. Confertque anelitui, pectori et pulmone calido. Et meliora sunt stomaco quam atriplices.

[Cap. 201. De strigio.]

20 Strigium, solatrum et morella idem sunt. Frigidum et siccum est in II° gradu et aliquantulum diureticum. Viride secundum folia et flores multe est efficacie, exsiccatum nullius. Virtutem habet infrigidandi. Contra opilacionem splenis et epatis, et maxime contra yctericiam, quando opilata est pars superior porus sitisfellis, succus eius detur in potu, vel fiat sirupus ex zucaro et succo eius vel, quod melius est, dentur uncie II succi
 25 eius cum V dragmis reubarbari. Contra apostemata in stomaco et intestinis et in epate, detur succus eius cum aqua ordeï. Contra calefactionem epatis, pecia \panni/ intincta succo eius superponatur. Idem fiat contra calidam podagram, vel herba ipsa trita sepius superponatur, vel melius erit si cum succo eius addatur acetum, vel agresta vel oleum rosatum. Contra calidum apostema, in principio, ad repercucionem materie herba ipsa
 30 trita superponatur. \Valet etiam strigium ad liberandum vinum a muffa, sicut dicam infra de liquoribus capitulo “vinum”.//

1 eius...apium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 5 (p. 295). 2 Si...potest] Ox, c. *De ruta*, f. 68vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 24 (p. 348, l. 22-23). 3 Item...punguntur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 101, 5 (p. 295). 4 ruta...inflatum] Ox, c. *De ruta*, f. 68va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 24 (p. 348, l. 12-14). 7 rute...formidat] Ox, c. [*De ruta*], f. 75vb. 13 Radix sciencie] Ox, c. [*De radice sciencie*], f. 79rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De raphano (p. 251). | si...albescit] Ox, c. [*De radice sciencie*], f. 79rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat.* c. De raphano (p. 251). 16 Spinacia...rubea] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 103, 1 (p. 296). 18 Et...atriplices] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 103, 1 (p. 296). 20 Strigium...est] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 104, 1 (p. 297). | in...gradu] *Circa instans*, c. *De strigno* (p. 106). | et³...superior] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 104, 1 (p. 297). 23 porus] *Circa instans*, c. *De strigno* (p. 106). | sitisfellis...superponatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 104, 1-2 (p. 297).

1 eius] ante eius, scr. et post exp. ideo cod. 4 Valet] ante Valet, scr. et post del. -u- cod. | teratur] ante teratur, scr. et post del. et exp. terea cod. 5 collixione] collisione Ox 7 tactus] tactum Ox | hominem] omnem Ox 13 Radix] Rradix cod. | sciencie] scientis [?] Ox 20 Strigium] Strigium. Solatrum. Morella add. in marg. cod. 23 yctericiam] ycteriam cod. | sitisfellis] cystis fellis *Rur. com.* 25 dragmis] scrupolis *Rur. com.* 29 repercucionem] id est repercussionem

[Cap. 202. De solsequio.]

Solsequium herba alias dicta sponsa solis, de cuius natura dicam infra capitulo “sponsa solis”.

[Cap. 203. De sinphito.]

5 Sinphitum est idem quod consolida, de cuius virtute et efficacia dixi supra capitulo “consolida”.

[Cap. 204. De scariola.]

Scariola est herba alias dicta endivia, de cuius virtute dixi supra capitulo “endivia”.

[Cap. 205. De salmenta.]

10 Salmenta dicitur alias irincus, de cuius efficacia et virtute vide supra capitulo “irincii”, et ibi dixi. [f. 78r]

[Cap. 206. De solatro.]

Solatrum herba alias dicta strigium, de cuius natura dixi supra capitulo “strigium”.

[Cap. 207. De salvia agresti.]

15 Salvia agrestis est idem quod eupatorium, unde de eius natura vide supra capitulo “eupatorium”.

[Cap. 208. De sansuco.]

Sansucus est idem quod maiorana, et de eius efficacia dic ut supra capitulo “maiorana”, ubi dixi.

20 [Cap. 209. De spelta.]

Spelta herba est communis, cuius semen eodem nomine dicitur, et est temperate qualitatis, et equis et bobus et similibus prestat optimum nutrimentum. Sed et homines uti ea comode possunt, quia eius panis temperatus est et valde levis, et ideo si tres partes spelte cum quarta parte fabbarum misceantur, ex superflua gravitate fabbarum et multa
25 levitate spelte fit panis satis pulcher et bonus, et familiis satis competens.

[Cap. 210. De siligine.]

Siligo herba est, cuius semine utimur, et eius substantia est tenax et viscosa valde, et ideo conveniens est cum milca, milio, fabba et similibus ad panem faciendum, quia coniungit et conglutinat pastas eorum, que per se cocto pane retineri non possunt, sed
30 franguntur et teruntur. Siligine vero sola raro vel numquam in pane utimur. Avicenna dicit quod est de natura ordeï, scilicet frigida et sicca in primo gradu; eius nutrimentum est minus nutrimento tritici, et eius aqua frangit acuitatem humorum, similiter farina eius; super pannum ponitur epithima eius calidum ex ipsa substantia, et fit, ex ea decocta sicut sorbiciones, cum pice et colofonia emplastrum super apostemata calida.
35 Flos siliginis datus in potu mulieri percurienti, liberat eam a partu et a secundina.//

21 Spelta...est¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 20, 1 (p. 191). | est²...familiis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 20, 2 (p. 191-192). 27 Siligo...est¹] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 21, 1 (p. 192). | eius...calida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 21, 3 (p. 192-193).

10 vide] ante vide, scr. et post exp. virtute cod. 19 ubi] vibi cod. 22 similibus] simibus cod. | optimum] id est optimum 27 substantia] substantia scr. et post add. sup. l. -i- cod. 28 ideo] idcirco *Rur. com.* milca] milica scr. et post exp. -i- cod.; milica *Rur. com.* 33 epithima] ephithima cod.

[Cap. 211. De semperviva.]

Semperviva est herba sic dicta, quia semper viridis reperitur. Frigida est in secundo
 \alias III°/ gradu, et sicca in primo \alias II°/. Viridis multe est efficacie, exsiccata
 nullius. Virtutem habet infrigidandi. Plagelle, intincte in succo eius et aceto vel agresta
 5 et epati epithimate, multum valent contra calefactionem eius et contra dolorem ex
 calida causa. Item herba ipsa tritta et superposita valet contra calida apostemata in
 principio ad repercussionem materie, licet postea obsit conspissando materiam. Contra
 usturas ex igne vel aqua, fiat unguentum ex succo eius, oleo rosaceo et cera, sed non
 debet poni in primis IIII diebus, sed calida aponantur, ut fumi tantum fiat vaporacio.
 10 Unde prius ungimus sapone et similibus, deinde unguento predicto. Contra fluxum
 sanguinis, qui fit per ebullicionem eius in epate \in estate// et iuvenibus, plagelle, in
 succo eius et aqua rosata intincte frigide, fronti et timporibus superponantur et guturi. Et
 expertum est multum valere eciam quandoque ex sola aqua epitimata.

[Cap. 212. De satirion.]

15 Satirion dicitur apium silvestre, et est calidum et siccum in III° gradu alias IIII°.
 Virtutem habet atrahendi a remotis partibus. Unde testiculi eius cum melle confecti,
 coytum provocant; melius tamen, si fiat confectio ex illis et dactilis et pistaceis et melle.
 Item succus eius cum oximelle datus, prodest arteticis.

[Cap. 213. De sponsa solis.]

20 Sponsa solis, cicorea, intuba et solsequium idem sunt, que ideo sic dicitur, quia
 sole lucente, spanditur eius flos, et eo deficiente clauditur. Et alio nomine dicitur
 elitropia, sicut tangam infra de natura [f. 78v] lapidum capitulo "elitropia". Et hec herba
 est frigida et humida. Et valet comesta contra morsum venenatorum, proficitque vulnere
 inposita. Item succus eius superpositus valet ad opilacionem \splenis// et epatis ex
 25 calida causa. Item valet contra calefactionem eiusdem. \Flos eius, positus cum urina ad
 serenam per unam diem et noctem et in loco umbroso, valet si inde bibatur contra
 epilenciam et morbum caducum, si per IX dies continuetur.//

[Cap. 214. De silermontano sive silseos.]

30 Silermontanum sive silseos herba est calida et sicca in II° gradu. Semen ponitur in
 medicinis. Et habet virtutem dissolvendi, consumendi et atrahendi. Contra asma ex
 frigida causa, detur vinum decoccionis eius et ficuum siccarum, vel detur pulvis eius
 cum ficubus siccis et assatis. Contra opilacionem epatis, renum et vesice, stranguriam et

2 Semperviva...secundo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 105, 1 (p. 297). 3 III°/] *Circa instans, c. De semper viva* (p. 106). | gradu...primo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 105, 1 (p. 297). | II°/] *Circa instans, c. De semper viva* (p. 106). | Viridis...guturi] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 105, 1-2 (p. 297-298). 13 expertum...epitimata] *Circa instans, c. De semper viva* (p. 106). 15 Satirion...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 106, 1 (p. 298). 16 Virtutem...arteticis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 106, 1 (p. 298). 20 Sponsa...idem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 107, 1 (p. 298). 22 herba...humida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 107, 1 (p. 298). 23 valet...inposita] Ox, c. *De sponsa solis, f. 69rb. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura* 12, 26 (p. 348-349, l. 2-4). 24 Item...opilacionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 107, 1 (p. 298). | \splenis//...causa] Ox, c. *De sponsa solis, f. 69rb. Cf. THOMAS CANTIM., Liber de natura* 12, 26 (p. 349, l. 4-5). 25 Item...eiusdem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 107, 1 (p. 298). 29 Silermontanum...eius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 108, 1 (p. 299).

4 infrigidandi] infrigidadi *cod.* | agresta] agresto *cod.* 9 aponantur] aponatur *cod.* 11 iuvenibus] renibus *Rur. com.* | plagelle] ante plagelle, *scr. et post exp. in estate cod.* 15 Satirion] Satirion. Apium silvestre *add. in marg. cod.* 20 Sponsa solis] Sponsa solis. Cicorea. Intuba. Solsequium. *Sentorna add. in marg. cod.* 21 spanditur] splanditur *scr. et post exp. -l- cod.* 29 Silermontanum] Silermontanum. Silseos *add. in marg. cod.*

dissinteriam, detur vinum decoctionis eius. Reffert Alexander quod quando capre et animalia coire volunt, hanc herbam comedunt et statim generant vel concipiunt. \\Unde prodest quam plurimum mulieribus ad conceptionem, si comedatur.//

[Cap. 215. De stafisagria.]

- 5 Stafisagria calida est et sicca in III° gradu, cuius semine communiter utinur, quia est maioris efficacie. Et alias dicitur caputpurgium, quia caput purgat a fleumate, si cum mastice et thure olibano masticatetur. Cum aceto potata, dolorem dencium et gingivarum ac putredinem curat. Uvam desiccat et reuma prohibet et stomachum mundificat, vinum decoctionis eius et rosarum contra predicta gargarizetur. Contra
10 scabiem et pediculos, unguentum factum ex pulvere eius et aceto valet. Unde dicunt quidam quod, si pulverizatum huiusmodi semen in panno ligetur, omnes pediculos corporis congregabit \\alias segregabit/. Item valet contra paralisim, si ex eo fiat uncio. Pulvis seminis eius, cum melle datus, lunbricos necat.

[Cap. 216. De squilla.]

- 15 Squilla calida est et sicca in II° gradu, que alio nomine dicitur cepa marina. Radix magis conpetit medicine quam herba. Si sola reperitur, mortifera est. Habet autem virtutem diureticam, unde valet ad digestionem materie tam in cotidiana quam in quartana. Valet eciam contra opilacionem splenis et epatis, et contra dolorem yliacum et articulorum, ut testatur Ysaac. Contra dictas passiones, talis fit usus: squilla dividatur
20 per medium, et tot tunice ab interiori parte abiciantur quot ab exteriori, et tot in medio reserventur; exteriores debent abici, quia venenose sunt et multum calide. Interiores similiter abiciantur, quia mortifere sunt ex nimia frigiditate. Medie tunice sunt temperate, unde istarum fiat decoccio in furno pasta involutarum, postea fiat decoccio in aceto, et in colatura addatur mel. Si vis \\quod/ oximel forcius operetur, squille non fiat
25 decoccio in pasta, sed tantum in aceto. Contra dolorem exteriorum parcium ex frigida causa valet. Contra duriciem epatis, conburatur in cineribus et, addito succo eiusdem et cera, fiat cathaplasma. Similiter contra duriciem epatis et splenis, decoquatur in vino et oleo, et superponatur. Squilla per X dies in vino et oleo ponatur, et postea fiat decoccio

1 Alexander...concupiunt] Ox, c. De silermontano, f. 79rb. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De silere montano* (p. 252). 5 Stafisagria...semine] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 109, 1 (p. 299). 6 maioris... fleumate] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 109, 1 (p. 299). | cum...curat] Ox, c. De stafisagria, f. 69ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 25 (p. 348, l. 2 et 4-5). 8 Uvam...valet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 109, 1 (p. 299). 11 pulverizatum...congregabit] Ox, c. De stafisagria, f. 69ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 25 (p. 348, l. 5-6). 12 Item...necat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 109, 1 (p. 299). 15 Squilla...gradu] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 110, 1 (p. 299). | cepa marina] Ox, c. De squilla, f. 79rb. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De squilla* (p. 253). | Radix...valet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 110, 1-2 (p. 299-300).

1 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 3 comedatur//] Ser montain autrement dit seseli de Marseille a les feuilles semblables au fenail mais plus espesses. Sa tige aussi est plus norrie et plus forte, iette ses mouchetz comme l'anet, sa graine est longue, faicte a carretz, est forte et acre du premier goust. Sa racine longue et odorante. Sa graine et racine sont chaudes. Prinsees en breuvage, servent a ceux qui ne peuvent uriner que goute a goute et a ceux qui ne peuvent avoir leur souffle. Elles sont bonnes a l'estouffemens de l'amarry et ceux qui ont le hault mal. Attirent le flux menstruel et l'enfant du ventre. Et generalmente sont bonnes a toutes maladies interieures, aux toux vieilles et endurcies. Sa graine, beue en vin, ayde a la digestion et resoult les trenchees, on la baille a boyre aux chevres et autre menu bestail pour leur fere rendre plus facilement leur fruit *add. in marg. alia recentior manus cod.*

Ser...fruit] *Les Commentaires de M. Pierre Andre Matthioli* [...], Lyon : G. Cotier, 1561, 3, 53 (p. 260, col. 1-2). 5 Stafisagria] Stafisagria. Caputpurgium *add. in marg. cod.* | utinur] *id est utimur* 13 necat] *negat cod.* 15 Squilla] Squilla. Cepa marina *add. in marg. cod.* 21 debent] *debet cod.* 25 exteriorum] *exteriororum cod.*

et coletur et, addita cera, fiat unguentum. Dicitur quod squilla, in limine domus suspensa, maleficos arcet et fantasmata depellit. [f. 79r]

[Cap. 217. De sinapi.]

Sinapis calida est et sicca in medio quarti gradus. Eius semine utimur, et habet
 5 virtutem dissolvendi et atrahendi ac extenuandi. Contra paralisim lingue, semen eius
 masticatum et sub lingua retentum valet. Contra paralisim aliorum membrorum, ponatur
 in sacello et decoquatur in vino, et super locum dolentem ponatur, et precipue in
 principio egritudinis. Pulvis eius, naribus inpositus, sternutationem provocat, et
 10 cerebrum a superfluitatibus mundificat. Contra antiquum asma ex glutinoso humore,
 detur vinum eius decoccionis et ficuum siccarum. Contra opilacionem splenis et epatis
 et leucofleumanciam, decoquatur in aqua cum radice feniculi, qua colata addatur mel, et
 talis confectio detur. Contra splenis duriciem, herba ipsa cum axungia porcina bene trita
 supponatur. Fomentum factum ex aqua decoccionis eius, menstrua educit. Item herba
 ipsa decocta in vino et cathaplasmata, stranguriam et dissinteriam solvit. Vinum
 15 decoccionis seminis eius et draganti, humiditatem uve, cerebri et faucium exsiccatur.
 Dragantum ponitur, ne vehementer exurat et excoriet. Pictagoras ultra omnes herbas
 sinapim comendabat, unde Plinius dicit de ipsa quod viscosos, grossos humores
 extenuat, et puncturas serpentum et scorpionum ictus addito aceto sanat. Fungorum
 venena superat. Dencium dolorem mitigat. Ad cerebrum penetrat et ipsum mirabiliter
 20 purgat. Frangit lapidem et menstruis inperat. Appetitum incitat. Stomacum confortat.
 Epilenticos iuvat. Ydropicos curat. Litargicos excitat, et eos multum iuvat. Capillos
 mundat et eorum casum compescit. Incongruos aurium sonos et tonitus tollit. Et
 oculorum caliginem detergit, paraliticis subvenit, quia poros aperit et humorem
 infundentem nervos dissolvit et consumit. Maior virtus est in semine quam in herba.
 25 Cum melle et axungia, vulneracionem curat. Scabiem tollit. Succus caliginem oculorum
 detergit. Succus eius, viridis expressus et ad solem positus, loca languentica desiccatur et
 restringit. Cibos sapos facit. Scrophas purgat. Asperitates palpebrarum lenit. Cum
 axungia, apostemata maturat.

[Cap. 218. De stucio.]

Stucium herba est que alias dicitur caulis agrestis et est calidum et siccum in II^o
 gradu. Semen, succus et folia usui medicine competunt. Contra paralisim lingue, semen
 eius masticatum in ore diu sub lingua teneatur, et si in alia parte corporis fuerit, folia
 cocta in vino cathaplasmentur. Contra litargiam, pulvis eius seminis naribus insuffletur.
 Item fiat decoccio seminis triti et succi [f. 79v] rute agrestis in fortissimo aceto, et ex
 ipso fricetur posterior pars capitis ipsa, tamen prius rasa. Fomentacio ex foliis coctis in
 35 vino stranguriam et dissinteriam dissolvit et menstrua provocat. Emplastrum ex foliis
 decoctis in vino et oleo, si pectini et virge supponatur, urinam provocat.

1 in...arcet] Ox, c. De squilla, f. 79rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De squilla* (p. 253). 4 Sinapis...
 herba] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 111, 1-3 (p. 300-301). 25 Cum...lenit] Ox, c. De synapi, f. 76ra-76rb.
 30 Stucium] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 112, 1 (p. 302). | caulis...provocat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6,
 112, 1 (p. 302).

8 principio] prinpio scr. et post add. sup. l. -ci- cod. 12 axungia] anxungia cod. 13 supponatur]
 superponatur *Rur. com.* 14 dissinteriam] dysuriam cod. 17 sinapim] sinapum cod. 22 tonitus] tinnitus
Rur. com. 25 axungia] anxungia cod. 26 languentica] languentia Ox 28 axungia] anxungia cod.
 30 Stucium] Stucium. Caulis agrestis add. in marg. cod.; Struthium *Rur. com.* 36 dissinteriam] dysuriam
Rur. com. 37 supponatur] superponatur *Rur. com.*

[Cap. 219. De scordion sive alleo agresti.]

Scordion sive alleum agreste est calidum et siccum in III^o gradu, solus flos eius competit medicine. Aqua vel vinum decoctionis eius spiritualia mundificat a fleumate. Et valet contra dolorem stomachi et intestinorum ex ventositate, et contra opilacionem splenis et epatis ex causa frigida. Item stranguriam et dissinteriam solvit.

[Cap. 220. De sparago.]

Sparagus herba est, \\alias est arbor dicta rampnus, ut vidisti supra in titulo de natura arborum et est// calida et sicca in III^o gradu. Frutex et semen \\et radix// competunt medicine. Fructus autem sunt quasi fustes tenerimi, qui coquinati cum carnibus sive cum aqua contra opilacionem splenis et epatis, stranguriam, et dissinteriam valent, \\et valet eciam ad provocandum urinam radix eius bullita//. Item contra dolorem stomachi et intestinorum et contra illiacam passionem valent. Item vinum decoctionis seminis eius valet contra predicta.

[Cap. 221. De sinsibro.]

Sinsibro calidum et siccum est in III^o gradu. Aliud est domesticum, aliud silvestre quod calamentum dicitur, \\licet plures sint species calamenti, sicut dixi in capitulo “calamentum”//. Virtutem habet diureticam, dissolvendi et consumendi. Contra vicium pectoris, fiant pultes ex farina ordeï et aqua addito pulvere eius et dentur patienti. Contra frigidum reuma, folia eius in vase sine aliquo liquore torrefacta, et in saculo posita, capiti superponantur. Vinum decoctionis eius valet contra dolorem stomachi et intestinorum ex frigiditate et contra opilacionem splenis et epatis. Et vias aperit urinales. Item herba in vino decocta et cathaplasmata valet contra dolorem stomachi ex ventuositate. Menstrua eciam adducit et matricem mundificat, et fomentacio eius conceptum adiuvat.

[Cap. 222. De salvia.]

Salvia calida est in primo gradu et sicca in secundo, sola folia competit medicine viridia et sicca. Et est duplex: domestica et silvestris, que dicitur eupatorium. Domestica magis consumit et confortat. Silvestris magis est diaforetica. Vinum decoctionis salvie valet contra paralysim et epilenciam. In vino decocta et cathaplasmata super partem paralyticam multum valet. Fomentacio facta ex aqua decoctionis valet contra stranguriam et dissinteriam et matricem mundificat. Item in salsamentis communiter ponitur et multum ad hoc convenit. Optimum et valde bonum est ieiuno stomacho tria vel quatuor folia eius comedere, sed lota, quia buffo illa herba libenter utitur et ibi

2 Scordion...solvit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 113, 1 (p. 302). 7 Sparagus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 114, 1 (p. 303). 8 est// calida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 114, 1 (p. 303). | et sicca] *Circa instans, c. De sparago* (p. 110). | in...medicine] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 114, 1 (p. 303). 9 Fructus...quasi] *Circa instans, c. De sparago* (p. 110). | fustes...valent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 114, 1 (p. 303). 11 Item...predicta] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 114, 1 (p. 303). 15 Sinsibro...dicitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 115, 1 (p. 303). 17 Virtutem...adiuvat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 115, 1 (p. 303). 26 Salvia...ponitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 116, 1 (p. 303-304). 32 bonum...libenter] *Ox, c. De salvia, f. 79 rb.* Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De salvia* (p. 253).

2 Scordion] Scordion. Alleum agreste. Tanadellus *add. in marg. cod.* | calidum] callidum *cod.* 5 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 7 Sparagus] Sparagus. Romieu *conilh add. in marg. cod.* 9 competunt] competit *cod.* 11 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 12 dolorem] dolem *cod.* 15 Sinsibro] Sinsibro. Calamentum *add. in marg. cod.*; Sisymbrium *Rur. com.* 20 superponantur] supponantur *Rur. com.* 29 contra] contra contra *cod.* 31 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 33 quatuor] quinque *Ox*

quandoque relinquit venenum. \\Salviam refert Euclides quam plurimum crescere ex eius semine bene maturo et inde seminato.//

[Cap. 223. De scabiosa.]

Scabiosa calida et sicca est in II^o gradu. Valet viridis, sed siccata nullius est
5 momenti. Succus eius et oleum et acetum bulliant usque ad spissitudinem aliquantulam, [f. 80r] et hoc unguentum valet ad scabiem. Balneum ex aqua decoctionis eius et tapsi barbati valet contra alopeciam. Succus eius valet ad idem et contra lumbricos. Et auribus cum oleo iniectus eas mundificat. Fumus vini decoctionis eius valet contra emoroydas. \\Valet eciam contra esquinanciam succus eius potatus.//

10 [Cap. 224. De senacionibus.]

Senaciones calide et sicce sunt in II^o gradu. Alio nomine dicuntur narstucium aquaticum. Cocte in aqua vel carnibus spiritualia mundificant. Fomentum ex aqua salsa et oleo decoctionis eius valet ad ylliacam passionem, stranguriam et dissinteriam. In vino decocte, cathaplasmate ad idem valent.

15 [Cap. 225. De serpentaria sive serpentina.]

Serpentaria sive serpentina est herba, que alio nomine dicitur dracontea vel colubrina. Et ideo sic nominatur, quia asta eius est in modum serpentis maculis repleta. Calida est et sicca in III^o gradu. Radix eius per minuta frustra dividitur et siccatur et pulverizatur et per pannum cribellatur, et tunc conficiatur cum aqua rosata et ad solem
20 siccatur, ex hoc tali unguento, cum aqua rosarum vel sine, facies illiniatur, ipsam reddit nitentem et claram. Predictae eciam confectioni iungere \potes/ os sepie quod ad hoc multum convenit, quia multum mundificat \\vel eciam terciam partem ceruse//. Vel eciam fac ex predictis simul compositis modicos panes, quos desicca ad solem, et inde de illis distemperatis iterum cum aqua rosata vel sine unge faciem. Pannum eciam
25 deponit. Si pulvis eius conficiatur cum sapone et fistule imponatur, in tantum foramen eius dilatatur, ut inde os fractum vel putrefactum extrahi possit. Pulvis eciam eius cum calce confectus et aceto fortissimo optimus est ad cancrum ita, ut tertia pars calcis. Dioscorides dicit quod ipsa herba odore suo serpentes fugat. Nec leditur corpus a serpente, si eius succo inunctum sit.

30 [Cap. 226. De serpillio.]

Serpillum calidum est et siccum in II^o alias III^o gradu, aliud est domesticum et aliud silvestre. Domesticum ramos per terram fundit, silvestre crescit in altum et in longum. Flores et folia competunt medicine, que in rudi olla calefacta et in sacello

1 \\Salviam...seminato//] Erlangen f. 157v. Eis 1, 30, (p. 129). 4 Scabiosa...emoroydas] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 117, 1 (p. 304). 11 Senaciones...valent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 118, 1 (p. 304-305). 16 Serpentaria] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 119, 1 (p. 305). | dracontea...colubrina] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 119, 1 (p. 305). 17 quia...claram] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 119, 1 (p. 305). 22 terciam...ceruse//] *Circa instans, c. De serpentaria* (p. 112). 23 desicca...solem] *Circa instans, c. De serpentaria* (p. 113). 24 iterum...rosata] *Circa instans, c. De serpentaria* (p. 112-113) | Pannum...sit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 119, 1 (p. 305). 31 Serpillum...Ilo] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 120, 1 (p. 306). gradu...calefacit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 120, 1 (p. 306).

1 quandoque] quando- *scr. et post add. sup. l. -que cod.* 7 barbati] barbassi *Rur. com.* 11 Senaciones] Senaciones. Narstucium aquaticum. *Creyssons add. in marg. cod.* Creyssons] Cressons *scr. et post add. sup. l. -y- cod.* 12 mundificant] mundificat *cod.* 13 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 16 Serpentaria] Serpentaria. Serpentina. Dracontea. Colubrina *add. in marg. cod.*

posita et capiti superposita valent contra frigidum reuma capitis. Vinum decoctionis eius et succi liquiricie valet contra tussim et contra dolorem stomachi. Item fomentum ex aqua decoctionis eius valet ad stranguriam et dissinteriam et mundat matricem, calefacit et confortat. Et vinum decoctionis eius stomachum in frigidatum et epar et splenem calefacit. Fumigacio facta ex serpillio in domo serpentes et animalia reptilia ac venenosa fugat. Valet ablucio ex aqua decoctionis serpilli ad mitigandum dolorem nervorum et ad consolidandum fracturas ossium. [f. 80v] Et dicunt aliqui quod serpillum tante est virtutis, quod pecias carnum in olla contingit.

[Cap. 227. De satireya.]

10 Satireya calida est et sicca in II^o gradu. Pultes ex farina et aqua \et/ eius pulvere spiritualia mundificat, pulvis eciam confectus valet ad idem. Usus satireye est conveniens ad conservacionem sanitatis et ponatur in cibis. Item eius proprietas est expellere ventositates et inflaciones et torciones, et digere cibum, et expellit superfluitates stomachi et provocat urinam et menstrua. Acuit visum debilitatum ab humiditate mala. \\Est tamen quedam alia species satireye que dicitur testiculus vulpis, de qua dicam infra capitulo “testiculus vulpis”. Et quedam alia species que dicitur testiculus canis, de qua infra capitulo “testiculis canis”.

[Cap. 228. De sclarea.]

20 Sclarea herba est optima, que, postquam replantata fuerit ad modum ceparum, est perpetua et semper reviviscit, si incidatur supra terram ad III vel III^{or} digitos, postquam eius semen est maturatum.

[Cap. 229. De scalognis.]

25 Scalogne plantantur sicut allia et sunt de natura ceparum, sed sunt minus humide. Apetitum confortant et maliciam ciborum venenosorum emendant. Nocent visui et dolorem capitis efficiunt. Fetorem oris inducunt et non competunt habentibus calidas complexionones, sed cum carnibus pinguibus edi possunt, quia malicias ipsarum emendant.

[Cap. 230. De spica.]

30 Spica calida est in primo gradu, sicca in II^o et est duplex, scilicet nardi et celtica, cuius loco sepe ponitur, quedam alia species herbe, que dicitur \spica/ salmetica, licet non sit idem. Herba nardi est spinosa et eius radix pillosa ad modum spisse, brevis et nigra, cipressinum reddens odorem. In India et Siria \et plaga septentrionali/ nascitur. Est et silvestris nardus edere similis, purpureo flore bene redolens, sed sapore

10 Satireya...mala] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 121, 1 (p. 306-307). 19 Sclarea...maturatum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 122, 1 (p. 307). 23 Scalogne...emendant] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 123, 1 (p. 307). 29 Spica...est¹] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). | sicca...ponitur] Ox, c. *De spica*, f. 75vb. 30 \spica/...radix] Ox, c. *De nardo*, f. 67vb et c. *De spica*, f. 75vb. 31 Herba...radix] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 346, l. 1). | brevis...Siria] Ox, c. *De nardo* f. 67vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 346, l. 2 et 4). 32 \et...septentrionali/] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). | nascitur...venenosus] Ox, c. *De nardo*, f. 67vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 346, l. 4 et 7-9).

1 valent] valet *cod.* 2 liquiricie] liquiliciae *Rur. com.* 3 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 6 venenosa] venosa *cod.* 13 torciones] *id est* torsiones 14 menstrua] *mestrua cod.* 19 Sclarea] Sclareia *Rur. com.* 20 incidatur] *incidatuir cod.* 23 allia] *alea Rur. com.* 29 Spica] Spica nardi. Spica celtica. Spica salmetica *add. in marg. cod* 31 est] *ante est, scr. et post del.* habet *cod.* | spinosa] spicosa Ox | brevis] *ante brevis, scr. et post del. et exp.* pillosa *cod.*

venenosus. Valent spica nardi et spica celtica, licet illa non sit tante virtutis, videlicet contra sincopim et cardiacam passionem, si fiat decoccio eius in aqua rosata et zucara et ex ea linphetur vinum. Contra debile cerebrum, naribus aplicetur. Contra frigiditatem stomachi, torcionem viscerum et opilacionem splenis et epatis ex frigida causa, detur
 5 vinum decoccionis eius. Proficit eciam contra paralisim et epilensiam. Contra putredinem gingivarum, superponatur pulvis. Contra frigidum reuma, pulvis spisse decoquatur in oleo muscelino vel saltim communi et cum digito naribus imponatur. In hoc casu multum confert oleum contra surditatem ex frigida causa, si in auribus immitatur et contra putredinem aurium. Iuvat spica nardi quam plurimum frigidos ad
 10 generacionem. Ad menstrua provocanda et mundificandam matricem et conceptum adiuvandum, pulvis eius subtilis in panno lineo vel saculo formato ad modum digiti ponatur, et sic diu in oleo muscelino vel communi bulliat et cum bombace supponatur. Contra tenasmon ex frigida causa, pulvis eius cum bombace ano exterius existente [f. 81r] subponatur. Oleum fit ex spica nardi, quod est optimum contra epilensiam,
 15 podagram, arteticam, paralisim, sumptum per os et inunctum. Fitque huiusmodi oleum, hoc modo secundum quosdam: Pulvis eius in oleo communi per XX dies dinititur, postea bullitur et inde colatum reservatur. Sed melius et preciosius et quod fit ad modum Saracenorum sic: Accipe nardi libram I et in olla ponatur et bene obturetur os et aliam ollam effode in terram et a fundo superioris olle descendat calamus ad inferiorem.
 20 Et contra superiorem fiat ignis, ex cuius calore exsolvitur spica nardi, et inde efluit oleum in ollam inferiorem. Sic quod ex libra spisse nardi non fiunt nisi V vel VI uncie de oleo nardi.

[Cap. 231. De saxifragia.]

Saxifragia herba est sic dicta, quia saxa frangit, calida est et sicca in III^o gradu. In
 25 vino potata lapides frangit in renibus vel vesica. Contra illiacam passionem, multum valet pulvis eius radicis in ovo sorbili. Vinum decoctum cum ea valet contra paralisim et epilensiam.

[Cap. 232. De sene.]

Sene herba est que in transmarinis partibus reperitur, maxime circa Babiloniam et
 30 in Arabia, et est calida et sicca. Contra melancolicam passionem, epilensiam, sincopim

2 contra...zucara] Ox, c. *De nardo*, f. 67vb-68ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 346-347, l. 13-14). 3 linphetur...stomachi] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). 4 torcionem...epatis] Ox, c. *De nardo*, f. 68ra. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 347, l. 16). | ex frigida] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). | detur...epilensiam] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 17 (p. 347, l. 16-19). | detur...pulvis¹] Ox, c. *De nardo*, f. 68ra et *De spica*, f. 76ra. 6 Contra...surditatem] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). 9 et...aurium] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105). 10 Ad...inunctum] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 105-106). 16 quosdam...oleo] *Circa instans*, c. *De spica* (p. 106). 24 Saxifragia...gradu] *Circa instans*, c. *De saxifraga* (p. 111). | In...sorbili] Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 27 (p. 349, l. 2-4). | In...epilensiam] Ox, c. *De sasifraga*, f. 69rb. 29 Sene...laxativis] *Circa instans*, c. *De sene* (p. 113).

2 cardiacam] *cardiacam cod.* 6 spisse] *id est spice* 11 saculo] *sacello Circa instans* 15 podagram] *podragam cod.* 21 spisse] *id est spice* 29 Sene] *ante Sene, scr. et post del.* Savina herba est calida et sicca in II^o gradu. Vinum foliorum eius valet contra dolorem stomachi et intestinorum. Decoccio eius proficit contra dissinteriam et transguriam [!]. Cathaplasma valet contra yliacam passionem. Est enim diaforetica et diuretica. Fomentacio facta ex vino decoccionis eius valet contra dolorem stomachi. Provocat eciam menstrua et fetum mortuum educit. Decoccio cum oleo idem operatur et melius si sit supposita. \\Sed mulieribus sterilitatem inducit, si comedatur.\\ Contra tenasmon ex frigida causa fiat decoccio in aceto et vino et funum [!] recipiat paciens. Herba eciam ipsa naribus cathaplasma [!] valet *cod.*

valet et contra viciū splenis. Contra quartanam sirupus ex succo borraginis et sene cum zucara valet, vel fiat ad predicta oximel ex aceto et decoctione eius et melle, in quantitate dragma I ponatur eius pulvis cum aliis laxativis.

[Cap. 233. De tetrahit.]

- 5 Tetrahit, id est herba Iudayca, calida est et sicca in III^o gradu. Vinum decoctionis eius digestionem procurat et dolorem stomachi et intestinorum ex ventositate curat. Crispelle ex ea farina et aqua facte naturalem calorem confortant et urinam provocant. Emplastrum ex ipsa herba decocta in aqua stranguriam solvit. Item fomentum ex aqua decoctionis eius matricem calefacit et mundificat. Suppositorium ex eius sumitate in
10 oleo muscellino idem facit. Hec herba viridis habet efficaciam, sicca parve est virtutis.

[Cap. 234. De tapsia.]

- Tapsia calida est et sicca in III^o gradu. Invenitur in India et Arabia. In vomitis medicinis inventis a veteribus ponitur. Caute teri debet [f. 81v] ne faciem vel aliud membrum tangat, quia inflacionem inducit per modum bucellarum quasi sit lepra. Unde
15 dicitur herba trutannorum, quia trutanni maxime querentes elemosinas sua membra cum hac herba fricant, ut appareant inflata et inde possint facilius elemosinas consequi. Et curatur huiusmodi inflacio cum fricacione panni in aceto infusi, vel cum unccione papuleon addito aceto, vel curatur succo sempervive superinfuso.

[Cap. 235. De tapso barbato.]

- 20 Tapsus barbatus herba est calida et sicca. Fomentacio ex vino decoctionis eius contra emoroydas valet. Ad idem valet, si anus patientis inde post assellacionem tergatur. Valet eciam eius decoccio in aqua ad tenasmon et contra fluxum ventris.

[Cap. 236. De testiculo vulpis alias citrion.]

- 25 Testiculus vulpis \alias citrion/ est bonus et dulcis in gustu. Facit autem cum vino sumptus appetitum coyus et iuvat ad ipsum. Calidus est, humidus, et est species satireye, sicut dixi supra capitulo "satireya".

[Cap. 237. De testiculo canis.]

- Testiculus canis est quedam species satireye, et est in foliis et stipite similis testiculo \canis/, et radix ipsius est duorum modorum. Habet enim globum superius,
30 alterum inferius, et unus est mollis, alter durus et plenus, et in illo est humiditas

5 Tetrahit...mundificat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 124, 1 (p. 308). 9 Suppositorium...facit] *Circa instans, c. De tetrahit* (p. 114). 10 efficaciam...est] *Circa instans, c. De tetrahit* (p. 114). 12 Tapsia...medicinis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 125, 1 (p. 308). 13 inventis...veteribus] *Circa instans, c. De tapsia* (p. 115). | ponitur...debet] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 125, 1 (p. 308). | faciem] Ox, c. *De tapsia*, f. 79va. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De tapsia* (p. 253). 14 inflacionem] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 125, 1 (p. 308). | quasi...trutannorum] Ox, c. *De tapsia*, f. 79rb-79va. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De tapsia* (p. 253). 17 Et...aceto] Ox, c. *De tapsia*, f. 79va. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De tapsia* (p. 253). | infusi...sempervive] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 125, 1 (p. 308). 20 Tapsus...ventris] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 126, 1 (p. 308-309). 24 Testiculus...satireye] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 127, 1 (p. 309). 28 Testiculus...plantis] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 128, 1 (p. 309).

Vacat hoc capitulum, quia est arbor et reperies supra in titulo arborum *add. in marg. cod.* 30 melancolicam] malencolicam *cod.*

1 borraginis] boraginis *scr. et post add. sup. l. -r- cod.* 2 et²] *ante et, scr. et post exp. ex cod.* 3 dragma] unc. *Circa instans* 5 Tetrahit] Tetrahit. Herba iudayca *add. in marg. cod.* 18 papuleon] populeon *Rur. com. : pupileon Ox* 26 satireye] satirii *Rur. com.* 28 satireye] satirii *Rur. com.* 29 et] *ante et, scr. et post del. et exp. vulpis cod.* 30 inferius] *ante inferius, scr. et post del. et exp. superius cod.*

superflua. Et si ante coytum masculus sumat maiorem testem, id, quod concipitur ex coytu, erit frequenter masculum; si autem femina sumat minorem quod concipietur, erit femella. Dicitur autem quod maior auget coytum, minor vero abscidit ipsum, et sic uterque amborum destruit operacionem alterius. Hec dicit frater Albertus in libro suo De plantis.

[Cap. 238. De tymo.]

Tymus est herba valde aromatica \alias dicta ferigola/, cuius flos dicitur epitymum et est flos medicinalis. Habet enim virtutem purgandi melancoliam et fleuma, et ideo valet contra quartanam et alias melancolicas passiones, et ex eo debemus acuire
10 medicinas, non ipsum per se dare, quia naturam habet inducendi sincopim et angustiam precordiarum.

[Cap. 239. De tritico.]

Triticum idem est quod frumentum, de cuius natura et virtute dixi plene supra capitulo “frumentum”, et ibi vide.

15 [Cap. 240. De tribulo marino.]

Tribulus \marinus/ herba est sicca et humida, cuius duplex est species, nam quidam habet folia minuta, et flos eius est quasi spongia, et habet astas longas et teneras \et/ est quidam tribulus habens folia lacia et longa asta, qui in aquis et fluminibus communiter crescit. Valet tribulus ad inflaciones. Omnes tumores impositi \tribuli/
20 spargunt. Melle addito oris putredinem tollunt. Et gingivis inpositi valent. Succus tribuli nobilibus coloribus miscetur. Semen eius calculos frangit et excludit. Et venenosis morsibus valet inpositum et bibitum. Ex ipso eciam fit quandoque et in aliquibus partibus pannus ad usum vestimenti.

[Cap. 241. De viola.]

25 Viola frigida est in primo gradu et humida in secundo; duplex tamen reperitur, scilicet communis et terrestis, et differunt in planta et foliis. De floribus viridibus violarum fit zucara violaceum et oleum violaceum. Syrupus autem violaceus fit de viridibus et siccis, sed [f. 82r] qui siccis fit, minus est efficax. Zucarum violaceum fit eo modo quo rosaceum, de quo dixi supra de natura arborum capitulo “rosarium”. Sirupus
30 violaceus sic fit: Viole in aqua coquantur et ex colatura et zucara fit sirupus. Si autem ex ipsarum succo et zucara fiat, melior erit. Oleum violaceum fit hoc modo: Viole in oleo decoquantur, et colatura erit oleum violaceum. Sirupus violaceus est magis coquendus quam rosaceus, alioquin cito corrumpetur, et multum confert ad solucionem ventris in febribus. Oleum vero violaceum valet interius ad discrasiam laboris totius corporis.

7 Tymus...aromatica] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 129, 1 (p. 309). | cuius...precordiarum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 129, 1 (p. 309-310). 16 Tribulus...duplex] Ox, c. *De tribulo*, f. 86ra. 17 habet¹... teneras] Ox, c. *De tribulo*, f. 86ra. 18 habens...fluminibus] Ox, c. *De tribulo*, f. 86ra. 19 ad...fit] Ox, c. *De tribulo*, f. 86ra. 23 pannus] Ox, c. *De tribulo*, f. 86ra. 25 Viola...secundo] Ox, c. *De viola*, f. 69rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 29 (p. 349, l. 1). 26 De...rosaceum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 130, 1 (p. 310). 29 Sirupus...corrumpetur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 130, 1 (p. 310). 33 ad... febribus] Ox, c. *De viola*, f. 69rb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 29 (p. 349, l. 4-5). 34 valet...provocat] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 130, 1-2 (p. 310).

3 maior] maio scr., post add. sup. l. -r cod. 4 Hec] Hoc *Rur. com.* 7 Tymus] Tymus. *Ferigola* add. in marg. cod. 8 melancoliam] malancoliam cod. | fleuma] fleumam cod. 9 melancolicas] malancolias cod. 19 tumores] tumorens scr. et post del. -n- cod. 28 sed] desicut [?] timmal [?] id est lathuscla add. in marg. cod.

Item inunccio ipsius facta super epar valet ad calefactionem eius. Et facta super frontem et tinpora removet dolorem frontis ex calore factum. Viole habent virtutem leniendi, humectandi, refrigerandi et laxandi, sed parum sunt laxative et purgant principaliter coleram rubeam. Unde valent febricitantibus et febris terciane, et contra distemperanciam epatis in calore et contra opilationem epatis et ycteriam, et contra defectum appetitus ex colera. Item viole contrite posite super calida apostemata in principio conferunt. Idem facit ipsa herba. Fomentacio ex aqua decoctionis ipsius herbe secundum pedes et frontem, facta in acutis egritudinibus, sompnium provocat. Viola inflacionem mitigat. Urinam provocat, et aliquando semen expellit et partum. Lumbricos occidit.

[Cap. 242. De virga pastoris.]

Virga pastoris est cardus silvestris et est herba frigida et sicca, sola folia eius competunt medicine viridia et sicca, sed viridia maioris sunt efficacie. Virtutem habent constringendi, repellendi et infrigidandi. Emplastrum ex pulvere eorum et aceto ac albumine ovi supra pectinem et renes valet contra fluxum ventris. Pulvis eciam datus in ovo sorbili ad idem valet et profluxum mulieris. Item ad idem valet fomentacio ex aqua decoctionis eius. Trita valet ad calida apostemata in principio et ad crispillam et huiusmodi. Cathaplasmata capiti abraso valent contra frenesim et dolorem ex calida causa. Item hec herba multum est consolidativa recencium vulnerum. Semina et vermiculos, que sunt in \hiis/ carduis super radice siccatis, querunt avicule et cantant, cum dantur eis. Ysidorus dicit quod radix eius in aqua decocta cupiditatem potatoribus administrat. Item quod matrici utilissimus est \huiusmodi/ carduus et iuvat mulieres, ut masculos generent \vel forte illud est intelligendum de carduo bono, sicut dixi supra carduus vel eciam herba dicta bistorta, de qua vide supra in suo capitulo//.

[Cap. 243. De volubili.]

Volubilis est herba involvens se super plantas, scilicet proximas. Est autem parum calida, sed multum sicca, quod ostendit eius tortura. Quedam species eius est, \que dicitur/ funis pauperum, et hec terrestris et aquea, habens ex terrestritate sua [f. 82v] constriccionem et ex aquositate mondificacionem et lenicionem. Folia autem eius sunt consolidativa vulnerum magnorum, nec est eis par in illo effectum. Coquantur enim in vino et emplastrentur super ea cum aceto. Sunt eciam medicina adustionis ignis. Est et alia species, que dicitur volubilis maior, et lac ipsius abradit pilos et interficit pediculos.

[Cap. 244. De urtica.]

Urtica herba sic dicta, quia tactus eius corpus urit; est enim ignee nature. Et est duplex, quedam pungens et quedam mortua, que non pungit, et eius folia sunt albiora et molliora ac magis rotunda, et utraque est medicinalis. Nam succus eius cum vino bibitus valet contra yctericiam et contra illiacam passionem et contra colicam. Cum melle curat antiquam tussim et mundat pulmonem, et ventris inflacionem et tumorem sedat. Folia eius contrita cum sale vulnera sordibus mundant et curant, similiter morsum canis et sanant eciam canculos. Radix eius contrita et cocta in vino et oleo valet contra tumorem splenis. Succus eius \impositus/ fluxum sanguinis de naribus sistit \et contrarium operatur si superponatur/. Semen eius in vino bibitum, precipue mixtum melli et piperi,

8 Viola... occidit] Ox, c. De viola, f. 76va. 11 Virga... generent] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 131, 1-2 (p. 311). 25 Volubilis... pediculos] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 132, 1 (p. 312). 33 Urtica... sistit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 133, 1-2 (p. 312). 41 Semen... cocta] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 133, 2 (p. 312).

12 viridia²] virida *cod.* 16 valet] valent *cod.* | crispillam] erysipilam *Rur. com.* 28 aquositate] aquoitate *scr. et post add. sup. l. -s- cod.* | mondificacionem] id est mundificacionem 39 sanant] sanat *cod.*

movet venerem et provocat urinam. Herba recens tenera cocta ventrem mollit, si comedatur precipue mense Marcii cum oleo cocta. Propter caliditatem eius semen et herba sumpta omnes humores desiccant, et frigus in pulmonibus conceptum sedat. Unde confectionibus nobilibus inmiscetur. Manus dum tangitur solet urere, sed dolor ustionis recedit, si cum malua manus vel locus dolens fricetur.

[Cap. 245. De vitreolo.]

Vitreolum alio nomine dicitur paritaria, et est herba calida et sicca in III^o gradu, et dicitur vitreolum, quia ex eo vitra optime mundantur. Exsiccata nullius est efficacie, viridis multe. Virtutem habet diaforeticam et extenuativam. Contra frigiditatem stomachi et intestinorum, et eorum dolorem, stranguriam, et dissinteriam, paritaria calefacta in testa vel patella sine aliquo liquore supponatur loco dolenti vel etiam decocta vino albo et aliquantulum aceto cum furfure. Contra stranguriam et dissinteriam, decoquatur in aqua salsa et oleo et pectini cathaplasmetur. Cocta et comesta multum valet contra dolorem stomachi ex frigidityte vel ventositate. Item contrita aliquantulum et calefacta cum vino et furfure tumorem minuit.

[Cap. 246. De valeriana.]

Valeriana herba est alias dicta fu. Et est calida et sicca in II^o gradu. Eius radice tantum utimur in medicinis et habet virtutem diureticam. Contra stranguriam et dissinteriam, detur vinum decoctionis eius. Herba etiam ipsa in vino cocta et provocat urinam. Ad digestionem confortandam et contra dolorem stomachi ex frigida ventositate vinum detur [f. 83r] decoctionis eius. Contra vicium pectoris, detur vinum decoctionis eius et gummi arabicum vel caricarum vel alterius leninenta. Ad superfluitatem matricis desiccata fiat fomentum ex aqua decoctionis eius vel suppositorium fiat ex bombace intincta cum confectione facta ex pulvere eius et oleo muscelino vel communi. Contra opilacionem splenis et epatis ex frigida causa, detur aqua decoctionis eius.

[Cap. 247. De vicia.]

Vicia dupliciter utimur: aut seminis colligendi aut papuli secandi causa. Est enim optimus cibus equis et bobus herba eius et semen. Sarculanda est de mense Ianuarii et Febuarii. Habet vicia proprium, quod viridis messa, si cum eo, quod in terra remanet, ager statim aretur, terram quam plurimum impinguat; si autem exaruerint radices eius, antequam terra aretur, succum aufert ab agro.

[Cap. 248. De vitiscella.]

Vitiscella calida est et sicca. Radix et axungia bene terantur, sic trita ad ignem resolvantur, resoluta colentur, colature addatur semen lini et oleum. Hec confectio epati vel spleni superponatur, cuius sclirosim solvit. Idem valet ad apostema maturandum. Suppositorium enim factum ex radice eius menstrua provocat, secundinam et fetum

2 caliditatem...malua] Ox, c. *De urtica*, f. 76rb-76va. 7 Vitreolum...minuit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 6, 134, 1 (p. 313). 17 Valeriana...eius] *Circa instans*, c. *De fu* (p. 54). 27 Vicia...agro] PETR. CRESC., *Rur. com.* 3, 22, 1-2 (p. 193). 33 Vitiscella...eius] *Circa instans*, c. *De viticella* (p. 116).

5 manus] *ante manus*, scr. et post del. et exp. dolor usti cod. 7 Vitreolum] Vitreolum. Paritaria. *Spargola add. in marg. cod.* 8 vitra] vitrea *Rur. com.* 10 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 11 supponatur] superponatur *Rur. com.* 12 furfure] *ante furfure*, scr. et post del. et exp. sulfure cod.; sulfure *Rur. com.* 13 dissinteriam] dysuriam *Rur. com.* 15 furfure] sulfure *Rur. com.* 17 Valeriana] Valeriana. Fu *add. in marg. cod.* 19 dissinteriam] dissuriam *Circa instans* | cocta et] cocta et superposita *Circa instans* 22 leninenta] lenitivi *Circa instans* 27 papuli] *id est* pabuli 29 Febuarii] *id est* Februarii 30 impinguat] impiguit *cod.*

mortuum educit. Pallidos colorat et sic fiat: quedam pars cassetur, ut succus exeat inde, facies inungatur fietque rubea sanie facta. Ad apostema rumpendum, fiat emplastrum de pulvere addarcis et succo radicis eius.

[Cap. 249. De zedovario sive ziduallu.]

- 5 Zedovarium sive ziduallu herba est, secundum Platearium, calida in III^o gradu, sicca in II^o. Radix eius valet contra ventositatem et illiacam, et contra sincopim. Unde vinum decoctionis eius valet contra tussim frigidam et contra dolorem intestinorum vel stomaci ex ventositate vel ex frigo. Suppositorium ex eo et triferā nigra matricem calefacit et mundificat. Ex eo fit optimum salsamentum, quod appetitum provocat. Et fit
10 ex pulvere eius et rore marino pane asso et aceto.

[Cap. 250. De zinzibere.]

- Zinziber herba est Indie ibi crescens et in transmarinis partibus et in montibus Scalovie. Cuius radice utimur. Et est calida in III^o gradu et humida in primo. Zinziber est duplex: domesticum, quod est albius et melius, silvestre, quod masculinum dicitur.
15 Et valet contra vicium pectoris et stomaci ex frigida causa. Ventrem solvit et superfluum humiditatem desiccat. Et ad hec omnia valet etiam vinum decoctionis eius, maxime additis ficibus et passulis et cimino. Idem si masticetur. Pulvis eius in cibis sumptus valet sincopizantibus. Valet etiam cum bombace suppositus contra tenasmon. [f. 83v]

[Cap. 251. De zizannia.]

- 20 Zizannia herba est alias dicta lolium, de cuius virtute et efficacia dixi supra capitulo “lolium”, et ibi vide.

[Cap. 252. De zimbara.]

Zimbara herba est frigida et maturativa, et est de specie aloen, sicut dixi supra in capitulo “aloen”. Et cum hac multum bene facies mundificatur.

- 25 [Tit. XV.] De liquoribus. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

In hoc tractatu de liquoribus aliqua ponam utilia, multis pretermisissis que gravare possent legentes, videlicet de aceto, balsamo, cera, lacte, melle, oleo, vino per singula capitula.

5 Zedovarium...calida] Ox, c. De çetovario, f. 68vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 31 (p. 349, l. 1-2). | in...gradu] Circa instans, c. De zedoare (p. 117). 6 sicca] Ox, c. De çetovario, f. 68vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 31 (p. 349, l. 2). | valet...sincopim] Ox, c. De çetovario, f. 68vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 31 (p. 349, l. 4 et 7). 9 salsamentum...provocat] Ox, c. De çetovario, f. 68vb. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 31 (p. 349, l. 6-7). 10 et¹...aceto] Circa instans, c. De zedoare (p. 117). 12 Zinziber...Indie] Ox, c. De çençibere, f. 69va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 30 (p. 349, l. 1-2). | crescens...Scalovie] Circa instans, Venetiis, 1525, c. De zinzibere, f. 211rb. 13 Cuius...eius] Ox, c. De çençibere, f. 69va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 30 (p. 349, l. 2-3 et 5-8). 17 ficibus...cimino] Circa instans, Venetiis, 1525, c. De zinzibere, f. 211rb. | masticetur] Ox, c. De çençibere, f. 69va. Cf. THOMAS CANTIM., *Liber de natura* 12, 30 (p. 349, l. 9). | Pulvis...tenasmon] Circa instans, Venetiis, 1525, c. De zinzibere, f. 211rb.

5 Zedovarium] Çetovarium Ox | ziduallu] çitualdum Ox 13 Scalovie] Sclavonie Circa instans
18 bombace] bombice Circa instans

[Cap. 2. De aceto.]

Acetum fit quandoque ex fructibus arboris cornii, de quo dixi supra de natura arborum capitulo “cornius”. Sed prevalet quod fit ex vino uvarum et racemorum, de quo hic tractare intendimus. Et fit hoc modo: Ponatur bonum vinum ita, quod sit
 5 semiplenum vas, et precipue dulce in loco calido et vase aceto infecto et discoperto, et fiet acetum. Item si ponas vinum clarum vel turbidum in graspiis, unde sit vinum extractum, et parvam quantitatem superaddas aceti et dimitas per mensem unum vel amplius et efficietur acetum. Si vis cito facere, calefacias calibem vel lapidem et pone in
 10 vino ore vasis remanente discoperto; vel vas ponatur ad solem per III vel IIII^{or} dies cum vino addito sale. Vel potes adhuc cicius facere hoc modo: Accipe quodvis vas, inple vino optimo et bene opila, et in caldario pleno aqua facias vas diu bullire, et statim agrestet. Ad faciendum acetum fortissimum accipe cornalia, quando incipiunt rubescere, et centimora, que nascuntur in campis, quando similiter rubere incipiunt, et de
 15 Lambruscis, antequam incipiant tumefieri, et de prugnolis acerbis ana, et pulverizentur omnia subtiliter et simul, et tunc accipe de meliori aceto quod invenies, et distempera cum pulvere illo ita, quod facias panes bene desiccatos; et quando volueris facere acetum fortissimum de aliquo vino, si fuerit forte vinum, pone unciam I, et si fuerit debile, pone plus secundum quod videbitur tibi de illo pane, et statim erit acetum fortissimum. Item dicunt experti, si graspe uvarum vindemiarum tempore laventur et
 20 corticibus et inmundicia omni purgentur, et modicum ad solem siccentur, et in aliquod vas ponantur, ut medium impleant, et tantumdem vini ponatur ac desuper vas claudatur, fiet acetum fortissimum. Cui, ut puto, proderit, si graspe prius forti madefiant aceto, et toto tempore poterit inde acetum extrahi et vinum addi. Si radices raphani siccentur et pulverizentur et in vase ponantur, fiet acetum. Item accipiatur acetosa, siccentur et
 25 pulverizetur, et ex eo cum forti aceto fiat panis, et exsiccentur, et demum in vino ponatur, statim fiet acetum; quod etiam in mensa fieri poterit; et idem de radice raphani dicitur. Et forte propterea raphanum dicitur inimicum vitibus, sicut tetigi supra titulo proximo capitulo “raphanum”. Viso qualiter fiat acetum, videndum de eius virtute et efficacia, unde acetum frigidum est et siccum in II^o gradu, pene- [f. 84r] trativam habet virtutem
 30 et divisivam ex sua substantia et constrictivam ex qualitatibus. Contra vomitum et fluxum ventris bulliant in aceto galle vel rose vel similia, et in tali aceto ponatur lana vel spongia, videlicet si sit vomitus, ponatur super stomacum; si fluxus ventris, super renes et unilicium. Sirupus acetosus, qui fit de aceto, valet ad simplicem tercianam et ad cotidianam, que fit de fleumate salso, et ad omnes acutas, si detur in mane cum calida
 35 aqua; dividit enim materiam. Et fit sirupus hoc modo: Zucarum debet resolvi in aqua et aceto, et coquatur, donec adhereat tacie. Item valet contra omnem materiam calidam. Oximel fit similiter ex aceto, quandoque simplex, quandoque compositum. Simplex fit ex duabus partibus aceti et tertia mellis. Compositum aut fit hoc modo: Accipe radices apii, feniculi et petrosilini, et tere aliquantulum; et per diem et noctem iaceant in aceto;
 40 secundo die coque simul et postea cola, et in tali aceto pone mel ad terciam partem, et coque ut supra. Squillicum sic fit: Accipe squillam, et dimite per diem et noctem in aceto, et coque, ac cola; oportet interiora et exteriora abici, et mediana admisceri, sicut tetigi supra titulo precedenti capitulo “squilla”. Deinde admisce mel et coque ut supra; si vero non habes squillam, loco eius pone radices raphani et similiter fac de eis. Datur

4 fit...dicitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 45, 1-4 (p. 75-76). 28 virtute...admisceri] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 46, 1-3 (p. 76-77). 43 Deinde...re] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 46, 3-5 (p. 77).

8 Si] Nota proprietates aceti *add. in marg. et post del. cod.* 9 remanente] remanente *Rur. com.* 12 agrestet] *acescit Rur. com.* 14 ana] †ante† *Rur. com.* 17 fortissimum] forticissimum *scr. et post exp. -ci- cod.* 30 divisivam] divisiivam *scr. et post exp. -i- cod.* 33 acetosus] *acesus scr. et post add. sup. l. -to- cod.* 36 tacie] *id est tassie* 37 simplex] *simiplex cod.*

oximel simplex vel compositum contra frigidam materiam, sicut sirupus acetosus contra calidam, quia dividit et digerit eam. Salsa ex aceto, salvia, petrosillo, menta et pipere appetitum confortat. Item si carnes comeduntur solummodo cum aceto, appetitum inducunt. Item nota quod, si acetum invenit stomachum plenum, laxat ventrem, si vero
 5 inveniat vacuum, tunc constipat. Item valet contra debilitates ex egritudine, si in eo ponatur panis assus et ex eo pane mollicato tangantur os, nares et labia patientis et vene pulsátiles in brachis, et super ipsis venis ligetur panis predictus, et plus adhuc valet panis intinctus in succo mente. Valet etiam acetum contra litargiam et frenesim, si fiat fricacio circa volas manuum et plantas pedum cum aceto et sale. Avicenna autem dicit
 10 quod acetum etiam confert adustioni ignis velocius omni re, unde ignem sacrum extinguit. Et quando miscetur cum uncto olei aut cum oleo rosato, et conquassatur et infunditur in eo lana non abluta, et ponitur super caput, confert stocce calide et fortitudini eius. Et oris collocio ex eo, et proprie cum allumine, confert mocioni dencium. Vaporacio aceti calidi confert difficultati auditus et acuit ipsum et apperit opilaciones
 15 colatorii fortiter et resolvit sonitum; et quando bibitur calefactum, post medicinas mortales confert. Omnem fluxum sanguinis restringit et vulneribus recentibus medetur. Si cum spongia inponatur, gingivis sanguineis prodest. Lepram compescit, podagricis medetur. Cadentes capillos retinet.

[Cap. 3. De aqua.]

20 Aqua liquor \est/ nobilissimus et est vinum de elementis; et alia est salsa, alia dulcis; et alia marina, alia fluvialis, alia foncium, alia puteorum, alia pluvialis et alia stangnorum. De quibus omnibus et singularum naturis dicam infra de natura fluviorum, foncium et stangnorum, et infra de III^{or} elementis capitulo “aqua”.

[Cap. 4. De balsamo sive opibalsamo.]

25 Balsamum sive opibalsamum, id est \quod/ liquor arboris balsami. Virtutes habet, de quibus dixi supra titulo de arboribus capitulo “balsamum”, et ibi vide.

[Cap. 5. De cera.]

30 Cera extrahitur de favo apium et separatur a melle, sicut tetigi supra de natura vermium capitulo “apes”, et dicam infra capitulo “mel”, et est media in calido, frigido, et sicco. In modum pise accepta lac coagulat, tamen in mamillis dissolvit. Inplastris faciendis convenit.

[Cap. 6. De lacte.]

35 Lac est sanguis bis coctus de mamillis contrahens albedinem, tetigi supra de anathomia humani corporis capitulo “mamille”. Lac vernale temperacius, automnale grossum et stomacho grave, [f. 84v] estivale mediocre, hyemale pessimum et ventositatem faciens. Lac provocat solutionem, opilativum est. Siccat humores malos. Lac mulierum nigrarum prevalet, sed econtra in capris, dixi supra de anathomia humani corporis capitulo “mamille” et in titulo de natura pecudum capitulo “capra”. Ex lacte

10 ignem sacrum] Ox, c. De aceto, f. 70ra. 11 Et...confert] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 46, 5 (p. 77).
 16 Omnem...retinet] Ox, c. De aceto, f. 70ra. 29 est...convenit] Ox, c. De cera, f. 69vb. 33 Lac...
 albedinem] Ox, c. De lacte, f. 70rb. 34 Lac...nigrarum] Ox, c. De lacte, f. 70rb et c. De manu, f. 114va.
 Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De humoribus corporis et primo de sanguine* (p. 420).

1 simplex] simplex *cod.* 5 debilitates] debilitatos *cod.* 12 confert] *om. cod.* | stocce] sodae *Rur. com.*
 15 medicinas] medicinales *scr. et post exp.* -les et *add. sup. l.* -s *cod.* 26 balsamum] ante balsamum, *scr.*
et post exp. de arboribus *cod.* 29 in...frigido] in calido et frigido Ox 30 Inplastris] emplastris Ox
 34 mamille] mamiille *cod.*

fiunt casei \et butirum/ lacte cohaculato, ut notorium est, et modum componendi caseos \et faciendi butirum/, relinquo expertis. Tamen lac solet cohagulari cum stomaco animalis iuvenis et lactei, vel cum flore cardi, dixi supra de natura herbarum capitulo “cardus”.

5 [Cap. 7. De melle.]

Mel aliud est naturale, qui ex humore aeris provenit, de quo dicam infra de humoribus aeris capitulo “mellis regio” et aliud artificiale ex arte et industria apium, de cuius natura dixi supra de natura vermium capitulo “apes” in fine. Habet eciam mel artificiale naturam conservandi et mundificandi. In medicinis ponitur, ut amaritudo
 10 specierum reprimatur et ut mellis dulcedine medicina a profunda membrorum substantia atrahatur. Cum pulveribus eciam miscetur, ut servetur in sua efficacia mel huiusmodi, quia est calidum et siccum, sicut dixi supra dicto capitulo “apes”. Valet frigidis et humidis, et econtra calidis et siccis nocet, quia acumen incendiosum eis largitur et in colericos \humores/ convertitur. Malos humores per poros abicit et
 15 venarum sordes purgat. Contra frigidos humores in stomaco valet decoccio ex melle et aqua. Sordes vulnerum mel dissipat et saniem mundificat. Fauces lenit et asperitatem sanat, cum pice liquida pediculos et lendes mundificat. Coctum cum salicibus vulnera oris sanat. Tussim tollit. Morsibus venenatis mirifice occurrit. Cum oleo rosato bibitum venenum tollit, pulmonem et omnia interiora sanat et relaxat. Mel poni solet in
 20 oximelle, mulso, nectare et aliis, que servet compositiones medicine fieri solent. Nota quod unccio mellis facta in loco ubi est carencia pillorum, illos oriri et crescere facit.

[Cap. 8. De oleo.]

Oleum ex pluribus fructibus \arborum/ et seminibus fieri solet ut ex nucibus et amigdalis et similibus ac de seminibus herbarum ut de semine aneti, et \de/ floribus ut
 25 violis, rosis et similibus, de quibus potest videre per discursum tituli de natura arborum et tituli de natura herbarum. Fit tamen oleum commune de olivis, de quo nunc loqui intendo et de quo communiter in cibis utimur. Et confortat stomachum et mollificat ventrem. Unccio eius dolores cedat et preservat vulnera a corruptionibus, sicut dixi supra de natura arborum capitulo “olea”. Item oleum maculas de facie tollit melli
 30 admixtum. Vulnerum cicatrices tollit. Rugas delet. Caliginem oculorum detergit. Oleum positum in foraminibus serpentum prohibet eis exitum. Rasorium oleo temperatum suavius radit, sic de aliis cultellis et ferris, quia per oleum melius findunt. Et ab eis auffert rubiginem. \Oleum infra vas positum preservat vinum ab acetositatem et in suo statu manere facit, dicam infra capitulo statim sequenti circa eius finem.//

35 [Cap. 9. De vino.]

Vinum secundum Isaac bonum dat nutrimentum et corpori sanitatem reddit, si tamen sobrie sumatur et secundum quod oportet. Digestivam enim virtutem confortat tam in stomaco quam in epate, quia propter eius caliditatem confortat naturalem calorem. Turbidum clarificat sanguinem. Epatis opilacionem auffert et appetit. Corporis

12 Valet...purgat] Ox, c. *De melle naturali*, f. 69va. 16 Sordes...relaxat] Ox, c. *De melle naturali*, f. 69va-69vb. 27 in cibis] Ox, c. *De oleo*, f. 70ra. 29 maculas...radit] Ox, c. *De oleo*, f. 70ra-70rb. 36 Vinum...si] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 1 (p. 78). 37 secundum...vetus] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 1-5 (p. 78-79).

11 servetur] serventur *cod.* 16 asperitatem] aperitatem *cod.* 19 pulmonem] pulmorem *cod.* 24 similibus] simibus *scr. et post add. sup. l. -li- cod.* 28 cedat] *id est* sedat 30 detergit] detegit *cod.* 37 confortat] *ante* confortat, *scr. et post exp.* confortat *cod.*

membra corroborat. Confert leticie. Vinum purum magis convenit senibus quam iuvenibus et magis tempore hyemis quam estatis, magis eciam in regionibus frigidis quam calidis.

5 Et attende quod vinum reperitur triplex, scilicet novum, vetus et vetustius. Vinum novum seu recens calidum est et siccum in primo gradu, et ceteris vinis nutribilius est, malos tamen generat humores, maxime quando adhuc est mustum, et inopinata ac
10 terribila sompnia inducit propter sui ebullicionem. Inflationem et ventositatem generat, fastidiumque generat, producit. Vetus vero vinum, quod est unius anni, quod est purificatum et omnem ebullicionem amisit, est bonum et temperatum [f. 85r], et est calidum et siccum in secundo gradu, quod est magis conveniens corpori. Vinum antiquius sive vetustius, quod habet forte II, III, III^{or} vel plures annos, calidum est et siccum in III^o gradu, et habet quoddam amaritudinis. Et huiusmodi vinum parum nutrit,
15 capud cito ascendit et mentem percutit propter sue punccionis acumen, maxime si ex eo multum bibatur, et illud evitent debiles nervos habentes, et qui census acutos habent, quia eis magnum prestat nocumentum, nisi \in/ suis corporibus magnam haberent humiditatem, que ei resistat. Preterea est sciendum, quod color, sapor, odor, liquor, debilitas et fortitudo diversificant vinum in eius qualitate et accione, de quibus videamus per ordinem.

20 Et color quidem generaliter est quadruplex, scilicet albus et niger, qui sunt simplices, et rubeus et aureus, qui sunt ex hiis compositi. Sunt et alii colores inter hos, scilicet glaucus et roseus, qui sunt inter rubeum et album, et pallidus et subpallidus, qui sunt inter aureum et citrinum; qui hoc modo generantur: Vinum namque de uvis albis
25 factum primo est album pro aquositate et cruditate et defeccione sui caloris naturalis, sed cum aliquantisper inveteraverit et unum annum transierit, calor eius confortatur et ipsius humiditas minuitur, fitque coloris subalbidi; quodsi plus inveteraverit, ut duos transeat annos, multo plus eius calor augmentatur suique humiditas \minuitur/, fitque eius color pallidus. Quodsi iterum plus fuerit vetus, ut III^{or} annos excedat suamque
30 digestionem compleat et naturalis qualiditas in statum venerit, color eius fiet citrinus. Similiter vinum de rubeis uvis factum, cum \in/ inicio est crudum adhuc eiusque calor deficit, colorem habebit albedini vicinum. Cumque vinum transierit annum, confortatur calor et digestio eius, et fit rosei coloris. Et si duos annos transeat et suam digestionem compleat ac virtutem, ruffum habebit colorem. Quodsi vinum fuerit ex uvis nigris, in
35 inicio est nigrimum et obscurum propter terrestritatis partem sibi dominantem et defeccionem sui caloris et digestionis; quodsi transierit annum eiusque calor et digestio confortetur et descenderit tereum ad suum locum et incipit clarificari, fit inter rubeum et nigrum mediocre. Si autem duos transeat annos \et/ calor eius suam complexionem perfecit et digestionem et descendat terrestre ad inferiora et clarificatum sit, fit rubei
40 coloris. Palam ergo intelligimus vinum album et nigrum esse minus ceteris apta, sed

6 recens...humores] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 5 (p. 79). 7 mustum] Ox, c. *De mulso*, f. 69vb. | et inopinata] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 5 (p. 79). 8 terribila...generat] Ox, c. *De mulso*, f. 69vb-70ra. 9 Vetus...anni] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 5-7 (p. 79-80). 10 ebullicionem... Vinum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 6-7 (p. 80). 12 II...accione] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 5-6 et 8 (p. 79-80). 21 Et...hoc] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 8-11 (p. 80-81).

1 corroborat] corrobora- scr. et post add. sup. l. -t cod. 5 Et] Nota proprietates vini add. in marg. cod. 8 terribila] terribilia Ox 12 vetustius] vetuistius cod. 15 census] id est sensus 25 cruditate] crudilitate cod. 26 calor] color cod. 28 humiditas] add. in marg. alia recentior manus cod. 29 color] calor cod. 30 qualiditas] id est caliditas 35 nigrimum] id est nigrinum | partem] ante partem, scr. et post del. partem cod. 37 tereum] tereunn cod. 39 perfecit] -fecerit scr. et post add. sup. l. per- cod.

album magis quam nigrum humiditati et aquositati pertinet, nigrum vero terestritati et grossiciei. Diversitas vini propter saporem est, quia aliud est dulce, aliud ponticum sive acerbum, aliud insipidum et aliud forte. Dulce calidum est in secundo gradu, siccum in primo, aliquantulum tamen humiditati pertinet, unde est grossum et illaudabile in sua
5 accione, nisi quia ventrem solvit, quia in omni re dulci est vis laxativa et colativa. Quod vinum, si aliquid invenerit, quod sue accioni sit contrarium et cohibetur, calefit et bullit ascenditque ad superiorem partem stomachi et in colericos humores convertitur, sitim generat et ventositatem inflativam, opilacionem in epate et splene, et lapidem in renibus creat, et maxime si membra talibus passionibus invenerit preparata aut digestivam
10 virtutem debilem. Propter hoc abstineant a tali vino, quibus grossa et humida natura dominatur; sua enim grossicie facile subtiles venas epatis opilat, sed pulmone non nocet, quia non transit ad eum, nisi quod de ipso est subtilius, quod venas pulmonis, que valde late sunt, [f. 85v] opilare non potest; sed cum vinum dulce rubori et claritati pertinet, et bibitum fuerit, quantum oportet et quantum nature sufficit, conveniens est egritudinem
15 exeuntibus et quibus est necessaria multitudo nutrimenti. Ponticum vero vinum, quod acerbum dicitur, durius et gravius est ad diggerendum, et venas difficiliter perforat quam dulce, quia dulcius calidius est et acceptabiliorem habet saporem; sed ponticum est terrestre et asperum habet saporem, unde difficile est ad perforandum venas, neque digestionem neque sudorem provocat, non ergo bonum sanguinem generat. Vinum
20 autem insipidum melius est pontico, quia temperatum est comparacione pontici, unde congruit calidas compleciones habentibus, maxime tamen stomacho, parum nutrit citoque urinam eicit. Vinum forte est cunctis calidius et forcioris accionis, citoque capud ascendit et ebullire et ferverescere facit corporis humiditates, unde fumus ascendens a stomacho nocet cerebro, mentem percutit. Necesse est ergo, ut illud caveant calidas
25 complexiones habentes, nisi multum fuerit \aqua/ commixtum, quia, si multum fuerit commixtum et, quantum oportet et decet, accipiatur et secundum quod convenit etatibus, regionibus et consuetudini, laudatur, quia grossos dissolvit humores et vias venarum a putredine mundificat atque sanguinem clarificat. Senibus autem et qui eorum vicinatur propter superfluitatis cohadunacionem in eorum corporibus est huiusmodi
30 vinum optimum, maxime si puritati fuerit vicinum, quia eorum calorem confortat crudorumque humorum habundanciam dissolvit. Convenit eciam hiis, quibus grossi humores et crudi collecti fuerint. Diversitas vini propter liquorem est, quia aut est subtile aquosum aut terrestre grossum aut mediocre. Vinum autem subtile aquosum semper invenitur cum albedine et claritate, unde facile in stomacho digeritur et venas
35 perforat, urinam provocat. Ideoque est utile febricitantibus, quia non fortiter calefacit neque mentem percutit; nullum eciam cerebro vel nervis nocumentum infert, et si mixtum non fuerit, erit melius, maxime ad extenuandum sitim. Vinum terrestre et grossum, compositum est subtili aquoso, unde stomachum gravat, quia durum est ad diggerendum et ad digestionem faciendam, et difficile ad perforandum venas, urinam
40 fieri provocat et tarde ad capud ascendit propter sui gravitatem et grossiciem. Idcirco non facile facit ebrietatem. Item vinum quoddam est odoriferum, quod cito sensum odorabilem in pellicula cerebri stantem perforat propter sui levitatem; quoddam est nullius odoris propter grossiciem et gravitatem sui, et quoddam est orribilem odorem habens. Vinum odoriferum suum liquorem significat esse temperatum et subtilem, omni
45 sordicie mundificatum penitusque digestum, unde clarum sanguinem generat,

10 quibus...ponticum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 47, 11-18 (p. 81-84).

11 pulmone] ante pulmone, scr. et post del. et exp. po cod. 21 compleciones] id est complexiones
29 vicinatur] ante vicinatur, scr. et post del. etati cod. 38 compositum] oppositum *Rur. com.*
39 difficile] diffille cod. 40 fieri] non *Rur. com.* | ascendit] descendit cod.

laudabilem et mundum a putredine in corde existentem. Propter hoc huiusmodi vinum omnibus etatibus et complexionibus conveniens est, si accipiat secundum quod oportet et quod natura sustinet. Preterea mutat viciū anime in virtutem; vertit enim eam ab impietate in pietatem, ab avaricia in largitatem, a superbia in humilitatem et ex
 5 pigricia in sollicitudinem, de timore in audaciam, ab ignavia in facundiam, astuciam et ingenium. Sed hoc fit, cum temperate, prout oportet, bibitur, sed si usque ad ebrietatem potetur, generabitur supradictis contrarium, quia ebrietas rationalis anime lumen extinguit, unde remanet capud velut navis in mari absque gubernatore et velut milicia sine rectore. Vinum vero nullius odoris innuit sue fumositatis grossiciem et gravitatem
 10 et indigestibilitatem. Idcirco illaudabilis est nutrimenti, et turbidum et grossum generat sanguinem, et fumum turbidum et obscurum; quare fit causa tristicie, sed non cito capud ascendit. Vinum autem gravem et horribilem odorem habens [f. 86r] est pessimum; nam sui odoris horribilitate et gravitate cerebro nocet et mentem percutit et nervis cerebrique pelliculis lesionem infert et pessimum generat sanguinem, et maxime si est ponticum. Ex
 15 vino fit mulsum cum melle dulcoratum et nectar sive claretum per pulverem specierum colatum.

Videndum nunc qualiter vinum album possit denigrari vel rubescere, unde est remedium quod uve albe misceantur tempore vindemiarum cum uvis nigris, vel uve
 20 albe, ponantur in tina, \a/ qua recenter vinum rubeum extractum fuit, \vel quod vinum album coletur per grasas uvarum nigrarum, ex quibus vinum noviter extractum est//. Dicunt etiam aliqui quod si cinis viciū nigrarum ponatur in vas vini albi, fiet rubeum. Rubificatur etiam cum semine ebuli hoc modo valet: Accipiantur huiusmodi semina sicca et in vino calido mollificentur vel cum pistatorio concudantur et pluries cum vino
 25 laventur, et lavatura cum ovis et tartaro de vino rubeo et sale mitatur, et agitatum servetur.

Vinum, ut refferunt quidam, fit durable et sanum, conservatur redditurque dulce, si mustum decoctum imponatur in vas in quo vinum adhuc bullit. Potest etiam vinum
 30 transmutari in alium saporem, si infra vas vino adhuc bulliente proicias pulverem piperis cum melle mixtum vel gariofilos \et sinilia/, quia illorum saporem acquirit. Et hoc modo fit vinum salviatum iniecta salvia in vas. Vinum fieri suave ad potandum dicitur fieri, si feniculi vel herbe satureye manipulus inponatur. Idem si baccas mirti agrestis et montanei inmitas. Vinum velut vetus efficitur de novo, si anigdala amara et
 35 absinthium et pini gummam et fenum Grecum simul mixta et frizata in vino infundatur.

Ulterius quia vino aliqua nocumenta accidunt, ut puta, quia vertitur vel sapit mufam \vel fit acetosum/, videndum est summarie de remediis. Et primo de remediis ad

15 vino...colatum] Ox, c. *De mulso*, f. 69vb. 18 qualiter...rubescere] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 41, rubrica, 1-2 (p. 68-69). 19 uve¹...nigrarum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 41, 1-2 (p. 68-69). 22 Dicunt...servetur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 41, 1 et 3 (p. 68 et 69). 28 dulce...decoctum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 42, 1 (p. 70). 30 bulliente...gariofilos] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 42, 1 (p. 70). 31 acquirit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 42, 1 (p. 70). 32 Vinum...simul] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 42, 2-3 (p. 70-71). 37 vino...accidunt] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 37, rubrica (p. 60).

4 humilitatem] humanitatem *Rur. com.* 18 Videndum] Nota qualiter vinum possit colorari *add. in marg. cod.* 20 qua] *ante qua, scr. et post exp. in cod.* 22 cinis] *ciniis cod.* | nigrarum] *ante nigrarum, scr. et post del. et exp. p cod.* | ponatur] *ponantur cod.* 28 Vinum] Nota qualiter vinum reddatur durable et suave *add. in marg. cod.* 29 in¹] *ante in, scr. et post exp. inponatur cod.* 31 sinilia/] *id est similia* 33 feniculi] *ante feniculi, scr. et post del. et exp. semen cod.* | mirti] *ante mirti, scr. et post del. et exp. mixti cod.* 34 agrestis] *agresti cod.* 37 ut] *ante ut, scr. et post exp. nocumenta cod.* | vertitur] *vertitir cod.*

providendum \ne/ vertatur. Secundo de remediis qualiter vinum iam versatum liberetur et clarificetur. Tercio qualiter liberetur a muffa. Quarto qualiter provideri potest ne fiat acetosum. Quinto videbimus quando vinum iam acetosum possit reduci ab acetositate.

5 Unde de provisione ne vinum vertatur, dantur plura remedia secundum diversorum opiniones. \Verum solent vina frequentius verti et inmutari circa solsticium secundum Socratem et circa ocasum pleyadis, et quandoque invertuntur ex tonitruis et ne a tonitruis vinum vertatur. Ferrum preclusioni vini superpone secundum dictum Socratem. Preservantur vina secundum Euclidem a dampnis, que proveniunt ex vento et subita
10 mutacione aeris, si cellarium fiat, ut ipse didiscit a sapientibus, quod nullam fenestram habeat, cuius ianua versa sit ad septentrionem, vel si ad aquilonem, habeat eciam aliam fenestram ex cancellis preparatam, quarum utraque aperiatur et claudatur tempore suo propter ventos et frigora aut calores et similia. Preservantur eciam vina, si transvasentur; quod fieri debet flante borea et nullo modo flante austro, aere tamen sereno. Et debilia
15 vina transvasabis in hieme, forcia vero in vere. Et dicit Socrates vinum esse transvasandum in prelunaribus, id est antequam incipiat luna nova, et cum hoc facis, considera quod luna sit in introitu cum sole secundum eundem. Dicit tamen Euclides quod debet inspicere quod luna sit sub terra et non super terram, quia qui hoc non considerant, multociens dampna incurrunt.// Dicunt \eciam// quidam quod amigdale dulces uvis nigris inmisce et ibi manentes vinum preservant. Uva passa ablatis granis et cum arena inmissa musto vel vino cocto, pingue et permanens illud facit. Quidam uvam
20 siccam casu in vinea natam eligunt et singulariter illa utuntur. Gypsum inmissum in primordio quidem austerum facit vinum, tempore vero procedente austeritatem evaporat; utilitas autem gipsi multo tempore permanet et permanenciam facit et verti non sinit vinum, et eius quidem proportio est, ut, si vinum sit lentum et saporis humecti aut pluvia agitaturn, centesima gipsi sustinet; quodsi vinum nascitur virtute solidius, medietas habunde sufficiet. Fenum Grecum si terratur cum sale usto et cum vino misceatur, vina que vertuntur, a sua mala fece separata et in boni vini fescem inmissa, permanencia erunt. Quidam autem tedas accendentes in vino extinguunt et non sinunt
30 vinum verti. Quidam cedri frustrum ustum et gallas uistas inmiscentes, vino permanens hoc faciunt. Alii cinerem ex sarmento vinee combusto et semine feniculi terentes et in massa redigentes miscent cum vino. Quidam vasa que vertuntur, in alia vasa vel aliam domum transferunt; si enim a calore lesa sunt, in locis frigidis ea recondunt; si ab humore et frigiditate, in calidis locis et siccis transferunt. Alii vero semen lini vel
35 lignum querci comburentes cinerem inmitunt vino. Alii arenam fluminis inmiscentes cum vino veteri mitunt in vino. Alii lac et mel miscentes, ut valde sint levia, inmitunt musto. Argilla post ebullicionem \vini/ inmissa expurgat deorsum deferens turbulentum ad fecem; magis autem, si usta fuerit, et [f. 86v] bene redolens vinum facit et dulce. Reptilia enim yeme eam comedencia vivunt; dulcorat enim argilla vinum et permanens
40 facit. Vinum coctum usque ad terciam partem inmissum musto permanens id facit. Frumenti farina permanencia vina facit. Resina pini detinet vina. Alumen scissum

6 vina...Ferrum] Cf. St, f. 70ra et 71va. 9 vina...calores] Cf. St, f. 70rb. 13 vina...sole] Cf. St, f. 70rb. 18 quod²...incurrunt//] Cf. St, f. 70rb. 19 amigdale...sapore] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 39, 1-9 (p. 61-64).

1 vinum] viinum *cod.* 2 provideri] *ante* provideri, *scr. et post del. et exp. lib cod.* 5 Unde] Nota qualiter provideri potest ne vinum vertatur *add. in marg. cod.* 7 Socratem] Socrotes *St* 8 tonitruis] tronitruis *scr. et post exp. -r- cod.* 11 versa] *ante* versa, *scr. et post del. et exp. tra cod.* 12 ex] et *cod.* | cancellis] cancellum *cod.* 15 Socrates] Socrotes *St* 19 Dicunt] *ante* Dicunt, *scr. et post del. et exp. et cod.* 27 cum¹] *ante* cum, *scr. et post exp. cum sale cod.* 28 fescem] *id est* fecem 30 frustrum] fructum *Rur. com.*

stiptica vina facit et acuencia vel acida cedat. Quidam dicunt quod impossibile est vinum
 verti, si prescribantur in vase vel doliis hec divina verba: ‘Gustate et videte, quoniam
 Christus suavis est dominus’; et bonum est quod scribantur in pomo et mitatur in vas.
 Confeccio mirabilis est ad conservandum vina, que vocatur panacia: Recipe aloë uncias
 5 II, incensi uncias II, amomi uncias II, meliloti uncias IIII, cassie unciam I, spisse nardi
 uncias II, folii uncias IIII, mirre uncias II; hec omnia in panno ligata mitte in vino in
 dolio, postquam vinum inmisum fuerit expurgatum. Inmitte in unoquoque vase
 coclearium unum harum specierum et post a panno dissolve et vino pulverem dimitte et
 postea per tres dies radice calami move. Quidam aliam confeccionem faciunt: Recipe
 10 croci uncias III, hoc bonum colorem reddit, incensi masculi cribrati uncias III, hoc
 austerum facit, folii manipulum I, hoc bonum odorem dat vino; hec omnia cribrata
 misce et ex eis in quamlibet amforam vini pone coclearia duo, cum non bulliat vinum,
 sed subsistat. In omni vino hoc proprie serva, ut iam sistencia speciebus condias. Alii
 vero sic vina condiunt: Recipe cardamoni, yreos, ylrice, cassie, spice nardi, meliloti,
 15 silobalsami, squinanti, costi, spice Celtice omnia equali pondere; tere et reconde et vino
 inmisce. Item accipe semen artemisie et herbam pentasilon, et pulveriza, et cum vinum
 est bullitum, pone intus, et non versabitur. Alii, ut non versentur, in craspis duobus vel
 tribus diebus bullire permittunt et in Februario transmutant et ex eo terciam vel quartam
 partem bulliunt et simul miscent, deinde ponunt unam communem paraxidem salis in
 20 XII corbibus vini. Vel aliter: In Februario transmutetur et quarta pars eius bulliatur ad
 ignem et dispumetur, donec sexta vel octava pars diminuatur, et iuxta finem ebullicionis
 ponatur in quolibet caldario inganula et livertixci sicci vel livertixci tantum ita, quod
 parum cum vino bulliant, et cum eo calido ponantur in vase. Et si ponuntur in eo graspe
 bene ablute, prius in musto posite, clarius erit vinum. Et bene opturetur vas, ut non
 25 respiret, et sit bene circulatum. Et hoc certum est. Vel aliter fit durable et mirabile ad
 bibendum hoc modo: Quodcumque vinum sit, comprimantur uve, et vinum nichil cum
 graspis bullitum totum ad ignem bulliat et dispumetur et in vase ponatur, deinde accipe
 XX gariofilos pro quolibet corbe, et in filo vel pecia panni positos in os vasis mitte, et
 est certum. Alii dicunt: Si mustum expressum et in continenti separatum a
 30 graspis ponatur in tina et coopertum cum aliquo panno mundo vel novo sexterio sic
 usque ad dies XV vel XX dimitatur et quolibet die despumetur, deinde in dolium
 mitatur, erit mirabile in qualitate et claritate et sapore. \\Item valet ad preservacionem
 vinorum, si frustum ligni iuniperi ad longitudinem palme infra vas inmittatur tempore
 quo vinum bullit. Ad idem si fructus mirti simili modo immittantur. Et eodem modo de
 35 feni Greco immisso et eciam de radicibus vitis. Item preservatur, si, tempore quo bullit,
 suspendatur infra vas aliquantulum de humulo vel de floribus lupinorum, secundum
 Euclidem. Preservatur eciam vinum eo modo quo scripsi supra de natura arborum
 capitulo “ros marinus”.

33 ligni...immittantur] Cf. St, f. 70vb. 35 feni...lupinorum] Cf. St, f. 71ra.

1 cedat] *id est* sedat 2 quoniam] *quam Rur. com.* 5 spisse] *id est* spice 7 vinum] *ante* vinum, *scr. et post exp.* postquam *cod.* 10 cribrati] *cribati cod.* 12 misce] *mise scr. et post add. sup. l. -c- cod.* 13 hoc] *haec Rur. com.* | sistencia] *subsistentia Rur. com.* 15 silobalsami] *xylobalsami Rur. com.* 16 pentasilon] *pentaphyllon Rur. com.* 17 craspis] *graspis Rur. com.* 18 Februario] *Februori cod.* 19 paraxidem] *parapsidem Rur. com.* 22 livertixci¹] *livertici scr. et post add. sup. l. -x- cod.* | livertixci²] *livertxci cod.* 28 gariofilos] *cariofolos Rur. com.* 33 palme] *ulne St* 36 humulo] *humilo cod. lupinorum] lupuli St*

Secundo loco videamus qualiter vinum versatum liberetur et clarificetur. Unde accipe cerasa acria in bona quantitate et tota integra, ubi est vinum versatum, prohi-
 ce, et sic vinum incipiet ebullire; et sic dimitatur per tres dies vel usque quod cesset bullire,
 quoniam in illa ebullitione purgatur vinum a fecibus optime; et cum vinum clarum
 5 videris, in alia vegete pone: Certum est. Si autem cum vino mel in bona quantitate
 distemperaveris et in vase, in quo est vinum, iactaveris et per vendonem cum baculo
 ipsum vinum cum ipso melle agitaveris et postea sic dimiseris, clarescet vinum propter
 mel; nam mel, quod [f. 87r] turbidum est in vino, ad fundum descendere facit. Quidam
 autem optime facientes tempore vindemie racemos recentes non compressos in magna
 10 quantitate in vase versati vini ponunt, ubi racemi pro matre sunt ipsi vino. Nam racemi
 verum reducunt ad debitam bonitatem et saporem post aliquod tempus. Hoc autem
 sciendum quod, antequam aliquid fiat vino verso, transvasandum est et a sua mala fece
 separandum. \\Quidam tamen, ut reffert Euclides, revolvunt vas vini versati eciam cum
 sua fece, ut pars superior sit inferior, vendone bene obturato et successu temporis
 15 curatur.// Quidam autem verum vinum in graspis, de quibus recens sit extractum,
 iactant, ut in eis vinum clarescat, ibique dimitunt quantum expedit; quodsi multum
 fuerit, non totum subito, sed particulariter per vices successive agendum est, ne calorem
 grasparum extinguat et ebullitionem, qua clarificatur, in totum prohibeat; et quanto
 mustum minus steterit in graspis, tanto forcius operatur. Palladius autem dicit
 20 feculentum statim linpidum fieri, si VII pini nucleos in unum vini sextarium mittas,
 deinde commoveas et paulatim cessare paciaris, mox summe puritatem colarique debere
 et \\in/ usum refferri. Quidam clarificant cum nucleis persiccorum. Alii cum sola clara
 ovorum et pauco sale. Vel secundum alios accipe lapides albos fluvii et eos in clibano
 coque, donec crepature incipiunt apparere; quo facto in pulverem subtilissimum
 25 deducantur. Item accipe album sal et tere subtiliter, et in vase X corbium pone VI uncias
 lapidis et quatuor salis et in vas commiscendo inmitte. Et si pro quolibet corbe
 addideris, duo addideris ova vel tria, erit optimum. Quod eciam de dictis lapidibus
 crudis et subtilissime pulverizatis et sine sale fieri poterit, et hec probatissima sunt. Et
 optimum est, quod aliquid de melle addatur, nam mel rubeum albi vini restaurat
 30 colorem perditum, et omne mel est viscosum et grave atque omnium liquorum
 conservativum. Quodsi nimis fuerit turbidum, plus de unoquoque addatur. Et hec
 retinent fecem et turbulenciam ad fundum sui pondere, ut non possit sursum elevari et
 nullo prorsus sapore vinum inficiunt. Si vero in tantum turbidum est, quod efficiatur
 lividum et fluat ut oleum colore eius naturali in totum extincto, nulla tamquam mortuo
 35 potest medicina valere. Si vero vinum non omnino extinctum rubeum est, habens
 colorem corruptum et croceum, cum vino multum rubicundo aut cum lavatura corticum
 siccarum vel recencium uve nigre vel multum rubei, vel cum colatura seminum
 ebulorum et succus ipsorum, saporem versati vini corrigit, et similiter mel rosarum.

1 qualiter...separandum] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 40, rubrica et 1-2 (p. 64-65). 13 revolvunt...fece] *Cf. St.* f. 71rb. 14 bene obturato] *Cf. St.* f. 71rb. 15 Quidam...uve] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 40, 2-6 (p. 65-66). 37 vel³...fece] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 40, 6-10 (p. 66-68).

1 Secundo] Nota qualiter vinum versatum liberetur et clarificetur *add. in marg. cod.* 8 turbidum] *ante* turbidum, *scr. et post exp.* quod *cod.* 11 Hoc] Nota bene *add. in marg. cod.* 12 sciendum quod] sciendum est quod *Rur. com.* 14 bene] *ante* bene, *scr. et post exp.* bene *cod.* 19 Palladius] Reffert Albertus Magnus quod cum ova inmittuntur vino cum arena et calce, clarificatur vinum, quia arena et calx perforat vini substantiam et citrinum atrahit a fece et albugo clarificat. Dicit idem quod aqua ardens inmissa in vase vini versati preservat vinum et reducit ad pristinam bonitatem *add. in marg. alia recentior manus cod.*

quod...albugo] ALB. MAGN., *De animalibus* 17, 1, 3 (p. 1156). 21 summe] sumere *Rur. com.* 23 accipe] *ante* accipe, *scr. et post exp.* accipe *cod.* 24 apparere] apparerere *cod.* | subtilissimum] subtilissimum subtililimum *cod.* 30 liquorum] lioquorum *cod.* 32 possit] possint *scr. et post exp.* -n- *cod.*

Idem eciam fieri poterit cum lavatura dictorum seminum siccatorum. Item optime clarificatur hoc modo: In vase XX corborum accipiuntur XL ova et in aliquo vase fracta cum manibus vel mundo granatello plurimum agitentur, deinde una communis parascis tartari misceatur et vino addito in vase ponatur, quo facto cum clava per vendonem in vase posita fortissime agitetur et pluribus vicibus desubtus fezariam extrahatur et in vase iterum. Cum vero clarificatum fuerit, omnis turbulencia per spinam in costis desubtus extrahatur. Sed est sciendum, quod in vino albo sola clara ponatur, in rubeo vero vitellum et clara, et in multum turbido plus de rebus aponitur. Item loco tartari optime sal ponitur et tantumdem modicum aque fluminis in vase ponatur. Alii colligunt in vindemiis uvarum semina, quibus optime siccatis et ex eis facta farina manum plenam in quolibet corbe ponunt et diligenter permiscent. Clarificari optime atque a sapore versati liberari a valde experto dicitur, si in carna [f. 87v] -rio vase libra media alumini de rosa clari et tantumdem zucari rosati cum libris octo mellis ponantur hoc modo: Mel coquatur et optime dispumetur, quo refrigerato alumen valde pulverizatum et zucaram dissolutum in eo permisceatur, et cratere vel \situla/ vini in hiis commixto, cuncta ponantur in vase optimeque cum scissa pertica agitentur, et vas disclausum usque ad diem dimitatur sequentem, et in secunda die vel tercia clarum erit. Quodsi valde turbidum et putridum erit vinum, de unoquoque predictorum plus apponatur. Ex acerbo eciam maturum efficitur, si in predicta mensura libra una prefati zucari cum una mellis rubei ponatur modo predicto, que res faciet vinum boni saporis et odoris. Vel clarificatur optime et fit purum et odoriferum hoc modo: Accipe mediam libram de bono alumine roze et mediam alumini zucari et subtiliter pulveriza, et pone mediam unciam de predictis pro quolibet corbe, si parum est turbidum. Sed si est multum turbidum, pone unam et accipe unam libram taxi albi et rubei, secundum quod est vinum, in XXIII corbis, et accipe plenam manum salis albi et tria ova recencia pro quolibet corbe. Et si vinum est album, non ponas vitellum ovorum; si est rubeum, pone totum. Quibus ovis fractis in aliquo vase et fortiter agitatis \et apposita in ipsis una subsitula aque fontis vel putei et iterum agitatis et supra dictis rebus apposis et fortiter iterum agitatis et in dictam vegetem XXIII corbium et cum pertica scissa optime cum vino in vegete agitatis// et permixtis, donec vinum fuerit turbidum, extrahendo desubtus per fezariam et ponendo desuper per coconem dimitatur, in secunda die clarum erit, et usque ad VIII quolibet die unus ciatu extrahatur, et similiter per spinam inferiorem in costis ter in die tota turbulencia extrahatur, donec consumpta fuerit. Sciendum est tamen quod, antequam fiant predicta, transvasari debet in aliud vas et a sua mala fece removeri, \sicut supra dixi/. Potest eciam clarificari, si parum fuerit colatum cum colatoriis pannorum, ut claretum colatur.

Tercio loco videamus qualiter vinum et vas liberatur a mufa \vel alio malo sapore/. Unde si vinum moydam sive mufam habet vel alium malum saporem, vitem albam, id est vitalbam, cum radicibus suis accipe et subtus botem infundum radices eius sub terra ita, quod veniant radices eius recte ad foramen dolii desuper ita, quod tribus diebus ita

35 Potest...colatur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 40, 10 (p. 68). 38 qualiter...mufa] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 43, rubrica (p. 71). 39 si...sapore] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 43, 1-2 (p. 71-72).

2 corborum] corbium *Rur. com.* 3 parascis] parapsis *Rur. com.* 4 clava] clova *Rur. com.* 5 vase¹] vese *cod.* | fezariam] faecariam *Rur. com.* 9 tantumdem] tandem *Rur. com.* 13 alumini] alluminis *scr. et post exp.* -l- *cod.* 15 vini] ante vini, *scr. et post exp.* fistula *cod.* 23 si¹] ante Si, *scr. et post del.* et si vinum est album, non ponas vitellum ovorum; si est rubeum pone totum *cod.* 31 fezariam] faecariam *Rur. com.* | coconem] cochlionem *Rur. com.* 35 colatum] ante colatum, *scr. et post exp.* cum *cod.* 38 Tercio] Nota qualiter vinum et vas liberetur a mufa vel alio malo sapore *add. in marg. cod.* 40 botem] buttem *Rur. com.* | infundum] -fundum *scr. et post add. sup. l. in- cod.*

permaneant, et perdet illum malum odorem. Alii accipiunt vitalbam longam et procurant, quod ab uno capite infigatur in vase loco spine fezarie et flectatur ad terram, et sub ea mergatur ita, quod stet firma; et aliud caput revolvatur duobus vel tribus digitis supra terram, et videbis cotidie per poros vitalbe mufam exire, et sic minorabitur sapor mufe.

5 Ad idem fac unum panem panicii inter testas et calidum pone super monfros dolii. Item vinum a mufa curari fertur, si diebus pluribus pane calidissimo obturetur; quod quidem dicitur faciendum, donec apositus panis nullatenus denigretur. Vel accipiantur semina lauri, que dicuntur orbaca, et bulliant in vino et ponantur in vase; hoc enim modo dicitur liberari a mufa vas et vinum, sed maiore sapore inficitur, et ideo melius est, quod rami

10 lauri bulliant in caldario vini et in vase ponatur et inmiscetur vinum. Rami vero simul vel divisim ligati per vendonem suspendantur in vino, ibique diebus aliquibus dimitantur, donec vinum fuerit liberatum, deinde auferantur, et hoc modo non inficitur vinum malo sapore. \Alii ponunt baccas lauri infra vas vini absque bullicione.// Item expertus sum, quod multa nespila acerba in quatuor vel pluribus cordulis infixas, posita

15 per vendonem, ut descendant in vinum, et ibi per XV dies vel unum mensem dimissa, optime liberabunt vinum et vas a mufa. Item curari fertur, si mane et sero in vase manipulum salvie suspendatur, ne vinum tangat, et extractum aqua lavetur foramine optime [f. 88r] opturato. Item a mufa curari vinum fertur, si sacculus strictus plenus pane panicii calidi in foramine inimitur per vinum natans et aliquociens permutetur.

20 Item pro certo liberari dicitur, si accipiat manipulus herbe, que vocatur marella \et alias dicta strigium, de cuius natura dixi supra in titulo de natura herbarum capitulo "strigium"//, et in superiori parte cum cordula ligatus in mane per vendonem in vas ponatur taliter, quod duobus digitis tantum descendat in vinum et cordula supra vas ad aliquid ligata ipsum vas optime obturetur, et sic per illam diem solummodo dimitatur,

25 deinde in sero tollatur et tantumdem de recenti herba ponatur, ibique ad ortum solis diei sequentis dimittatur et sic per tres vel quatuor, et liberabitur vinum; vel ponatur sacculus subtilis, mundus, lineus vel stamineus, plenus sale vel gipso aut calce, per vendonem cum funiculo ligatus, ut in medio vini descendat, et sic semper teneatur, et conferet. Vas mufa infectum hoc modo curatur: Ponatur calx non extincta, scilicet viva cartarola in

30 vase XII corbium, et vase bene stricto ponatur aqua vel vinum fervens in eo, et obturetur, ne respiret, quo sic per aliquam dimisso pluries revolvatur et aqua in frigidata aperiat et lavetur. Vel aliter: In caldario vini decoctus in vase cum ferventi vino ponatur et fiat ut supra. Et melius erit, si utrumque, scilicet primum post secundum, fiat, et optime sine dubio liberabitur. Alii dicunt quod liberatur sale in vase posito et tribus mensibus ibidem contrahente moram, et forte idem fiet cum calce vel gipso aut cinere.

35 Vel liberatur hoc modo: Radatur optime vas interius cum gratusa vel asta et in rinulis et crenis cum puncta cutelli et ab omni nigredine et muffa mundetur, et ponatur in vase X corbium una quartayrola cineris sarmentorum cum omnibus prunis suis, et plus, si erit nimis infectum, et ducatur cinis cum prunis per singulas partes vasis, deinde claudatur

40 vas, et per vendonem ponatur in eo aqua fervens, et obturetur, et ad omnes partes revolvatur, et sic dimitatur, donec cinis et aqua in frigidata erunt, et tunc optime lavetur, ultimo roretur cum aqua calida bene salata. Eodem modo curantur tinacia, sed quia non

13 Item...marella] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 43, 3-4 (p. 72). 22 et...sufficit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 43, 4-7 (p. 72-73).

2 fezarie] faecariae *Rur. com.* 5 testas] testos *Rur. com.* 6 obturetur] obturetur *cod.* 9 maiore] malo *Rur. com.* 14 nespila] *id est* mespila 19 pane] panicio *cod.* | panicii] panici *cod.* 20 manipulus] manipulum *Rur. com.* | que] ante que, *scr. et post del.* que dicitur *cod.* 27 stamineus] stamineus *cod.* | calce] *id est* calce 29 viva] una *Rur. com.* 33 primum...secundum] secundum post primum *Rur. com.* 36 gratusa] gratusia *Rur. com.* | asta] assa *cod.* | rinulis] *id est* rimulis 37 crenis] gnis *cod.* cutelli] cultelli *Rur. com.* 38 quartayrola] quartarola *Rur. com.*

possunt ita claudi, cooperiantur sextoriis et pannis, ut parum respirent. Item vinum et vas ab expertis dicitur liberari muffa, si folium pulverizatum in subtili saculo positum per vendonem in vase ponatur, ut in medio pluribus diebus moretur, et non inficitur malo sapore, et una uncia in vase quinque corbium sufficit. \Valent etiam ad hoc rami
 5 zampri sicut et quemadmodum dixi supra de natura arborum capitulo “zamprus”.// Item dicitur vas curari cum aceto fortissimo bullito, si ex eo lavetur et aliquantulum dimitatur. Alii dicunt: Si fiat ignis palearum, in eo curatur, vel forte melius liberabitur cum igne sarmentorum. Conservantur vasa a muffa, si, cum evacuata erunt usque ad
 10 vini parvam quantitatem, aperiantur, et extrahantur feces, et optime siccentur vel aqua salata vel vino rorentur; vel eo non extracto si fortiter obturentur, ne vini odor et fumus exalet, quod in mixto non obtinet, et in vase audeat remanere.

Quarto videndum qualiter provideri possit, ne vinum fiat acetosum. Unde cinerem de vite alba, id est vitalba, pone in vino, et non fiet acetum, ut quidam dicunt. Melius
 15 tamen precavetur, ne vinum fiat acetum, si teneatur in cella frigida plenis doliis et clausis optime, ne respirent; quodsi vas non est plenum et est in loco calido et de acetositate futura timetur, accipiatur frustrum lardi grossi optimi et in \panno/ albo et subtili pecia lini suatur et ab uno capite ligato funiculo per vendonem immitatur, ut in
 20 medium ventrem \vasis/ vini descendat; et cum vinum bibendo minuetur, ipsius lardi fiet descensus; et desuper vas claudatur, et sic teneatur, donec vinum consumptum [f. 88v] fuerit; et quanto plus lardo fuerit, tanto melius vinum ab hoc preservabitur. \Reffertur etiam ab expertis idem operari, si frustra de ligno salicis scoriata cortice et viridia infra vas inponatur. Et etiam idem facit oleum intra positum. Preservat enim
 25 vinum ab acetositate et in suo primo statu permanere facit, sicut infra statim subicio.//

Quinto loco videndum est qualiter acetum mutetur in vinum. Unde in acetum semen porri dicitur debere inmitti. Alii dicunt quod ab acetositate curatur super vendone frondibus vitis positis et sepius permutatis, semper lapide aliquo superius clauso
 30 existente. Alii dicunt, si oleum olive ponatur tantum in vase, quod cooperiat superficiem vini, optime ab acetositate defenditur, et cum ultima parte vini exhibit oleum et colligi poterit.

[Tit. XVI.] De natura fluviorum, foncium, stangnorum et lacuum.

[Cap. 1. Generaliter.]

Naturam aque hic non trado nec eius divisionem, sed aliqua trado, que dicuntur
 35 mirabilia in natura, tamen de efficacia aque plene dicam infra de quatuor elementis capitulo “aqua”, ubi videre potes. Trado igitur aliqua miranda tam circa flumina, fontes et stangna seu lacus quam circa alias aquas per modum cuiusdam summe et brevis commemoracionis.

5 Item...preservabitur] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 43, 7 (p. 73-74) et 44, 1 (p. 74-75). 22 ligno salicis] Cf. St, f. 72rb. 26 acetum¹...poterit] PETR. CRESC., *Rur. com.* 4, 44, 2 (p. 75).

6 fortissimo] fortissimio *cod.* 11 audeat] audea *cod.* 13 Quarto] Nota qualiter vinum servetur absque acetositate *add. in marg. cod.* | fiat] fia- *scr. et post add. sup. l. -t cod.* 15 cella] ante cella, *scr. et post exp. terra cod.* 20 consumptum] consumptam *cod.* 26 Quinto] Nota qualiter vinum ab acetositate liberetur *add. in marg. cod.*

[Cap. 2. De fonte in Egipto alias in Epiro alias in Cipro.]

Fons est in Egipto alias in Epiro \et alias in Cipro/ partis Europe, ut reffert Iacobus, in quo faces acense extinguntur et extincte iterum in eodem fonte accenduntur.

[Cap. 3. De fonte in Ethiopia.]

5 Fons \est/ in Ethiopia, ut dicit Iacobus, tam frigidus de die, ut non bibatur et tam calidus de nocte, ut non tangatur.

[Cap. 4. De fonte in oriente.]

Fons est in oriente, de quo Grecus ignis efficitur. Psalmus: ‘\In/ meditatione enim exardescit ignis’.

10 [Cap. 5. De fonte in quo puer Christus balneatus fuit.]

Nota de fonte in quo puer Christus balneatus fuit, ex quo campus Babilonicus producens balsamum irrigatur, de quo dixi supra in titulo de natura arborum capitulo “balsamus”.

[Cap. 6. De fontibus in Affrica.]

15 Fontes \sunt/ in Affrica, qui voces sonoras faciunt, ut reffert Augustinus.

[Cap. 7. De fontibus in Cicilia.]

Fontes sunt in Cicilia duo, quorum unus steriles fecundat et alter fertiles ad sterilitatem deducit.

[Cap. 8. De fontibus in Boemia.]

20 Fontes sunt in Boemia, qui memoriam conferunt et alii qui oblivionem inducunt, ut dicit Augustinus.

[Cap. 9. De duo fluminibus in Thessalia.]

Flumina duo sunt in Thessalia, ex uno bibentes oves nigre fiunt, ex alio bibentes albe; ex utroque varie, ut reffert Augustinus.

25 [Cap. 10. De lacu in Ytalia.]

Lacus est in Ytalia, ex quo, qui biberit, tedium habet.

2 Fons...Egipto] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va. | Fons...Epiro] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 5 (p. 351, l. 1). | in Cipro/] Ox, c. *De aqua*, f. 112ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 105). | ut...accenduntur] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 5 (p. 351, l. 1-2). 5 Fons...tangatur] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 6 (p. 351, l. 1-3). 8 Fons...ignis] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 7 (p. 352, l. 1-3). 15 Fontes...Augustinus] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 10 (p. 352, l. 1-2). 17 Fontes...sterilitatem] Fontes...sterilitatem] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 13 (p. 352, l. 1-2). 20 Fontes...Augustinus] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86va-86vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 11 (p. 352, l. 1-2). 23 Flumina...Augustinus] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 14 (p. 352, l. 1-3). 26 Lacus...habet] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 16 (p. 352, l. 1-2).

[Cap. 11. De duo stagnis.]

Stagna duo sunt, ut dicit Augustinus, in quorum \altero scilicet Alee/ nulla res
natare potest; omnia enim merguntur, et alius est \scilicet Alpaticus/ in quo nulla res
vivens, eciam candela ardens, mergi potest, \et idem dicitur de Mari Mortuo, dicam
5 infra de IIIor elementis capitulo “aqua”//.

[Cap. 12. De duo lacibus.]

Lacus sunt duo, ut dicit Augustinus, in quibus aque ter in die amare fiunt et ter
dulces.

[Cap. 13. De agro in Asia.]

10 \In Asia apud Gerapolitanos est ager qui aqua calida irrigatur ut ff De aqua coti. et
esti. l. \I/ § Idem labeo.//

[Cap. 14. De quodam fonte.]

Fons est quidam iuxta quem, si tube sonent, quasi exultabundus levatur et ludit ita,
ut extra suas ripas tumescat, ut dicit Solinus.

15 [Cap. 15. De fonte in Catalonia, de fonte in Britannia, de lacu Pilati, de quodam
fonte in Provincia.]

Fons est in Catalonia, episcopatu Girundensi, in cacumine excelsi montis, in cuius
aquam, si lapides proiecti fuerint, pluvie et tonitrua provocantur. Et similis fons dicitur
esse in Britannia, ut reffert Liber rerum. Sic eciam de lacu Pilati prope Viennam in
20 quem corpus Pilati de Rodano piscatum fuit translatum, quia si in illius aquam
prohiciatur aliquid, statim insurgunt tonitrua et tempestates, ut vulgus reffert. \Sic
eciam dicitur de quodam fonte in Provincia, in quem si quis lapidem proiecerit vel
lignum, statim de fonte pluvia ascendit, que prohicientem totum humectat.//

[Cap. 16. De fonte Siloe.]

25 Fons Siloe tantum ter vel quater in ebdomada manat.

[Cap. 17. De fluvio iuxta montem Libani.]

Fluvius est iuxta montem Libani, quem Sabbatum appellant, eo quod sex diebus
\furiat/, septimo vero non, sed eo die copiosas ducit aquas.

2 Stagna...quorum] Ox, l. de fontibus et fluminibus, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 17 (p. 352, l. 1-2). | Alee/] Ox, c. De aqua, f. 112ra. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De fontibus (p. 104). nulla...scilicet] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 17 (p. 352, l. 1-3). 3 Alpaticus/] Ox, c. De aqua, f. 112ra. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De fontibus (p. 104). in...potest] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 86vb. | in...Mortuo] Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 17 (p. 352, l. 1-3). 4 Mari Mortuo] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 86vb. 7 Lacus...dulces] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 86vb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 18 (p. 352, l. 1-2). 17 est...proiecti] GERV. TILB., Otia imp. 3, 66 (p. 684-685). 18 pluvie...rerum] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 86vb-87ra. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 21 (p. 353, l. 1-3). 22 fonte...humectat/] GERV. TILB., Otia imp. 3, 89 (p. 732-733). 25 Fons...manat] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 87ra. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 23 (p. 353, l. 1-2). 27 Fluvius...aquas] Ox, l. De fontibus et fluminibus, f. 87ra. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 13, 24 (p. 353, l. 1 et 3-4).

3 Alpaticus/] Aspatico Ox 10 Gerapolitanos] Hierapolitanos Digest. 11 Idem] Item cod. 13 tube] tybie Ox 14 Solinus] Solinius cod. 20 corpus] ante corpus, scr. et post exp. pila cod.

[Cap. 18. De arena maris in Tirensi et Aconensy civitate.]

In Tirensi et Aconensy civitate ex arena maris et glarea marina purissimum fit vitrum.

[Cap. 19. De fluvio in Perside.]

5 Fluvius est in Perside, qui semper de nocte congelatur ita, ut homines et pecora transeant, de die semper in aquas resolvitur, ut dicit Istoria orientis.

[Cap. 20. De fonte in Perside.]

In Perside est fons qui saxa generat pre frigore.

[Cap. 21. De duo fontibus in castro de Pyolenc.]

10 In regno Aralatensi, prope Auraycam, castro de Pyolenc, sunt duo fontes, quorum una aqua numquam bullit et alterius licet bulliat, tamen numquam coquit quantumcumque ignis \fiat/. [f. 89r]

[Cap. 22. De aqua in Archadia.]

In Archadia profluit aqua cum saxis.

15 [Cap. 23. De fonte in Santhia.]

In Santhia fons est qui amorem tollit.

[Cap. 24. De lacu Genesar.]

20 Lacus Genesar non diffunditur ventis, sed iugiter manet in suo statu. Auram tamen generat qua frequenter agitur, unde eciam genesar dicitur Grece, quasi auram generans sibi, longitudo eius DCC stadiis octoaginta in latitudine continet; quidquid non vivit in eo mergitur, unde naves nec pisces sufferre potest.

[Cap. 25. De fluvio Hermes.]

In Asia minori loco dicto Caria est fluvius Hermes, aureis arenis famosus.

[Cap. 26. De fontibus in Sardinia.]

25 In Sardinia sunt fontes calidi, infirmis medelam, furibus inferentes cecitatem.

[Cap. 27. De fonte Ido.]

Nota de fonte \Ido/ paradisi terrestris ex quo procedunt flumina quatuor nobilissima scilicet Nilus, qui alias Gion dicitur, Ganges, Tigris et Eufrates.

2 In...vitrum] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 25 (p. 353, l. 1-3). 5 Fluvius...orientis] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 13, 27 (p. 353, l. 1-3). 8 In...frigore] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87ra. 10 In...ignis] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 48 (p. 648-649) et 128 (p. 822-823). 14 In...saxis] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87ra. 16 In...tollit] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87ra-87rb. 18 Lacus...potest] Ox, l. *De fontibus et fluminibus*, f. 87rb. 23 Asia...famosus] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 6 (p. 232-235). 25 In...cecitatem] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 12 (p. 342-345). 27 fonte] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 11 (p. 70-71). | \Ido/] *Epist. pres. Joh.* 22 (p. 912). | paradisi...Eufrates] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 11 (p. 70-73).

2 arena] areria cod. 12 \fiat/] add. sub l. cod. 16 Santhia] Sythya Ox 20 non] ante non, scr. et post del. et exp. in eo cod. 21 pisces] posces cod. 27 \Ido/] Ydonus *Epist. pres. Joh.*

[Cap. 28. De lacu in Boecia alias Boemia et de fonte in Chio.]

In Boecia alias Boemia lacus est furialis, de quo, si quis biberit, ardore libidinis exardescet. Et e contrario in Chio est fons qui tollit Venerem.

[Cap. 29. De aquis in Campania.]

5 In Campania sunt aque que sterilitatem feminarum et virorum insaniam auferunt.

[Cap. 30. De alio fonte in Ethiopia.]

In Ethiopia est fons quo perfusa corpora velut de oleo nitescunt.

[Cap. 31. De fonte in Cacalabo.]

10 In Cacalabo fertur esse fontem, qui insensibiliter recipit incrementum, si quis rubea veste indutus illuc accedit.

[Cap. 32. De fontibus qui mutant ligna in lapides.]

Fontes sunt qui iniecta ligna in lapides mutant ex eorum natura. Et quandoque hoc operatur natura ligni iniecti, sicut tetigi supra de natura arborum capitulo “fagus” \et capitulo I°//.

15 [Cap. 33. De fonte batisterii civitatis Terdone.]

Nota de fonte batisterii civitatis Terdone, in Ytalia, in quo, si quis babtizatus fuerit, eius vita protenditur usque ad XL annos. Unde dicitur Terdona a tribus donis, primo propter id quod dixi, secundo quia in vigilia pasce adventa hora benediccionis aque ipsa aqua ebullit, tercio quia ante mortem patris familias per annum, cum arantur eius terre
20 per bubulcos, sanguis sub cultro emanat et tunc est signum mortis de proximo future.

[Cap. 34. De balneis in loco Puteolanis.]

In regione Neapolitana, loco Puteolanis, Virgilius balnea construxit medicinalia ex fontibus, cameris et locis distinctis, et singulis eorum titulos inposuit designando adversus quam infirmitatem proficiebant et adhuc illa balnea esse dicuntur, licet demum
25 medici de Salerno ex invidia titulos aboluerint.

[Cap. 35. De fonte in castro sancti Restituti.]

In provincia Auraycensi, prope civitatem Tricastinam, est castrum ad latus in monte, iuxta rupem sancte Iuste, vulgariter dictum castrum sancti Restituti ex eo, quia corpus illius sancti ibi requiescit. Infra cuius clausuram est fons ad quem habetur
30 accessus descendendo per gradus. De quo mirandum quod mulier ad illum fontem non audet descendere citra incursum demencie vel furoris, quod experta fuit quedam domina

2 In Boecia] Ox, c. *De aqua*, f. 112ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 105). | lacus... Venerem] Ox, c. *De aqua*, f. 112ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 105-106). 5 In... auferunt] Ox, c. *De aqua*, f. 112ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 106). 7 In... nitescunt] Ox, c. *De aqua*, f. 112ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 107). 9 In... accedit] Ox, c. *De aqua*, f. 112rb. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 109). 12 Fontes... mutant] Ox, c. *De aqua*, f. 112rb. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De fontibus* (p. 110). 16 fonte... mortis] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 7 (p. 570-573). 22 In...construxit] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587). 23 singulis...titulos] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587). 24 infirmitatem] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587). | balnea] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587). 25 Salerno... titulos] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587).

16 batisterii] *id est baptisterii* 25 invidia] *invidia cod.*

regalis progenie pregnans existens, que cum illuc descendisset, puer loquatus est in utero et ipsa pariter sensum amisit.

[Cap. 36. De quodam fonte civitatis Marsilie.]

5 Mirandum de fonte quodam civitatis Marsilie transportum ipsius prope ecclesiam sancti Petri, sic ideo dicta fons sancti Petri, cuius aquam si naute auferint et pro usu navium, statim et per spacium VIII dierum putrescit et revolvitur, sed demum efficitur clarissima et optima in omni virtute et \inde/ ferri potest secure ubique navigando, conservaturque ex post continue in sui bonitate et efficacia.

[Cap. 37. De fonte ad radicem Olimpi montis.]

10 Ad radicem Olimpi montis in India oritur \fons/ perspicuus, omnium in se specierum saporem retinens. Variatur autem sapor per singulas horas diei et noctis. Et progreditur itinere dierum trium non longe a paradiso terrestri, unde Adam expulsus fuit. Si quis ex illo fonte ter ieiunus gustaverit, nullam infirmitatem pacietur, sed semper erit quasi in etate triginta annorum, quamdiu vixerit.

15 [Cap. 38. De fonte sive puteo in civitate Ciene.]

Est fons sive puteus in civitate Ciene a philozofis factus, LX cubitorum profundus, in cuius fundo splendet sol recto gradu mense Iunio.

[Cap. 39. De quibus fontibus ex quibus fit bitumen.]

20 Sunt fontes quidam ex quibus fit bitumen et ex illo fuit edificata turris Babel; bitumen aque multum resistit, nec dividitur nisi menstruoso sanguine, ut refferunt antiqui. [f. 89v]

[Cap. 40. De fluvio prope Indos.]

25 Prope Indos est fluvius \lapidum et/ arenosus, descendens a montibus distantibus tribus dietis a mari lapidum, qui fluit per terram sine aqua, sed cum lapidibus et arena usque ad dictum mare. Fluuntque ac labuntur ex eo parvi et magni lapides atque ligna. Et postquam mare intraverit fluvius, lapides evanescunt nec ultra apparent et quamdiu fluit, nullus eum transire potest. Ibidem tamen reperiuntur diversa genera piscium optima ad comedendum.

[Cap. 41. De quodam rivo iuxta desertum.]

30 Iuxta desertum inter montes inhabitabiles fluit rivus quidam, ad quem non patet transitus nisi ex fortuitu; apperitur enim aliquando aqua et si quis transit sub velocitate, exire habet, ne subito aqua claudatur et quidquid de arena capitur, lapides preciosi sunt et nobiles gemme. \Unde in illa terra nutriuntur pueri et instruuntur ad morandum sub aqua propter lapides inveniendos, ita ut aliquando tribus vel quatuor mensibus sub aqua

10 Ad...vixerit] *Epist. presb. Joh.* 27-28 (p. 912-913). 16 Est...Iunio] *Ox, c. De mirabilibus mundi*, f. 112va. Cf. *Ps. IOH. FOL., Liber de nat. c. De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis* (p. 116). 19 fontes...sanguine] *Ox, c. De aqua*, f. 106rb. 23 descendens...aqua] *Epist. presb. Joh.* 32 (p. 914). 24 arena...comedendum] *Epist. presb. Joh.* 31-33 (p. 914). 34 aqua¹...aqua²] *Epist. presb. Joh.* 40 (p. 914-915).

7 ferri] *ante ferri, scr. et post exp. demum cod.* | ubique] *ubi- scr. et post add. sup. l. -que cod.* 10 Ad] *Nota de fonte Olimpis montis add. in marg. alia recentior manus cod.* 14 triginta] *XXX duorum Epist. presb. Joh.* 16 Ciene] *id est Siene* 31 aqua] *terra Epist. presb. Joh.* 32 aqua] *terra Epist. presb. Joh.*

maneant. Et super hoc vide quod recito supra de monstruosis hominibus capitulo penultimo.//

[Tit. XVII.] De natura lapidum maxime preciosorum. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

5 Circa hunc tractatum primo queri potest quomodo fiant lapides in visceribus terre et qualiter nascentur et crescant. Respondemus ex dictis philosophorum quod ex vaporibus terre fiunt, qui de visceribus terre et partibus consurgunt et intercluduntur sorciunturque, formam secundum locum quem vacuum inveniunt, et colorem secundum qualitatem et combustionem elementorum contrahunt. \Quod lapides crescant, vide
10 textum ff Solu. matri. l. Divorcio § Si vir in fundo, et De fundo dotali l. Vir in fundo II, et De acqui. re. do. l. Pro regione.// Sed, quod lapides preciosi virtutes habeant maxime sanitatum, sunt nonnulli hoc pro fabulis reputantes, quos redarguit rerum experientia et sanctorum patrum scriptura. Nam legitur Salomonem docuisse includi sub lapidibus et
15 anulis \demonibus/, et cum sigillis et characteribus ipsos artari, \et Deus precepit \Moysi/ ornari vestimentum suum XII lapidibus quos statim nomino. Ostenditque Iohanni evangeliste celestem civitatem insignitam lapidibus, per quos virtutes designabantur, ut dicitur in Apocalixii, licet quoniam alliciantur demones per creaturas, ut ait Augustinus in libro De civitate Dei. Unde reffert Iosephus se vidisse quemdam exorcistam captum et adductum ad Vespesianum, dum obsideret Ierusalem, qui anulum, sub cuius gemma
20 radix \quidam/ erat, posuit in naribus cuiusdam et facta adiuracione, egressus est demon. Sed et Ciprianus quidam Cartaginensis magus in pixide reclusos habebat demones, quos, dum volebat, destinabat ad peragenda negocia. Cui beata Iustina resistenciam adhibuit signaculo crucis, dum precipisset demonibus ipsam adduci, ut reffert Gervasius. Hinc fieri inolevit anulos cum lapidibus sculptis cruce in medio et
25 circumcirca scripto nomine beate Iustine, qui obviant demonibus et maleficis. Verum// tamen virtutem habere dicendum a summo rerum auctore. Unde dicit Aristotiles in libro Methororum, omnis \virtus/ a Deo est. Sed attendendum quod lapides quandoque habent virtutes et efficacias intrinsecas \a sui natura/, et secundum se, quandoque secundum celaturas seu sculpturas et inpressiones, et quandoque extrinsecas eciam habent virtutes,
30 maxime quando debito modo consecrantur, quorum aliqui lapides consecrari solent cum herba sui \nominis, et liniti/ eciam cum sanguine \columbe, aut/ avis, aut bestie, \ut aliqui asserunt/, de quibus videbis in suis capitulis \et in fine tituli/. Verum est tamen quod lapides preciosi ex tactu vel gestu in mundi hominis privantur virtutibus suis, et per consecracionem reconsilantur. Ideo in fine huius tituli iungam modum consecrandi.
35 Sciendum tamen est quod XII sunt lapides inter ceteros speciales et principales, videlicet ametistus, agathes, berillus, carbunculus, crisolitus, iaspis, ligurius,

5 quomodo...terre] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87rb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 355, l. 2). 6 Respondemus...contrahunt] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87rb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 355, l. 3-7 et 12). 11 quod...sanitatum] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87rb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 355, l. 22-23). 13 legitur...demonibus/] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87va. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 356, l. 39-40). 17 alliciantur...Dei] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87rb-87va. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 356, l. 36-37). 18 Iosephus...adduci] GERV. TILB., Otia imp. 1, 20 (p. 118-119). 26 dicit...est] Ox, c. [Generaliter de lapidibus], f. 87rb. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 14, 1 (p. 355, l. 25).

1 capitulo] ante capitulo, scr. et post del. et exp. corporis cod. 9 combustionem] commixtionem Ox 13 Salomonem] Salamonem cod. 16 evangeliste] evvageliste cod. | lapidibus] lapibus scr. et post add. sup. l. -di- cod.; ante lapidibus scr. et post del. XII cod. 19 Vespesianum] Vespasianum Otia imp. 26 rerum] ante rerum, scr. et post exp. deo cod. 27 Sed] ante Sed, scr. et post del. et exp. De hiis Augustinus in libro De civitate Dei quod alliciantur demones per creaturas cod.

omnichinus, saphirus, smaragdus, sardius, topacius, de quibus vide per discursum huius tituli.

[Cap. 2. De ametisto.]

Ametistus est lapis unus de XII lapidibus preciosis, \et est quidam/ violacii coloris,
 5 et ille est melior, et quidam est quasi gutta ruffi vini corrupti aqua. Ebrietatibus contrarius est. In Ethiopia \et in India/ reperitur et in Germania, sed ille est vilis et obscurus.

[Cap. 3. De achate.]

Achates est lapis unus de XII, niger sed albis venis intermixtis; sitim sedat et
 10 facundam gratumque reddit \portantem ac tutum, viresque ministrat. Hic lapis primo repertus fuit in insula Cicilia, que Trinacria vel Massa dicitur, ut reffert Istoria Troyana.// Hunc lapidem griffi ponere solent in suis nidis, de quo tetigi supra de natura avium capitulo “griffi”.

[Cap. 4. De adamante.]

Adamas est lapis, cuius plura genera sunt. Est adamas qui in ultimis partibus Indie
 15 reperitur. Cuius duricies tanta est ut nulla re frangi possit, nisi sanguine hyrci recenter fuso. Huius fragmentis duris franguntur cetere gemme. Maior, qui reperitur, est ad modum nucis avellane in quantitate. Hic a quibusdam dyamas dicitur. Graciam confert portanti, gratis detur et accipiat. Nichil facit ipsum ementibus. \Hic portari debet
 20 clausus anulo aureo vel argenteo, solet etiam deferri in fulgenti regum armilla.// Alter reperitur in Arabia et in mari Cipri. \Alterum producit Philipis ferraria vena, qui apud vulgus *caramida* dicitur.// Virtute non inferior sed maior, ferrugineum habet colorem et obscurum [f. 90r], et sine sanguine hyrci frangitur. Ferrum atrahit. Magneti lapidi aufert ferrum, si presens est, sicut etiam tangam infra capitulo “magnes”, et vide quod ibi
 25 dicam. Stellam maris inter nebulas nautis indicat per acum, que diu secuta adamantem in vase aqua infuso, tandem substracto adamante, vertit acus acumen contra stellam. Hic lapis ad magicas artes valere dicitur. Fortem facit portantem contra hostes, \quia quemadmodum ferrum, sic corda hominum atrahit ad unionem. Idem de alia specie que dicitur dyamas, de qua supra statim dixi.// Sompnia vana repellit. Dicitur ex sudore
 30 madere, si adhibeas venenum. Lunaticis prodest. In panno vult portari linteo.

4 Ametistus...Ethiopia] Ox, c. *De amethisto*, f. 87va. | Ametistus...obscurus] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 2 (p. 356, l. 1-6). 6 India/] MARB., *Liber lapidum* c. 16, v. 244 (p. 62-63). | reperitur...obscurus] Ox, c. *De amethisto*, f. 87va. 9 Achates...reddit] Ox, c. *De achate*, f. 87va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 3 (p. 356, l. 1-3 et 5-6). 11 Trinacria] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 12 (p. 332-333). 15 Adamas...gemme] Ox, c. *De adamante*, f. 87va-87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 1-5). 17 ad...ementibus] Ox, c. *De adamante*, f. 87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 6-8). 20 clausus...armilla/] MARB., *Liber lapidum* c. 1, v. 48-49 (p. 14-15). | Alter...Cipri] Ox, c. *De adamante*, f. 87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 11). 21 producit...vena] MARB., *Liber lapidum* c. 1, v. 39 (p. 14-15). 22 Virtute...est] Ox, c. *De adamante*, f. 87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 12-15). 25 Stellam...hostes] Ox, c. *De adamante*, f. 87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 15-20 et 22-25). 29 Sompnia...portari] Ox, c. *De adamante*, f. 87vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 4 (p. 357, l. 25-28).

1 topacius] stopacius *cod.* 5 corrupti] corrupta Ox 11 Cicilia] Cicilie *cod.*; *id est* Sicilia

[Cap. 5. De abeston.]

Abeston lapis est in Arcadia coloris ferruginei. Hic lapis semel accensus extingui numquam potest, nec ymbre, nec aliqua alia re, ut dicit Ysidorus, quoniam semper ardet ut lucerna.

5 [Cap. 6. De amante.]

Amantes est lapis orientis allumini similis. Hoc lapide vestis perlinita igni resistit. Splendore tamen accepto ei nitescit aque lotus.

[Cap. 7. De allectorio.]

10 Allectorius lapis est cuius nature maior ad mensuram fabbe reperitur. Cristallo prope similis, qui in gallo generatur, sicut dixi supra in titulo de natura avium capitulo “gallus”. Sitim extinguit ore portatus. Victoriosus est. Discordes consiliat. Honores confert. Discretum facit et gratum, maxime uxores viris. Ad hoc ore portetur \clausus. Et reffert Marbodus quod auxilio huius lapidis multi superarunt prelia reges.//

[Cap. 8. De absicto.]

15 Absictus lapis est niger, qui semel calefactus ab igne, septem diebus retinet calorem.

[Cap. 9. De androdema.]

Androdema lapis est quadratus argentei coloris, de Mari Rubro proveniens. Furorem et luxuriam sectat.

20 [Cap. 10. De alamandina.]

Alamandina \reperitur in Asia, regione simili nomine Alamandina dicta. Cuius lux est emula sardi, secundum Marbodum. Et hic// lapis est pulcher, pene ut granatus, sed grossior prope ut robinus.

[Cap. 11. De berillo.]

25 Berillus est lapis unus de XII, cuius sunt plures species: Quidam cristallo similis, quidam ut aque marine, quidam oleo similis perlucido, quidam lucidissimus habens longas maculas ut capilli. Berillus habet sex angulares, arcus celestis coloris efficitis. In radio solis carbones vel pannum lineum nigrum vel fungum accendit. Morbo

2 Abeston...lucerna] Ox, c. *De abeston*, f. 87vb-88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 5 (p. 357, l. 1-5).
 6 Amantes...lotus] Ox, c. *De amante*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 6 (p. 357, l. 1-2).
 9 Allectorius...gallo] Ox, c. *De allectorio*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 7 (p. 357, l. 1-2).
 11 Sitim...portetur] Ox, c. *De allectorio*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 7 (p. 357-358, l. 4-6).
 12 \clausus] MARB., *Liber lapidum* c. 3, v. 91 (p. 22-23). 13 lapidis...reges//] MARB., *Liber lapidum* c. 3, v. 76 et 84 (p. 20-23). 15 Absictus...calorem] Ox, c. *De absintho*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 8 (p. 358, l. 1-2). 18 Androdema...sectat] Ox, c. *De andromada*, f. 88ra-88rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 10 (p. 358, l. 1-3). 21 Alamandina¹] Ox, c. *De açabandina*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 9 (p. 358, l. 1). | in...sardi] MARB., *Liber lapidum* c. 21, v. 331-332 (p. 80-81).
 22 lapis...robinus] Ox, c. *De açabandina*, f. 88ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 9 (p. 358, l. 1-3).
 25 Berillus...epatis] Ox, c. *De berillo*, f. 88rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 11 (p. 358, l. 1-2, 4-8 et 14-19).

11 consiliat] *id est conciliat* 12 Discretum] *Disertum* Ox 13 Marbodus] *Marrodus cod.* 15 Absictus] *Absinthus* Ox 18 Androdema] *Andromada* Ox 19 sectat] *secat* Ox 21 Alamandina¹] *Açabandina* Ox Alamandina²] *Alabanda Lib. lap.* | Cuius] *ante Cuius, scr. et post exp.* Et *cod.* 22 Marbodum] *Marrodum cod.* 25 similis...quidam¹] *similis, quidam pallidus, quidam* Ox 26 perlucido] *prolucido cod.*

esquinancie medetur et grandulas pellit in principio nascentes. Amorem coniugum reconciliat. Oculis medetur aqua ablutus, que aqua potata ructatus tollit et suspiria et dolores epatis. \Reperitur in Ethiopia et in India.//

[Cap. 12. De borace.]

- 5 Borax lapis est quem borax portat, de quo dixi supra de natura vermium capitulo “borax”, et habet virtutes de quibus ibi dixi. Tamen nota quod boraci adhuc palpitanti debet huiusmodi lapis extrahi.

[Cap. 13. De balaustro alias balasio.]

- 10 Balauster alias balasius secundum quosdam \ymo melius dicitur, ut reffert Marbodus, alabastrum. Et secundum eum// est lapis similis cristallo in colore, sed magis est obscurus \quasi lacti similis/, habetque virtutem, quod si portetur in iudicio vincere facit causas. Nec potest gestans haberi odio.

[Cap. 14. De carbunculo.]

- 15 Carbunculus omnium lapidum virtutibus peditus est et est unus de XII. Huius color est igneus \ad modum carbonis unde nomen sumpsit, qui in Greca lingua antrax dicitur. Nascitur in Libia Trocoditorum. Et hic// nocte lucet. In Libia nascitur. Tres habet species: primam carbunculi, secundam robini colore igneo, inferior tamen est virtute, terciam balaustri melioremque colore et virtute.

[Cap. 15. De calcedon.]

- 20 Calcedon est ebeti coloris et crassi pallore dentus inter iacintum et berillum medii coloris, qui si pertusus sit et collo feratur vel digito, causas vincere perhibetur, et huius lapidis tres sunt species.

[Cap. 16. De corallo.]

- 25 Corallus rubeus \est/ valde figuram habet tamquam cornu cervi. Est radix vel herba in mari que extracta, durescit in lapidem. Resistit fulmini et tempestati. Demones fugat. Casus adversos advertit et comoda prestat. Dissolutio et revolutio cordis ex corallo medetur, de quo dixi supra de anathomia humani corporis capitulo “cor”, et ibi vide. Reffert Metrodorus, cuius dicta auctoritat Marbodus, quod corallus in vinetis \et/ olivetis aspersus, aut in agro cum semine iactus, grandines, casmata et calamitates repellit, fertilitatem prestat, fructusque multiplicat. Umbras demoniacas et monstra fugat. [f. 90v]

3 India/] MARB., *Liber lapidum* c. 12, v. 197 (p. 50-51). 5 Borax...portat] Ox, c. *De borace*, f. 88rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 12 (p. 358, l. 1-2). 6 adhuc...extrahi] Ox, c. *De borace*, f. 88rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 12 (p. 358, l. 5). 14 Carbunculus...igneus] Ox, c. *De carbonculo*, f. 88rb-88va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 13 (p. 359, l. 1-4). 15 carbonis...Trocoditorum] MARB., *Liber lapidum* c. 23, v. 343-345 et 348 (p. 84-85). 16 nocte...virtute²] Ox, c. *De carbonculo*, f. 88va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 13 (p. 359, l. 4 et 6-12). 20 Calcedon...species] Ox, c. *De calcedonio*, f. 88va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 14 (p. 359, l. 1). 24 Corallus...prestat] Ox, c. *De corallo*, f. 88va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 15 (p. 359, l. 1-5 et 7-9). 28 Metrodorus] MARB., *Liber lapidum* c. 20, v. 322 (p. 78-79). | corallus...monstra] MARB., *Liber lapidum* c. 20, v. 313 et 325-329 (p. 76-79).

1 esquinancie] *id est* squinancie | grandulas] glandulas Ox 2 reconciliat] *id est* reconciliat 10 Marbodus] Marrodus *cod.* 16 Trocoditorum] Tragoditarum *Lib. lap.* 20 Calcedon] Calcedonius Ox 21 pertusus] perfossus Ox | perhibetur] prohibetur Ox 28 Marbodus] Marrodus *cod.*

[Cap. 17. De crisopacion.]

Crisopacion duos habet colores permixtos, aureum fere et ferri colorem. Raro invenitur. In India reperitur, \sed Marbodus reffert quod tellus Ethiopum hunc gignit, nocte lucet ut ignis, sed die obscuratur//.

5 [Cap. 18. De celidonio.]

Celidonium secundum aliquos in nido irundinis reperitur, vel potius in eius iecore \vel ventre, secundum Marbodum/, de quo dixi supra de natura avium capitulo “irundo”, et ibi vide. Lunaticis prodest et insanis. Diuturnos langores \sedat/. Facundum reddit hominem et gratum. In lineo panno et in sinistro latere portari vult. Negociatoribus valet
10 iram mitigat. Dilutus aqua lumina clarificat. Febres sedat et humores noxios, \si// in croceo panno defferatur.

[Cap. 19. De calcofano.]

Calcofanos niger est, qui portatus ab homine casto, vocem sonoram reddit. Lapis ipse percussus sonat ut es.

15 [Cap. 20. De cristallo.]

Cristallus est lapis induratus per multos annos de glacie. Si rotundus subiectus soli fuerit, accendit fungos et alia sicut berillus, sicut dixi supra capitulo “berillus”. Tritus et cum melle mixtus et potatus ubera lacte replet. \In Scitia prope Indos reperiuntur cristalli purissimi.//

20 [Cap. 21. De cerauno.]

Ceraunus est cerulei coloris, qui cum fulmine de celo cadit \et in illis locis, ubi fulmen cadit, reperiri dicitur et dicitur ceraunus in Greco, quasi fulmen in Latino, gestans illum preservatur a fulmine in terra, flumine vel mari. Victoriam in causis et preliis prestat et dulcia sompnia prebet, ut dicit Marbodus, secundum quem eciam//, ubi
25 iste lapis fuerit, locus ille non fulminabitur. Acutus est in parte.

2 Crisopacion...reperitur] Ox, c. *De crisopasso*, f. 88va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 16 (p. 359, l. 1-4). 3 tellus...die] MARB., *Liber lapidum* c. 60, v. 703 et 705 (p. 176-177). 6 Celidonium...reperitur] Ox, c. *De celidonio*, f. 88va. | Celidonium...iecore] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 17 (p. 360, l. 1-3). 7 ventre] MARB., *Liber lapidum* c. 17, v. 250 (p. 64-65). 8 Lunaticis...panno] Ox, c. *De celidonio*, f. 88va-88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 17 (p. 360, l. 5-7 et 9-10). 13 Calcofanos...es] Ox, c. *De calcophano*, f. 88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 18 (p. 360, l. 1-3). 16 Cristallus...berillus¹] Ox, c. *De cristallo*, f. 88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 19 (p. 360, l. 1 et 4-5). 17 Tritus...replet] Ox, c. *De cristallo*, f. 88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 19 (p. 360, l. 5-6). 21 Ceraunus...cadit] Ox, c. *De centauno*, f. 88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 21 (p. 360, l. 1-2). | illis...Greco] MARB., *Liber lapidum* c. 28, v. 406-409 (p. 96-97). 23 gestans...sompnia] MARB., *Liber lapidum* c. 28, v. 410, 412 et 414-415 (p. 96-99). 24 ubi...parte] Ox, c. *De centauno*, f. 88vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 21 (p. 360, l. 2-3).

3 Marbodus] Marrodus *cod.* 7 Marbodum/] Marrodum *cod.* | de¹...vide] de hoc quere supra de irundine Ox 19 purissimi//] purissimi *cod.* 21 Ceraunus] ante Ceraunus, *scr. et post del.* [C]risolitus auro in colore est similis vel electo [!] si amoveatur igitur corripitur et velut abigatur ab igne resilit *cod.* 24 Marbodus] Marrodus *cod.* | Marbodus] Marrodus *cod.*

[Cap. 22. De cornelio vel corneolo.]

Cornelius vel corneolus rubeus est, sed obscurus similis carni in cute vel \carnis lavature. Collo, digitove portatus in diceptando, exsurgentes// iras mitigat, fluentem sanguinem de membro vel de naso \sistit/, precipue in femina.

5 [Cap. 23. De crisolito.]

Crisolitus est unus lapis de XII, hic aurum mutat alias imitatur in colore, sintillat ut ignis, mari similis \in undis/, habens quoddam viroris ad umbras. Contra nocturnos timores valet. Qui si perforatus fuerit et foramen repletum setis asini, demones exagittat. \Hic involutus panno gestetur lacerti, mititur hic lapis ab Ethiopia, secundum

10 Marbodum.//

[Cap. 24. De caramida.]

Caramida est lapis de genere adamantis, de cuius natura dixi supra capitulo “adamas”.

[Cap. 25. De dracontida.]

15 Dracontida lapis est draconis, de cuius natura require supra de natura serpentum capitulo “draco”, et ibi vide.

[Cap. 26. De dionisia.]

Dionisia lapis est niger distinctis rubeis guttis. In aqua tritus vini fragat odorem, tamen odor eius ebrietatem fugat.

20 [Cap. 27. De diamante.]

Diamas est de specie adamantis, de cuius natura dixi supra in capitulo “adamas”, et ibi vide.

[Cap. 28. De diado.]

25 Diados berillo similis est, qui iniectus aquis varias efigit efficies demonum, ita ut responsa det querentibus. Si adhibeatur corpori deffuncto, amitit vires.

[Cap. 29. De donatithe.]

\Donatithes lapis est qui invenitur in capite gliris, de cuius natura dixi supra de natura pecudum capitulo “glix”.//

2 Cornelius...cute] Ox, c. *De cornellio*, f. 88vb-89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 22 (p. 360, l. 1-2). | \carnis...exsurgentes//] MARB., *Liber lapidum* c. 22, v. 337-339 (p. 82-83). 3 iras...femina] Ox, c. *De cornellio*, f. 89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 22 (p. 360, l. 2-3). 6 Crisolitus...mutat] Ox, c. *De crisolito*, f. 89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 23 (p. 360, l. 1-2). | sintillat...exagittat] Ox, c. *De crisolito*, f. 89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 23 (p. 360-361, l. 2-4). 9 lacerti...Ethiopia] MARB., *Liber lapidum* c. 11, v. 191-192 (p. 48-49). 15 Dracontida...draconis] Ox, c. *De dracontida*, f. 89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 24 (p. 361, l. 1). | require...de²] Ox, c. *De dracontida*, f. 89ra. 16 draco] Ox, c. *De dracontida*, f. 89ra. 18 Dionisia...fugat] Ox, c. *De dionisia*, f. 89ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 25 (p. 361, l. 1-3). 24 Diados...vires] Ox, c. *De diadocho*, f. 89ra-89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 26 (p. 361, l. 1-3).

3 diceptando] *id est* disceptando 6 mutat] micat Ox 10 Marbodum//] Marrodum *cod.* 15 Dracontida] Dracontide Ox 18 rubeis] *ante* rubeis, *scr. et post exp. nuelis cod.*; niveis Ox | aqua] -qua *scr. et post add. sup. l. a- cod.* 24 Diados] Diadochos Ox | efigit] efficit Ox | efficies] effigies Ox

[Cap. 30. De emathite.]

Emathites lapis est sic dictus, quia sanguinem stringit, nam dicitur secundum Platearium ab ema, quod est sanguis et thites, quod est sistens, quasi sanguinem sistens. In Ethiopia invenitur \et eciam in Affrica et Arabia, secundum Marbodum//. Coloris est ferruginei venis sanguineis. Confractus et resolutus in aquam fluxum sanguinis menstruorum et ventris sanat. Pulvis eius vino mixtus ulcera sanat. Bibitus lapidem vesice frangit. Pulvis eciam eius mortuas carnes in vulnere corrodit.

[Cap. 31. De ethite.]

Ethites in nido aquile invenitur, quem ibi ponit ad refrigerenda ova \et conservanda/ \et custodiam nidi sui, et ut cum hoc lapide valeat pullis suis dubios advertere casus//, sicut tetigi supra de natura avium capitulo “aquila”. \Punicei coloris est/ hic lapis, interius habet lapillum, ex quo sonorius est, et \ideo/ dicitur lapis pregnans. Mulieres pregnantas iuvat efficaciter, ne faciant abortum et ne laborent in partu. Sobrietatem confert. Auget divicias et gratiam. Victorem facit et pueros incolumes, lumenque recuperare facit \super se portatus. Mirabile eciam reffert Marbodus quod, si ethites ponatur in pulmento sive immitatur, et desninuto vel tibi suspecto eo tempore quo de eo formidaris, quod ex illo immune gustare poterit aut quidquam transglutire. Et quod dixi in nido aquile reperiri sic et alibi, ut \in/ Persarum regione et in littoribus oceani et in extremis orbis in oris Iovis, unde aquila hunc lapidem deffert, \ut/ dictus Marbodus dicit.//

[Cap. 32. De elitropia.]

Elitropia lapis est, qui radiis solis subiectus in vase aque pleno sanguineum reddit solem et si pateretur eclipsim, nec mora ipsum vas aque, in quo iacet, videretur bullire et aquam spargere velut ymbrem. Hoc facto areptici, si presentes sunt, rapiuntur extra se et predicunt futura. Hic lapis gestantem se producit in longa tempora vite. Si elitropia eiusdem nominis herba subiecta fuerit lapidi et debito carmine consecrata, gemma hominem reddit invisibilem. Elitropia herba eademque est sponsa solis vel solsequium, ut dicunt quidam, de quo supra de natura herbarum capitulo “sponsa solis”. Hanc gemmam fert Ethiopia, Cyprus et Affrica. Instar \est/ smaragdi viridis et sanguineis guttis aspersus. Sanguinis fluxum astringit et pellit venenum, nec gestantem falli permitit. [f. 91r]

2 Emathites] Ox, c. *De emachite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 27 (p. 361, l. 1). 4 In... invenitur] Ox, c. *De emachite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 27 (p. 361, l. 1). | \et... Arabia] MARB., *Liber lapidum* c. 32, v. 486 (p. 114-115). | Coloris... corrodit] Ox, c. *De emachite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 27 (p. 361, l. 1-2 et 8-11). 9 Ethites... ova] Ox, c. *De ethite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 28 (p. 361, l. 1-4). 10 custodiam nidi] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 363 (p. 88-89). | valeat... casus//] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 364 (p. 88-89). 11 \Punicei... est] Ox, c. *De ethite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 28 (p. 361, l. 4-5). 13 pregnantas... facit] Ox, c. *De ethite*, f. 89rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 28 (p. 361, l. 5-8). 16 ethites... pulmento] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 377 (p. 90-91). | tibi... suspecto] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 374 (p. 88-89). 17 formidaris] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 376 (p. 90-91). | gustare] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 379 (p. 90-91). 18 transglutire] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 378 (p. 90-91). | reperiri] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 381 (p. 90-91). | Persarum... aquila] MARB., *Liber lapidum* c. 25, v. 362 et 381-382 (p. 88-91). 22 Elitropia... quidam] Ox, c. *De elitropia*, f. 89rb-89va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 29 (p. 361-362, l. 1-9). 28 Hanc... aspersus] Ox, c. *De elitropia*, f. 89va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 29 (p. 362, l. 9-10). 30 Sanguinis... falli] MARB., *Liber lapidum* c. 29, v. 432-433 (p. 100-101).

4 Marbodum//] Marrodum *cod.* 12 sonorius] sonorus Ox 13 abortum] aborsum Ox 16 Marbodus] Marrodus *cod.* | desninuto] *id est* diminuto 18 transglutire] *transglutire cod.* 20 Marbodus] Marrodus *cod.* 24 areptici] arepticii Ox

[Cap. 33. De elidra.]

Elidras crystallo similis est, perpetuis lacrimis distillat, nec tamen minuitur.

[Cap. 34. De granato.]

Granatus est lapis pulcher et pene est similis robino, sed grossior coloris, ut rosa et
 5 cum difficultate sculpsitur. Clarior fit, si ei substernitur color niger. Tristiciam fugat.
 Animum ylaem facit. In Ethiopia invenitur et in arenis circa Tirum. Quoddam genus est
 quod violaceum colorem habet mixtum rubori, quod violatum dicitur.

[Cap. 35. De gagate.]

Gagates in Licia et in Perusia reperitur, \sed eximium longinca Britannia gignit,
 10 secundum Marbodum//, et quidam est lucidus et quidam niger, atrahit \paleas//, atritum.
 Calefactus ardet. Aqua lotus restringitur. Ydropicis prodest. Dentes labefactos
 confirmat. Aqua ablucionis eius et bibita reddit menstrua. Accensus prodest. Demones
 fugat aut, si loquantur per os obcessi hominis, fumus cogit eos tacere. Stomacum
 15 eversum iuvat. Contra prestigia valet. Aqua, in qua per triduum iacuerit, cito partum
 liberat. Sed et ipsa aqua a puella bibita, si est virgo, manet inmota; si vero corrupta,
 statim emitit urinam.

[Cap. 36. De gelacia.]

Gelacia grandinis profert candorem \et figuram/, numquam calefieri potest ab igne.

[Cap. 37. De galactida.]

Galactida similis est cineri, cum lacte tritus et potatus lac multiplicat et pregnantem
 20 liberat. \Idem operatur, si hic lapis pertusus ad collum filo circumdato portetur, ut
 fecundet mulierem et ubera lacte habundet, prestatque facilem partum, si ad femur
 simili ratione ligetur, dum laborat in partu, secundum Marbodum.// Scabiem fugat, cum
 vitello ovi lotus prestat bonam gratiam. In Nilo reperitur.

25 [Cap. 38. De gagatromeo.]

Gagatromeus \similis est/ pelli caprioli. Gestantem victorem facit. Nec in terra, nec
 in mari quisquam resistere potest. Guttis sanguineis quandoque tingitur. \Istius presidio

2 Elidras...minuitur] Ox, c. *De elidro*, f. 89va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 30 (p. 362, l. 1-2 et 4).
 4 Granatus...dicitur] Ox, c. *De granato*, f. 89va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 31 (p. 362, l. 1-6).
 9 Gagates...in²] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 32 (p. 362, l. 1). | Gagates...reperitur] Ox, c. *De agathe*, f. 89va-89vb. | \sed...gignit] MARB., *Liber lapidum* c. 18, v. 269 (p. 66-67). 10 est...urinam] Ox, c. *De agathe*, f. 89vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 32 (p. 362, l. 2-10). 18 Gelacia...candorem] Ox, c. *De gelasia*, f. 89vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 33 (p. 362, l. 1). | figuram/] MARB., *Liber lapidum* c. 37, v. 524 (p. 126-127). | numquam...igne] Ox, c. *De gelasia*, f. 89vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 33 (p. 362, l. 2). 20 Galactida...liberat] Ox, c. *De galaritide*, f. 89vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 35 (p. 363, l. 1-2). 21 lapis...partu] MARB., *Liber lapidum* c. 42, v. 565-569 (p. 136-137). 23 Scabiem...reperitur] Ox, c. *De galaritide*, f. 89vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 35 (p. 363, l. 2-3). 26 Gagatromeus...potest] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 36 (p. 363, l. 1-2). Gagatromeus...tingitur] Ox, c. *De gagatromeo*, f. 89vb-90ra. 27 \Istius...illum] MARB., *Liber lapidum* c. 27, v. 400-401 (p. 94-95).

2 Elidras] Elidros Ox 7 violatum] violatium Ox 9 Perusia] Prusia Ox 10 Marbodum//] Marrodum cod. | atritum] altum cod. Ox 11 labefactos] labefactas cod. 13 obcessi] id est obsessi 16 urinam] Idem dicit Guillelmus Parisiensis super cognitione virginitatis add. in marg. alia recentior manus cod. Idem...virginitatis] Cf. GUIL. PARI., *De univ.* 2, 3, 22 (p. 1060, col. 1, lettre G et H). 18 profert] prefert Ox 20 Galactida] Galaritides Ox 23 Marbodum//] Marrodum cod. 24 prestat] scr. presta- et post add. sup. l. -t cod. | gratiam] genera Ox 26 pelli] populi vel pulli Ox 27 Guttis] Cratis Ox

Alcides multa pericula vicit et subcubuit quociens non sustulit illum, ut reffert Marbodus.//

[Cap. 39. De iaspide.]

Iaspis est lapis unus de XII, viridis coloris \et/ translucens melior est. \Et si
5 consecratus// casto portetur, febres et ydropisim fugat. Iuvat mulieres in partu. Gratum facit. Fantasmata pellit. In argento portetur. Est tamen quoddam genus huius lapidis rubeum.

[Cap. 40. De iacinto.]

Iacintus est in obscuro nubilosus, in sereno clarus. Durus in tantum quod non
10 sculpat, nisi fragmentis adamantis. Frigidissimus est. In ore positus confortat gestantem, fugat tristiciam et suspiciones vanas. Securus facit in longinquis terris euntem. Contra pestilenciam, serpentes et venena valet. Gratum facit. Granatus est huiusmodi generis, de Ethiopia venit.

[Cap. 41. De iscisto.]

Iscistos, ut dicit Ysidorus, invenitur in Yspania croco similis. Cum levi fulgore,
15 facile fabricabilis. Si ex ipso lapide contexta fuerit vestis, hec inposita igni non ardet, sed nitescit. Allumini similis est aliquando. Resistit veneficiis maxime magorum.

[Cap. 42. De irin.]

Irin cristallo similis est, sexangulares pariter, colores facit instar arcus celestis.
20 Contra fulmen valet. In Rubro Mari invenitur \et in Arabia/ et in saxosis moncium locis Germanie et Ytalie.

[Cap. 43. De iena.]

Iena de oculis bestie iene extrahitur. Sub lingua portetur et dat predicere futura, de hoc animali vide supra de natura pecudum capitulo "iena".

25 [Cap. 44. De liparea.]

Liparea lapis est in Libia, ad quem natura docente omne genus ferarum quasi ad patronum fugit, cum canes vel venatores eas insecuntur, nec eis ibi quis nocere potest. \Et ideo si quis gesserit hunc lapidem, non eget cursu canum curave sagaci. Niger est, secundum Marbodum.//

4 Iaspis...rubeum] Ox, c. *De aspide* [!], f. 90ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 37 (p. 363, l. 1-6 et 8).
9 Iacintus...venit] Ox, c. *De iacincto*, f. 90ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 38 (p. 363, l. 1-2 et 4-9).
15 Iscistos...magorum] Ox, c. *De yscisto*, f. 90ra-90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 40 (p. 363-364, l. 1-5). 19 Irin...invenitur] Ox, c. *De yrim*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 41 (p. 364, l. 1-4, 6 et 8-9). 20 Arabia/] MARB., *Liber lapidum* c. 47, v. 610 (p. 148-149). | et...Ytalie] Ox, c. *De yrim*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 41 (p. 364, l. 6-7). 23 Iena...futura] Ox, c. *De iena*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 42 (p. 364, l. 1-3). 26 Liparea...potest] Ox, c. *De lutaria*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 43 (p. 364, l. 1-3). 28 gesserit...sagaci] MARB., *Liber lapidum* c. 45, v. 599-600 (p. 144-145).

2 Marbodus//] Marrodus cod. 4 est²] post est, scr. et post. exp. si c cod. 5 casto] caste cod. 9 Iacintus] Iacinctus Ox 10 Frigidissimus] Frigissimus scr. et post add. sup. l. -di- cod. 16 contexta] contextata cod. 19 Irin] Irim Ox | pariter] paritur cod. 20 fulmen] fulgur Ox 29 Marbodum//] Marrodum cod.

[Cap. 45. De ligurio.]

Ligurius est lapis unus de XII. Carbunculo similis vel, ut quidam volunt, viridis est hic lapis. De urina lincis animalis indurata in lapidem provenit, de quo animali dixi supra de natura pecudum capitulo “linx”. Huiusmodi lapis ablutus in aqua ventrem
5 solvit constipatis. \\Ictericos facit// recuperare colorem in facie. Paleas levat.

[Cap. 46. De lapide cancris.]

Lapis cancris invenitur in pisce, qui dicitur carcer, de quo dixi supra de natura piscium capitulo “cancer”, et ibi vide.

[Cap. 47. De lapide lucii.]

10 Lapis lucii, de hoc vide supra de natura piscium in capitulo “lucius”.

[Cap. 48. De lapide piscis corvi.]

Lapis piscis corvi prodest portatus renibus, et in capite illius piscis duo tales lapides supra oculos eius.

[Cap. 49. De lapide in stomaco gruis.]

15 Lapis reperitur in stomaco gruis, de cuius natura dixi supra de natura avium capitulo “grues”, et ibi videre potes.

[Cap. 50. De lapide in felle bovis.]

Lapis procreatur in felle bovis, de cuius proprietate dixi supra de natura pecudum capitulo “taurus”.

20 [Cap. 51. De quibus lapidibus in capite asini.]

Lapides quidam procreantur in capite asini, de quorum virtute dixi supra dicto titulo capitulo “asinus”. [f. 91v]

[Cap. 52. De lapide in capite vulturis.]

25 Lapis invenitur in capite vulturis, de cuius virtute dixi supra de natura avium capitulo “vultur”, et ibi vide.

[Cap. 53. De lapide in nido upupe.]

Lapis eciam reperitur in nido upupe, de cuius efficacia videre potes supra de natura avium capitulo “upupa”.

[Cap. 54. De lapide in capite onagri.]

30 Lapidem deffert onager in capite, qui est multe efficacie, de quo vide supra de natura pecudum capitulo “onager”.

[Cap. 55. De quodam lapide noto corvo.]

Lapis est quidam corvo naturaliter notus, cum quo ova sua cocta vel infirma sanat et ad statum pristinum reducit, de quo vide supra de natura avium capitulo “corvus”.

2 Ligurius...provenit] Ox, c. *De ligurio*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 44 (p. 364-365, l. 1-3 et 8-10). 4 ablutus...constipatis] Ox, c. *De ligurio*, f. 90rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 44 (p. 365, l. 10-11). 5 \\Ictericos] MARB., *Liber lapidum* c. 24, v. 359 (p. 86-87). | recuperare...levat] Ox, c. *De ligurio*, f. 90rb-90va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 44 (p. 365, l. 11-12).

5 Paleas] *Palleas scr. et post exp. -l- cod.*

[Cap. 56. De margarita.]

Margarita lapis \est/ qui in conca piscis concipitur, de quo dixi supra de natura piscium capitulo “nacra”.

[Cap. 57. De magnete.]

- 5 Magnes lapis \reperitur in India apud Trocoditas, que patria est gemmarum optima nutrix, secundum Marbodum//. Est coloris ferruginei. Ferrum trahit, quod tamen non potest facere si adamas presens est, sicut dixi supra capitulo “adamas”. Magicis artibus valet \quo prius usum fuisse Deendon magum, reffert Marbodus antedictus et nichil
- 10 potencius in arte magica//. Hunc lapidem, si quis ponat sub capite uxoris dormientis, si casta est mox petet amplexum mariti eciam dormiendo. Si adultera est, de lecto tamquam repulsa manu subito furore coacta cadet. Consiliat uxores viris. Si quis furandi gracia domum intret posueritque per loca quatuor pruinas ardentes et superaspergat fragmenta magnetis, statim fumi vapor evertit mentes habitantium domum fugatque procul a domo, ita ut fur inpune, que sunt in domo, rapiat. Hic lapis contritus et lacte
- 15 commixtus ydropicum morbum resolvit. Combusturas eciam in pulvere redactus sanat. Hic lapis invenitur apud Trocoditas et Indos, \ut dixi/. Apud quos sunt montes lapidee huius nature. Unde naves clavate clavis ferreis, cum ibi applicantur, dissolvuntur propter atraccionem clavorum. Vitrum eciam ut ferrum trahit.

[Cap. 58. De memphite.]

- 20 Memphites habet colorem fere ignis. Hic tritus et in aceto mixtus datur ad bibendum hiis, qui urendi sunt vel secandi, ne senciant cruciatum.

[Cap. 59. De melochite.]

- Melochites lapis est Arabie, crassum colorem habens et viridem fere ut smaragdus, sed non est ita lucidus. Protegit a casibus sinistris \et ideo in cunabulis infantum ad
- 25 proteccionem teneri solent, ne teneros artus possit iniqua nocere. Hunc fertur prius inventum apud Arabum gentes, secundum Marbodum//

2 Margarita] Ox, c. *De margaritis*, f. 90va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 44 (p. 365, l. 1). 5 Magnes] Ox, c. *De magnete*, f. 90va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 45 (p. 365, l. 1). | India...Trocoditas] MARB., *Liber lapidum* c. 19, v. 284-285 (p. 70-71). 6 Est...est] Ox, c. *De magnete*, f. 90va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 45 (p. 365, l. 1-3). 7 Magicis...valet] Ox, c. *De magnete*, f. 90va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 45 (p. 365, l. 3). 8 usum...magum] MARB., *Liber lapidum* c. 19, v. 288 (p. 70-71). | nichil...magica/] MARB., *Liber lapidum* c. 19, v. 289 (p. 70-71). 9 Hunc...Indos] Ox, c. *De magnete*, f. 90va-90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 45 (p. 365, l. 4-14). 18 Vitrum...trahit] Ox, c. *De magnete*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 45 (p. 365, l. 15). 20 Memphites...cruciatum] Ox, c. *De memphito*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 46 (p. 365, l. 1-4). 23 Melochites...sinistris] Ox, c. *De melonite*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 47 (p. 365, l. 1-3). 24 infantum...gentes] MARB., *Liber lapidum* c. 54, v. 669-671 et 674 (p. 164-165).

3 nacra] *post nacra, scr. et post exp. cero cod.* 5 Magnes] Ut lapis magnes recuperet virtutem perditam, pone dictum lapidem infra panne ordeaceum calidissimum vel sanguinem yrci calidum et recuperabit virtutem <p>rius amissam *add. in marg. alia recentior manus cod.* | Trocoditas] Tragoditas *Lib. lap.* 6 Marbodum//] Marrodium *cod.* 8 Deendon] Deendor *Lib. lap.* | Marbodus] Marrodus *cod.* 11 Consiliat] *id est* Conciliat 12 pruinas] prunas Ox 16 Trocoditas] Trogoditas Ox 26 Marbodum//] Marrodum *cod.*

[Cap. 60. De medo.]

Medus \\dictus est, quia in Medorum regione reperitur. Et// lapis est viridis tante virtutis, quod si lacte mulieris, que masculum peperit, abluatur \et distemperetur/ et oculis cecis adhibeatur, visum reddit. Sed si in aqua vel vino contrarium operatur, quia
 5 hominem secum reddit. Ymo si quis talem loturam vel ablucionem biberet, faceret evomi pulmonem et hominem deduceret ad mortem. Hic podagram \veterem/ et freneticos sanat.

[Cap. 61. De onichino.]

Onichinus est unus de XII. De hoc diverse sunt opiniones. Dicit glosa super
 10 Leviticum quod sit ostreola bene redolens, magnitudine et colore unguis humani, crescens in conca ut margarita. Beda dicit quod sit niger intercurrentibus albis zonis. Platearius dicit quod sit gummi quoddam de arbore onicha fluens induratum in lapidem, de qua arbore vide supra de natura arborum capitulo “onicha”. Contra scabiem valet, faciem albificat. Igni inmissus bene redolet. Oculo infirmo impositus per se quasi iuvat
 15 sine lesione, circuit per omnes partes sumptus et interius, excutit malos humores et post hec egreditur.

[Cap. 62. De onice.]

Onix in parte albus est et in parte niger, tristiciam et fantasmata in sompnis repellit, tamen lites et discordias movet et multiplicat. \\Dicitur et pueris augere salivas nimias,
 20 que non operatur, si sardonix adsit. Hunc lapidem mitunt Arabes et Indi.//

[Cap. 63. De obtolane.]

Obtolanis qui dicitur et oltanus gestantem invisibilem facit, advertens mille oculos circumstancium. Colorem eius actor tacet, ne inveniatur.

[Cap. 64. De orite.]

25 Orites viret cum albis maculis adversis resistit. Est quidam niger, rotundus, qui unctus oleo abigit venenata. Est quidam eciam quasi parva lamina ferri inpregnari impedit, et fundere facit fetum pregnantis.

2 Medus] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 1). | in...viridis] MARB., *Liber lapidum* c. 36, v. 505 et 510 (p. 122-123). 3 lacte...peperit] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 2). 4 cecis...reddit] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 2). 5 secum] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 4). | faceret...pulmonem] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 3). 6 podagram...sanat] Ox, c. *De medo*, f. 90vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 48 (p. 365, l. 2-3). 9 Onichinus...lapidem] Ox, c. *De omnichino*, f. 90vb-91ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 49 (p. 365-366, l. 1-9 et 11-12). 13 Contra...egreditur] Ox, c. *De omnichino*, f. 91ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 49 (p. 366, l. 16-19). 18 Onix...multiplicat] Ox, c. *De onice*, f. 91ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 50 (p. 366, l. 1-4). 19 \\Dicitur...nimias] MARB., *Liber lapidum* c. 9, v. 176 (p. 44-45). 20 Hunc...Indi//] MARB., *Liber lapidum* c. 9, v. 177 (p. 44-45). 22 Obtolanis...inveniatur] Ox, c. *De ostolano*, f. 91ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 51 (p. 366, l. 1-4). 25 Orites...pregnantis] Ox, c. *De orite*, f. 91ra-91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 52 (p. 366, l. 1-5).

5 secum] *id est cecum* 6 evomi] *ante evomi, scr. et post exp. emovii cod.* | podagram] *podragam cod.* 9 Onichinus] *Omnichinus Ox* 22 Obtolanis] *Ostolanus Ox* | oltanus] *oltalmus Ox* 25 maculis] *ante maculis, scr. et post exp. cum albis cod.*

[Cap. 65. De pirite vel peridonio.]

Pirites vel peridonius flavi coloris est. \Dictus a pir, quod est ignis, qui se vetat astringi et ideo vult pavidè tractari. Nam// si forcius stringatur in manu, ipsam manum adurit, et reperitur in Persia.

5 [Cap. 66. De prasio.]

Prasius viret ut smaragdus, tamen obscurior et grossior est. Aurum tantum ornat, ad nichil est utilis, quandoque tamen sumitur pro smaragdo. [f. 92r]

[Cap. 67. De pantheram.]

10 Pantheram ab animali similis nominis \panthera/ dicitur, de quo supra de natura pecudum capitulo “panthera”. Diversi coloris est, pene omnium colorum. Tot virtutes habet quot colores. Rabiem sedat. Victorem facit. In mane debet inspicere \quam primum sol lucet, ut quis victor existat, nam toto illo die nemo poterit ipsum quisquam devincere, secundum Marbodum//.

[Cap. 68. De robino.]

15 Robinus est lapis robicundior ceteris lapidibus, deferentem honorari facit. Animalia bibencia aquam, in qua robinus est ablutus, sanantur infirmitatibus suis. Facit oblivisci inimicos et contrarios. Confortat cor hominis et dominum ei conqueri facit, si reverenter conservetur. Reperitur in Libia prope paradysum terrestrem.

[Cap. 69. De saphiro.]

20 Saphirus lapis est unus de XII cerulei \alias celi/ coloris densioris. Conservat corpus et membra. Calorem interiorem pellit. Ulcera cedat \contritus lacte et superillitus//. Fugatur morbum noli-me-tangere, sed postea mutat colorem. Sudorem stringit \nimio torrente fluentem. Tollit sordes ex oculis frontisque dolores.// Et lingue dolorem pellit. Contra fraudes et invidiam et terrores valet. Pacem confert. Oportet, ut
25 eum portans observet castitatem. In interiori Armenia plurimi sunt saphiri, qui sunt parvi precii et virtutis. Orientales vero optimi sunt. Sunt quidam rubei lapidem admixtum habentes. Hii meliores sunt. \Hic lapis sacer et gemma gemmarum vocatur. Et reffert Marbodus \quod/ educit \de/ carcere vinctos. Nam ex tactu huius lapidis hostia

2 Pirites...est¹] Ox, c. *De perit[o]*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 53 (p. 366, l. 1). | a... Nam/] MARB., *Liber lapidum* c. 56, v. 680-683 (p. 168-169). 3 si...adurit] Ox, c. *De perit[o]*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 53 (p. 367, l. 4). 6 Prasius...utilis] Ox, c. *De prassio*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 55 (p. 367, l. 1-2). 7 smaragdo] Ox, c. *De prassio*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 55 (p. 367, l. 3). 9 Pantheram...dicitur] Ox, c. *De panthera*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 54 (p. 367, l. 1). 10 Diversi...inspici] Ox, c. *De panthera*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 54 (p. 367, l. 2-4). 11 \quam...devincere] MARB., *Liber lapidum* c. 51, v. 652-654 (p. 158-159). 20 Saphirus...cedat] Ox, c. *De saphiro*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 57 (p. 367, l. 1-5). 21 \contritus...superillitus//] MARB., *Liber lapidum* c. 5, v. 125 (p. 30-31). 22 Fugatur...stringit] Ox, c. *De saphiro*, f. 91rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 57 (p. 367, l. 4-6). 23 \nimio...sordes] MARB., *Liber lapidum* c. 7, v. 124 et 126 (p. 30-31). | ex...sunt] Ox, c. *De saphiro*, f. 91rb-91va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 57 (p. 367-368, l. 4-5 et 7-15). 27 \Hic...vocatur] MARB., *Liber lapidum* c. 5, v. 106 et 112 (p. 26-29). 28 educit...mereri/] MARB., *Liber lapidum* c. 5, v. 116-117 et 120-121 (p. 28-31).

2 Pirites] Perites Ox | flavi] fulvi Ox 6 smaragdus] smargdus *scr. et post add. sup. l. -a- cod.* 13 Marbodum//] Marrodum *cod.* 15 honorari] *ante honorari, scr. et post exp. hunc cod.* 21 cedat] *id est sedat* 23 Et] *ante Et, scr. et post del. ex oculis et fronte cod.* 28 Marbodus] Marrodus *cod.*

obstrusa et vincula resolvuntur. Et hanc gemmam pre ceteris amat nigromancia, ut per eam queant divina responsa mereri.//

[Cap. 70. De smaragdo.]

Smaragdus lapis est unus de XII. Viret pre omnibus virentibus et illi optimi sunt,
 5 quos visus penetrat, de quibus aer vicinus viridis apparet. Hunc lapidem \gignit Scitia et in aliis reperitur partibus, sed apud Siticos repertus melior et precipuus habetur. Et hos lapides// Arismaphi eripiunt griffis custodientibus eos, de quo tetigi supra de natura avium capitulo “griffi”. Si reverenter portetur, caducum morbum et morbum, qui emuthiteus dicitur, fugat. Visum et oculos purgat ablutus vino vel perunctus oleo.
 10 Reddit hominem gratum ex verbis. Auget opes. Valet iste lapis abdita scrutantibus, \ut fertur dum volunt prescire et divinare futura. Fugat demones eisque contrarius existit.// Avertit tempestates. Lasivos compescit motus.

[Cap. 71. De sardonice.]

Sardonix consistit ex duobus lapidibus. Rubet ex sardio, albus et niger est ex onice.
 15 Non habet virtutem, nisi quod onix non potest nocere, ubi sardonix presens est. Hominem \portatorem huiusmodi/ reddit castum et verecundum, \prudentem/ ac graciosum. Facitque requiescere absque sompniis. Arabes et Indi hunc lapidem habent. \Hic solus lapis ceram convellere nescit, ut reffert Marbodus.//

[Cap. 72. De sardio.]

Sardius \sortitus est nomen, a Sardis, a quibus ante repertus fuit, secundum
 20 Marbodum. Et// est unus de XII, coloris rubei ut terra rubea; sanguinis fluxum stringit. Reddit portantem legalem et manere facit in statu iuventutis, facitque oblivisci dolores et tristitias. Vias periculosas transiri facit absque lesione. Optineri facit, quod optatur.

[Cap. 73. De syrio.]

25 Syrius, ut dicit Ysidorus, integer fluitat, comminutus in profundum mergitur.

[Cap. 74. De sarcofago.]

Sarcofagus lapis est, ut dicit Ysidorus, in quo corpora defunctorum infra tres \alias
 XXX/ dies consumentur, unde dicitur a fago Grece, quod est comedere Latine.

4 Smaragdus...lapidem] Ox, c. *De smaragdo*, f. 91va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 58 (p. 368, l. 1-5). 6 Siticos] MARB., *Liber lapidum* c. 7, v. 140 (p. 36-37). | precipuus] MARB., *Liber lapidum* c. 7, v. 140 (p. 36-37). 7 eripiunt...eos] Ox, c. *De smaragdo*, f. 91va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 58 (p. 368, l. 3-4). 8 Si...scrutantibus] Ox, c. *De smaragdo*, f. 91va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 58 (p. 368, l. 7-10). 11 dum...futura] MARB., *Liber lapidum* c. 7, v. 151 (p. 38-39). 12 Avertit...motus] Ox, c. *De smaragdo*, f. 91va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 58 (p. 368, l. 10-11). 14 Sardonix... \portatorem] Ox, c. *De sardonice*, f. 91va-91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 59 (p. 368, l. 1-7). 16 castum] MARB., *Liber lapidum* c. 8, v. 170 (p. 42-43). | \prudentem/...lapidem] Ox, c. *De sardonice*, f. 91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 59 (p. 368, l. 9-10). 18 \Hic...nescit] MARB., *Liber lapidum* c. 8, v. 169 (p. 42-43). 20 Sardius...repertus] MARB., *Liber lapidum* c. 10, v. 179-180 (p. 46-47). 21 est...stringit] Ox, c. *De sardio*, f. 91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 60 (p. 368, l. 1-3). 25 Syrius...mergitur] Ox, c. *De sirio*, f. 91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 61 (p. 368, l. 1-2). 27 Sarcofagus...comedere] Ox, c. *De sarcofago*, f. 91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 62 (p. 368, l. 1-3).

1 nigromancia] ydromantia *Lib. lap.* 6 repertus] ante repertus, *scr. et post del. melior cod.* 12 Lasivos] Lascivos Ox 18 Marbodus//] Marrodus *cod.* 21 Marbodum] Marrodum *cod.* 27 tres...XXX/] XXX Ox

[Cap. 75. De sanio.]

Sanius lapis est candidus. Hoc lapide pellitur aurum. Potatus vertiginem sedat et mentes commotas restituit. In manu alligatus laborantis in partu, partum continet.

[Cap. 76. De succino.]

5 Succinus crocei coloris est et ut vitrum translucet. Et succus punnicee arboris est, ut dicit Ysidorus, ideo succinus dicitur. Atritus digitis folia et paleas rapit. Tingitur quocumque modo libet. Confert portantibus castitatem. Fumus eius iuvat parturientes et fugat serpentes, certum est.

[Cap. 77. De speculari.]

10 Specularis lapis lucet ut vitrum, funditur in tenues crustas ad faciendum fenestras.

[Cap. 78. De silonite.]

Silonites \est lapis nascens in Perside// albo, rubeo purpureoque colore, pulcher est, quem portant testudines Indie. Quidam ex eis virent. Si portetur in ore, indicat futura. Quando luna crescit, mane tantum hora sexta virtutem habet, quandoque prima,
15 quandoque sexta hora. Decrescente luna virtute caret \et ideo efficitur tamquam celestibus anxia dampnis, et ob hoc sanctus lapis a plerisque dicebatur, secundum Marbodum, et hic lapis gestatus// reconciliat amorem. Tisicos et languentes curat.

[Cap. 79. De sada.]

Sada lapis est, qui sponte adheret navibus in mari tenaciter, ut lima viret.

20 [Cap. 80. De titire.]

Titires est lapis qui procreatur in vesica lupi, sicut dixi supra de natura pecudum capitulo "lupus".

[Cap. 81. De topacio.]

Topacius unus est de XII, auro similis est, quidam tamen lucidior est, colore tenuis
25 est, sed deterior. Auxiliatur emoroycis. Lunam sentire dicitur. Bullientes aquas con- [f. 92v] pescit. Iram et luxuriam restringit. Reperitur in Arabia et Arabes hunc mittunt. \Gignitur tamen in insula eodem nomine dicta.//

2 Sanius...continet] Ox, c. *De samio*, f. 91vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 63 (p. 368, l. 1-4).
5 Succinus...est] Ox, c. [*De succino*], f. 91vb-92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 64 (p. 369, l. 1-7).
10 Specularis...fenestras] Ox, c. *De speculari*, f. 92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 65 (p. 369, l. 1-4). 12 Silonites] Ox, c. *De salonite*, f. 92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 66 (p. 369, l. 1). nascens...Perside//] MARB., *Liber lapidum* c. 26, v. 395 (p. 92-93). | albo...caret] Ox, c. *De salonite*, f. 92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 66 (p. 369, l. 1-3 et 6-8). 15 efficitur...plerisque] MARB., *Liber lapidum* c. 26, v. 388-389 (p. 92-93). 17 gestatus//] MARB., *Liber lapidum* c. 26, v. 392 (p. 92-93). reconciliat...curat] Ox, c. *De salonite*, f. 92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 66 (p. 369, l. 9-10).
19 Sada...viret] Ox, c. *De sarda*, f. 92ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 67 (p. 369, l. 1-3).
24 Topacius...restringit] Ox, c. *De topatio*, f. 92ra-92rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 68 (p. 369, l. 1-5). 26 Arabes...mittunt] Ox, c. *De topatio*, f. 92rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 68 (p. 369, l. 5).
27 \Gignitur...nomine] MARB., *Liber lapidum* c. 13, v. 205 (p. 52-53).

2 Sanius] Samius Ox | pellitur] politur Ox 5 punnicee] pinnee Ox 14 tantum] tamen *cod.*
17 Marbodum] Marrodum *cod.* | reconciliat] *id est* reconciliat | Tisicos] *ante* Tisicos, *scr. et post del.*
inter audientes *cod.* 19 Sada] Sarda Ox

[Cap. 82. De violato.]

Violatum est quedam species granati, de quo vide supra capitulo “granatus”.

[Cap. 83, 1. De virtutibus et sculpturis lapidum.]

Viso de lapidibus habentibus virtutem secundum se, nunc videamus de hiis qui
 5 habent virtutem secundum celaturas et sculpturas. Unde recito relaciones antiquorum
 scriptorum et doctorum de sculpturis lapidum, non tamen approbandas multum nec
 penitus refutandas. Hoc autem sciendum quod secundum figuras, que ab antiquis
 sculpebantur in gemmis, virtus lapidum monstrabatur. Unde Techel quidam Iudeorum
 scripsit libellum de lapidibus sculptis a filiis Israel in deserto, demum translatus in
 10 Latinum. Cuius effectum subicio.

[Cap. 83, 2.]

In quocumque lapide sculptum inveneris geminos vel aquarium, sanat a febribus
 quartanis et paralisi. Gratumque facit gestantem.

[Cap. 83, 3.]

15 In quocumque lapide sculptus est cancer vel scorpio aut piscis valet talis lapis
 contra arteticam et tercianam et acutam febrem.

[Cap. 83, 4.]

In quocumque lapide inveneris arietem, leonem vel sagitarium, reddit gestantem
 amabilem. Contra cotidianas valet et ydropisim. Acuit ingenium, facundum facit et
 20 tutum.

[Cap. 83, 5.]

In quo sculptus homo habens falcem, potentem facit magis ac magis de die in
 diem.

[Cap. 83, 6.]

25 In quo homo armatus sculptus est vel virgo laurum tenens, liberat ab adversis
 casibus.

[Cap. 83, 7.]

In quo reperitur sculptus homo cum palma, victorem facit gestantem et principibus
 gratum.

30 [Cap. 83, 8.]

In quocumque \iaspide/ inveneris sculptum venatorem, canem vel cervum vel
 leporem valet hic lapis ad curandum demoniacos et freneticos.

5 relaciones...leporem] Ox, c. *De virtute et efficatia sculpture lapidum*, f. 92rb-92va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 69 et 70 (p. 370-371, l. 2-5, 8-11, 15-22, 26-28 et 34-36, et l. 2-4 et 7). 32 curandum...
 portetur] Ox, c. *De virtute et efficatia sculpture lapidum*, f. 92va-92vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14,
 69 (p. 370-371, l. 37, 41-42, 45-46, 48-49, 55-56 et 62-64).

4 Viso] De lapidibus sculptis *add. in marg. cod.* | virtutem] vitutem *scr. et post add. sup. l. -r- cod.*
 5 relaciones] relaciones *cod.* 8 quidam] *ante* quidam, *scr. et post del. et exp.* Iohannes *cod.*
 12 geminos] gemini *cod.* | sanat] sanat sanat *cod.* 15 sculptus] scuptus *scr. et post add. sup. l. -l- cod.*
 22 potentem] poten- *scr. et post add. sup. l. -tem cod.* 31 inveneris] *ante* inveneris, *scr. et post exp.*
 lapide *cod.*

[Cap. 83, 9.]

In quo sculptus sit homo a media scapula usque ad renes, liberat a libidine, facitque ipsum gratum.

[Cap. 83, 10.]

5 In quo inveneris canem vel leonem, conservat ab ydropisi et venenatis morsibus.

[Cap. 83, 11.]

In quocumque invenitur sculptus homo cum ense, gestantem victorem facit in bello.

[Cap. 83, 12.]

10 In quo inveneris sculptam mulierem cum crine sparso et manu remissa, reconciliat coniuges.

[Cap. 83, 13.]

15 In quocumque invenitur homo genuflexus et interficiens leonem vel aliud monstrum clava, facit victorem in bello. Et oportet, ut cum reverencia portetur, si quis velit eius virtutem operari.

[Cap. 83, 14.]

In quo reperitur sculptus homo cum alis, valet ad mercacionem.

[Cap. 83, 15.]

20 In quocumque reperitur turtur cum ramo olive, confert gratiam, ut diligatur ab omnibus hominibus.

[Cap. 83, 16.]

In lapide albo si inveniatur dimidia figura femine et reliqua parte dimidia piscis, que teneat in manu speculum et ramum olive, positus in auro et conclusus in manu habet virtutem, ut non videatur portans.

25 [Cap. 83, 17.]

In quocumque iaspide si inveneris hominem habentem crucem, habet virtutem, ut non mergatur.

[Cap. 83, 18.]

30 In iaspide si inveniatur sculptus homo, qui habeat in collo fasciculum herbe, ponatur in argento, habet virtutem discernendi inter infirmitates. Et restringit sanguinem. Graciam et honorem confert. Hunc lapidem dicitur Galienum portasse in digito.

[Cap. 83, 19.]

In lapide si inveniatur sculpta musca, expellit omnem muscarum frequentiam.

17 homo...digito] Ox, c. *De virtute et efficacia sculpture lapidum*, f. 92va-93ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 70 (p. 371-372, l. 11-12, 15-16, 19-23 et 30-33).

5 vel leonem] vel leonem vel leonem *cod.* 10 reconciliat] *id est* reconciliat 22 dimidia²] dimida *scr. et post add. sup. l. -i- cod.* 23 auro] aro *scr. et post add. sup. l. -u- cod.* 26 crucem] ante crucem, *scr. et post del. et exp. ha cod.*

[Cap. 83, 20.]

In quocumque lapide sculptus reperitur scorpio, liberat a punctura eius ipsum gestantem.

[Cap. 83, 21.]

5 In lapide in quo invenitur homo tenens in dextra manu ceptrum et in sinistra palmam et sub pedibus eius scabellum, talis lapis positus in auro promovet honores. Et nichil atemptat homo gestans ipsum secundum Deum, quod non consequatur subito. [f. 93r]

[Cap. 83, 22.]

10 In quocumque lapide reperitur femina et vir ac arbor stans in medio, reconciliat discordes maxime coniugatos et omnes rancores repellit.

[Cap. 83, 23.]

Si inveneris taurum \vel/ arietem, contra ydropisim valet, facundum eciam facit.

[Cap. 83, 24.]

15 Si inveneris hominem cum falce in manu, confert amorem et gratiam.

[Cap. 83, 25.]

Si inveneris hominem cum virga, valet ad dominandum.

[Cap. 83, 26.]

Si inveneris hominem cum cornu ad collum, valet contra rabiem et fantasmata.

20 [Cap. 83, 27.]

Si invenitur dimidius homo et dimidius bos, confert honores et sensus bonos informat.

[Cap. 83, 28.]

Si invenitur leo, valet contra ydropisim et multas alias infirmitates.

25 [Cap. 83, 29.]

Si lepus invenitur, valet contra bestias malas.

[Cap. 83, 30.]

Si comperiatur sculptus dromedarius, valet ad concordiam viri et uxoris.

[Cap. 83, 31.]

30 Si invenitur femina pannum habens in capite, valet contra lascitudinem.

5 invenitur...subito] Ox, c. *De virtute et efficatia sculpture lapidum*, f. 93ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 70 (p. 372, l. 45-48). 10 femina...coniugatos] Ox, c. *De virtute et efficatia sculpture lapidum*, f. 93ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 70 (p. 372, l. 49-51). 13 Si...gratiam] Ox, c. *De virtute et efficatia sculpture lapidum*, f. 93ra-93rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 70 (p. 372-373, l. 55-58, 61-66, 69-72 et 74-79).

5 ceptrum] *id est* sceptrum 6 lapis] *ante* lapis, *scr. et post exp.* talis *cod.* 7 atemptat] *atempta- scr. et post add. sup. l. -t cod.* 10 reconciliat] *id est* reconciliat 13 arietem] *ante* arietem, *scr. et post exp. et cod.*

[Cap. 83, 32.]

Si in lapide inveniatur turtur sculptus cum duobus pullis, confert gratiam portanti, ipsumque gratum et benivolum reddit ac felicem.

[Cap. 83, 33.]

5 Si invenitur avis deferens florem rostro, facit gestantem optinere gratiam et honorem.

[Cap. 84. De consecratione lapidum.]

Nunc videndum de consecratione ac reconsiliacione lapidum, quoniam sicut dicit liber qui continet veterum narrationes, omnis creatura in peccato primi hominis corrupta
 10 fuit. Maxime autem lapides preciosi, qui sicut herbe ad curam generis humani creati sunt. Sed licet/ istis virtutibus, que post peccatum in eis permanserunt per tactum vel visum immundorum hominum, lapides corrupti sepius priventur; tamen sicut homo baptismo et penitencia reparatur, sic lapides sanctificatione et consecratione ad virtutum efficacias reparantur. Et dicunt quidam ante consecrationem debere lapides
 15 liniri sanguine columbe aut alterius avis vel bestie, sed istud non credo necessarium, nec dictus liber aliquid de hoc asserit. Tales enim effusiones et liniciones sanguinis olim fiebant ad sacrificium, et sub figura et signo sanguinis Christi demum efundendi in redemptionem humane nature. Unde olim antiquissimis temporibus in civitate Aralatensi singulis annis regni illius gentes paganitatis ludibrio tente in Kalendis
 20 Madialibus convenire solebant, et ibi in suburbio, loco qui Rocheta dicitur, duabus immense celsitudinis columnis ara superposita, trium iuvenum illo die sanguis innoxius pro populi salute populo superaspergebatur, quos velut sues de communi emptos per totum anni circulum ad nephandam victimam depascebant. Donec beatus Trophimus docens sanguinis aspersionem esse sanguinem Christi, effusum in cruce, ad fidem
 25 christianam eos adduxit. Et propterea dicta fuit Aralas quasi 'ara lata deorum' secundum Girvasium.// Consecrantur igitur lapides et ad virtutum efficacias reparantur hoc modo, ut supradictus Liber rerum/ testatur: Ponende sunt gemme in panno lineo super altare usque post sacras missas, et sic sacerdos adhuc indutus sacris vestibus, dicat 'Dominus vobiscum. Oremus': Deus omnipotens, qui etiam per quasdam insensibiles creaturas
 30 virtutem tuam hominibus ostendisti, qui Moysi famulo tuo inter cetera vestimenta sacerdotalia rationale iudici et XII lapidibus adornari precepisti, necnon et Iohanni evangeliste celestem civitatem Ierusalem insignitam virtutibus per eosdem lapides designatis eternaliterque constructam ostendisti: Maiestatem tuam humiliter deprecamur, ut hos lapides consecrare et sanctificare digneris per sanctificationem et
 35 invocacionem nominis tui et per virtutem preciosimi sanguinis in cruce sparsi, ut isti sanctificati et consecrati recipiant effectum virtutum, quas eis te dedisse sapiencium experientia comprobatur, ut quicumque illos super se portaverit, virtutem tuam per illos

5 Si...honorem] Ox, c. *De virtute et efficacia sculpture lapidum*, f. 93rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 70 (p. 373, l. 80-81). 8 Nunc...lapidum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 28 (p. 614-615). | sicut...reparantur] Ox, c. *De consecratione [la]pidum [pre]cioso[rum]*, f. 93rb-93va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 71 (p. 373-374, l. 2-9). 14 lapides...columbe] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 28 (p. 616-617). 18 civitate...deorum] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 10 (p. 296-297). 26 hoc...tui] Ox, c. *De consecratione [la]pidum [pre]cioso[rum]*, f. 93va et c. *Oratio*, f. 93va-93vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 71 (p. 374, l. 9-20). 35 ut...Amen] Ox, c. *Oratio*, f. 93vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 14, 71 (p. 374, l. 20-25).

8 Nunc] De consecratione lapidum *add. in marg. cod.* 9 qui] *ante qui, scr. et post del. et exp. rerum cod.* 14 debere] debent *scr. et post exp. -nt et add. sup. l. -er- cod.* 32 evangeliste] *evangeliste cod.* 33 Maiestatem] *Magestatem cod.* 35 preciosimi] *id est preciosissimi* 36 sapiencium] *sapiencium cod.*

sibi adesse senciati donaque gracie tue et tutelam virtutis accipere mereatur, per Ihesum Christum, filium tuum, in quo omnis sanctificacio consistit, qui tecum vivit et regnat, Deus per omnia secula seculorum. Amen. [f. 93v]

[Tit. XVIII.] De metallis et eorum naturis.

5 [Cap. 1. Generaliter.]

Tractatum metallorum agrediens, explicabo aliqua breviter et compediore. Unde sciendum quod metalla quandoque in montibus, quandoque in arenis fluviorum reperiuntur, de quo plenius infra explico. Ex ipsis multa fabricantur ad usum hominum, quorum gracia cuncta, que sub celo sunt, Deus stabilit. Et metallorum species sunt
10 aurum, argentum, electum, es, ferrum, plumbum et stagnum, de quibus singula capitula signamus.

[Cap. 2. De auro.]

Aurum, ut dicit Platearius, calide et sicce est nature. Lepram curat et scabiem, redactum in pulverem et mixtum antidotis valet. Vulnus ex auro factum non
15 corrumpitur, nec in tumorem elevatur. Ponderosum est in duplo quam argentum vel aliud es. Coinquinatum rubigine non confunditur. Visum fovet; quanto rubicundius, tanto melius. Per ignem purgatur. Et anichilat commixtione adulterinam, tamen ipsum aurum non consumitur. In rivulis et fontibus invenitur et in montibus quandoque, de quo tetigi supra in titulo de natura vermium capitulo "formice sunt in India". Unde in
20 Catalonia, episcopatu Gerundensi, est mons excelsus, \vulgariter dictus Canagum/, in cuius pede discurrit fluvius habens arenas, ex quibus \argentum et/ aurum fit, quod vulgus *palleol* nominat. Aurum virtutem habet confortandi et depurandi. Tractabile et ductibile est magis ceteris metallis. Dulcem sonum habet. Ex auro cuduntur nummi, sicut ex argento vel ere. Et notandum quod nummus primo fabricatus et figuratus fuit
25 sub Filadelfe rege Egipti, ut reffert Girvasius.

[Cap. 3. De electo.]

Electum duplex est: naturale et artificiale. Artificiale, ut dicit Liber rerum, de auro et argento commixtis conficitur. Discernitur sophisticatum vel artificiale electum hoc modo a vero, naturali: Vas ex vero electo stridet si infunditur ei venenum, \et/ perdit
30 colorem suum, donec purgetur per ignem. Electum est conservativum; unde antiquitus magnatorum corpora in eo condebantur. Unde Constantinus corpora apostolorum Petri et Pauli in locello ex ere Cipri condidit, quod creditur fuisse electum, quod in Cipro invenitur.

13 Aurum...calide] Ox, c. *De metallis et primo de auro*, f. 93vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 2 (p. 375, l. 1). | et sicce] Circa *instans*, Venetiis, 1525, c. De auro, f. 186vb. | est...quandoque] Ox, c. *De metallis et primo de auro*, f. 93vb-94ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 2 (p. 375, l. 1-3 et 5-8).
19 in³...nominat] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 66 (p. 684-687). 22 virtutem...habet] Ox, c. *De metallis et primo de auro*, f. 94ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 2 (p. 376, l. 21 et 25). 24 argento] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 120-121). | nummus...Egipti] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 20 (p. 120-121).
27 Electum...invenitur] Ox, c. *De electro*, f. 94ra-94rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 3 (p. 376, l. 1-11).

6 compediore] *id est compediore* 8 fabricantur] *ante fabricantur, scr. et post del. et exp. expli cod.*
10 electum] *id est electrum* 16 confunditur] *consumitur Ox* 17 commixtione] *ante commixtione, scr. et post exp. omnino cod.* 27 Electum] *id est Electrum* 28 electum] *id est electrum* 29 electo] *id est electro*
30 Electum] *id est Electrum* 32 electum] *id est electrum*

[Cap. 4. De argento.]

Argentum est frigidum, ut dicit Platearius, ductibile est. Sonorum est dulce, maxime si adiungatur eri. Unde si in cimbaliis cum metallo confundatur, reddit sonum multum dulcem. Consolidat alia metalla et quasi unum efficit. Contra humidum et
 5 viscosum fleuma, pulverizatum valet et antidotis commixtum. Admixtum est terre sordibus et ideo magis labore conqueritur. Per ignem purgatur. Et fumus purgacionis eius nocivus est multum et curatur fumo turis. \Reperitur argentum sicut aurum in arenis et montibus, iuxta ea que dixi supra capitulo “aurum”.// Est alia species que dicitur argentum vivum, quod si ore receptum fuerit vel auribus immissum, hominem
 10 occidit nisi subveniat. Et est remedium, ut detur lac caprinum in magna quantitate vel detur vinum decoccionis ysopi et absinthii. Hec enim sunt ad salutem remedia. Cum argento vivo expelluntur pediculi, sicut dixi supra de natura vermium capitulo “pediculi”. Contra scabiem, oleo nucis parvum calefacto admisceatur litargirum et cerusam pulverizatam in eadem quantitate, et bulliant ad spissitudinem mellis, quibus
 15 refrigeratis pone argentum vivum, et commisce et hoc unguento inungatur scabiosus. Argentum vivum cum axungia gallinacia et cerusa conficiatur, et ex hoc facies inuncta clarificatur et dealbatur. Vel sic: accipe besticulos marinos et oleum rosatum et cerusam et adipem gallinaceum resolutum ad ignem, et ipsis colatis pone ultimo vivum argentum mortificatum. Mortificatur autem et extinguitur cum cinere et sputo, vel capillo et
 20 sputo. \Dicitur quod si argentum vivum in ollam ferventem immitatur, totam evacuabit et quidquid in ea bulliet, foras salliet ex vi ipsius argenti eiusque virtute.//

[Cap. 5. De ere sive cupro.]

Es sive cuprum calide est nature. Sonus eius dulcis est, si admisceatur stangnum, aurum vel argentum. Ex ere fit auricalcum et dicitur auricalcum, quasi colorem auri
 25 habens [f. 94r] vel quia de ipso fit aurum. Dicit enim Aristotiles in libro De lumine luminum, quod ex urina pueri et auricalco optimum fit aurum, intelligitur colore et non substantia, ut idem alibi dicit. Sepe ponitur auricalcum pro electo in scripturis, quia pene consimilia sunt in colore.

[Cap. 6. De stagno.]

30 Stagnum est temperate nature, super omnia metalla liquabile est. Mutum est per se, sed cum ere, auro vel argento mixtum sonorum et armonicum est. In aqua diu iacens putrescit. Unde fistule aqueductus non debent cum eo consolidari, sed plumbo fusili et calido, quod sub terra diu perdurat.

2 Argentum...eri] Ox, c. De argento, f. 94rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 4 (p. 376, l. 1-4).
 4 Consolidat...turis] Ox, c. De argento, f. 94rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 4 (p. 376, l. 8-14).
 9 ore...occidit] Circa instans, c. De argento vivo (p. 6). 10 detur...remedia] Circa instans, c. De argento vivo (p. 6). 13 Contra...et²] Circa instans, c. De argento vivo (p. 6). 16 cum...mortificatum] Circa instans, c. De argento vivo (p. 6). 19 cum...sputo] Circa instans, c. De argento vivo (p. 6).
 23 Es...colore] Ox, c. De ere, f. 94rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 5 (p. 377, l. 1-3 et 7-13).
 30 Stagnum...perdurat] Ox, c. De stagno, f. 94va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 6 (p. 377, l. 1, 3-5 et 7-11).

7 argentum] ante argentum, scr. et post exp. eciam cod. 16 axungia] anxungia cod. 17 besticulos] belliculos Circa instans 21 virtute/] Scriptum est quod argentum vivum inclusum inter duos nodos canne incantationes et prestigia prohibeat spirituum malignorum, ut scribit Guillelmus Parisiensis add. in marg. alia recentior manus cod. 27 electo] id est electro 33 terra] ante terra, scr. et post. del. et exp. ta cod.

[Cap. 7. De plumbo.]

Plumbum humidum est et frigidum in II° gradu secundum Platearium. Ponderosum est, duplex habet pondus eris et argenti. Mutum est et alia metalla efficit muta, quibus admiscetur. Liquefactum in igne plus ceteris metallis minuitur. Scoria eius est spuma.
 5 Inter cetera metalla semper augmentatur hoc plus domo quam sub terra, tamen sub terra multum conservatur, ideo ex eo fiunt aqueductus, ut dixi supra capitulo “es”. Ex plumbo fiat morterium et pistellus. Inponatur oleum rosatum vel violatum et moveatur usque dum veniat ad aliquam spissitudinem, postea exponatur soli per XV dies addito oleo rosato, et semper moveatur. Valet hoc unguentum miro modo contra ustionem ex igne
 10 vel aqua calida et contra calida apostemata et excoriaciones ex calore. Fit autem plumbum ustum quod in unguentis ponitur hoc modo: Ponatur in aliquo vase posito super ignem et aponantur quedam caprifici vel coralli vel etiam tintimalli cum caprifico vel corallo moveatur, donec redigatur in quasdam massas, que possunt pulverizari. Plumbum prohibet inflaturas, ut videmus, ob hoc defferri in tibiis et aliis membris.

15 [Cap. 8. De ferro.]

Ferrum frigide est nature. Omnia domat et tamen a se consumitur. Facilius contrahit corruptelam et etiam coniuncta inficit. Infrigidativum est. Stomachis prodest in limaturis sumptum. Atenuat et desiccat. Calibs, \qui vulgariter dicitur *assier*//, ex eo sumitur et multis tonsionibus induratur. Est in oriente ferrum quoddam, quod andena
 20 dicitur, non ductibile, sed fusile ut cuprum incisionibus aptum. Ex ferro fit ferrugo, que per excoccionem liquescit in ferro. Fit etiam scama ferri, que dicitur illud latum, quod tenue percussionem evadit a ferro et habet virtutem extenuativam et desiccativam. Ad extenuandum splenem valet vinum in quo candens ferrum extinctum fuerit. Multum enim subtile est. Contra opilacionem splenis et epatis ex multo fleumate pulvis subtilissimus ferruginis unciarum V cum vino calido detur. Vomitum in multa
 25 quantitate provocat, sed hic vomitus est multum periculosus et quandoque deducit ad mortem. Unde in eius inpetu debet dari aqua in qua lapis magnetis tota nocte iacuerit. Contra emorroidas pulvis ferruginis vel scame subtilis conficiatur, cum succo tapsi barbati et bonbace intincta supponat sibi paciens, et est optimum remedium. Contra
 30 tenasmon ex calida causa et dissuriam ferrugo optime calefiat, ut candens fit, postea aspergatur ab aceto et paciens recipiat fumum per inferius.

[Tit. XIX.] De humoribus aeris. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

Regiones aeris sunt septem, ut dicunt philosophi, sub firmamento celi \post tamen
 35 regionem ignis sub qua dicitur esse aer caliginosus habens septem regiones huiusmodi, ut dixi et tangam infra de quatuor elementis capitulo “ignis”. In quibus VII regionibus

2 Plumbum...gradu] *Circa instans*, c. *De plumbo* (p. 98). | Ponderosum...terra¹] *Ox*, c. *De plumbo*, f. 94va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 7 (p. 377, l. 1-2 et 5-9). 6 Ex...pulverizari] *Circa instans*, c. *De plumbo* (p. 98). 16 Ferrum...Calibs] *Ox*, c. *De ferro*, f. 94va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 8 (p. 377-378, l. 1-5 et 7). 18 ex...aptum] *Ox*, c. *De ferro*, f. 94va-94vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 15, 8 (p. 378, l. 7 et 11-13). 20 ferrugo...inferius] *Circa instans*, c. *De ferro* (p. 53). 34 Regiones...celi] *Ox*, c. *De regionibus aeris*. [Generaliter], f. 95va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 1 (p. 379, l. 2). 36 In...humoribus] *Ox*, c. *De regionibus aeris*. [Generaliter], f. 95va-95vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 1 (p. 379, l. 2-9 et 11-13).

12 coralli] corili *Circa instans* 13 corallo] corilo *Circa instans* 23 vinum] viium *cod.* 25 unciarum] scrup. *Circa instans* 29 barbati] barbati *Circa instans* 30 dissuriam] dissenteriam *Circa instans*

aeris// humores terrei et aquosi per atraccionem ex calore solis per aerem ascendunt. Et transformantur primo in rores, secundo in nives, tercio in grandines, quarto in imbres seu pluvias, quinto in mella, sexto in laudana, septimo in manna. Et sic gradatim de regione in regionem per intervalla temporum transformantur. Hec tamen in orientis
 5 partibus apparent evidencius quam in nostro climate, maxime tres ultime. Et nota quod quanto alcius fumus a terra ascenderit, tanto magis subtiliatur, unde manna subtilissimum est omnibus humoribus aeris, quia de altissima regione procedit. Hii ergo septem humores secundum diversas regio- [f. 94v] nes diversas sumunt substancias et substanciarum efficacias; de quibus omne animal habilitatur ad terram et vitam,
 10 quidquid germinative virtutis est fecundatur ex istis, ut molle et asperum, dulce, accidum vel amarum, et in hiis concordia parcium invenitur. De quibusdam horum humorum scribit Aristotiles in libro Meteororum diffusius, sed nos compendius prosequamur.

[Cap. 2. De rore.]

15 Roris regio prima est et magis infima et terre propinqua, hec est in inferioribus partibus aeris. Ros in aere venit, sed quando aer est gravatus rigore noctis et lune splendore distillat. Si vehemencius vero frigus noctis ingruerit, ros in pruina convertitur et velut gelu inalbescit. Ros subtiliter et quasi insensibiliter descendit super terram, et multum infecundat eam. Efficacius aliquando fecundat fruges quam ymber
 20 seu pluvia. Viridificat omnia que infundit et frigidat, quia gelidus est ros valde. Nota de rore Madiali quod, si testa ovi inpleatur per parvum foramen huiusmodi rore et demum precluso foramine quacumque levi materia, per astam in sterquiliniis fixam, vel alias in arena calida, ascendet ad cacumen aste sua virtute secreta, ut dicitur.

[Cap. 3. De nive.]

25 Nivis regio secunda est ascendendo. Nix est, ut dicit Philosophus, connexio aquarum vapore necdum dempsato in guttas, sed gelu preveniente formatur. \Et sic/ ex parvissimis minutiis vaporum congelatis fit nix. Nix in alto mari non cadit. Montes alti mundi nives habent preter montem Olimum, qui non habet nives, pluvias vel ventum, quia excedit humorum regiones, ut dicit Augustinus, de quo plenius dicam infra de
 30 passionibus aeris capitulo “nubes”. Nives servari possunt per annum sub terra paleis cooperte pro infirmis. Infrigidant enim valde. Servantur eciam infra mel artificiale apium. \Nota quod in regno Aralatensi et provincia Ebrudenensi est locus montaneus quo per Alpium summa cacumina, facili cursu in estate et brevi, sed periculoso transitu, descenditur ad Ytaliam. In cuius valle, si transiens clamaverit, statim ex altis rupibus nix
 35 conglobata descendit, et exageracionem ad se trahens, infinito cumulo transeuntes obruit et ad infinitam abissum deiectos prosternit.//

7 Hii...prosequamur] Ox, c. *De regionibus aeris. [Generaliter]*, f. 95vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 1 (p. 379, l. 13-20). 15 Roris...et¹] Ox, c. *De rore*, f. 95vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 2 (p. 379, l. 1). | hec...valde] Ox, c. *De rore*, f. 95vb-96ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 2 (p. 379, l. 1-8). 21 rore¹...secreta] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 12 (p. 74-75). 25 Nivis...Augustinus] Ox, c. *De nive*, f. 96ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 3 (p. 380, l. 1-3, 5, 7 et 10-12). 30 Nives...valde] Ox, c. *De nive*, f. 96ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 3 (p. 380, l. 14-17). 32 in...prosternit//] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 122 (p. 818-819).

1 humores] ante humores, scr. et post del. in quibus cod. 12 Meteororum] Meteororum cod. 15 hec] hoc cod. 20 Viridificat] Viridicat scr. et post add. sup l. -fi- cod. 23 arena] areno cod. 26 ex] ante ex, scr. et post del. Nix in alto mari non cadit cod. 31 cooperte] coopertis cod. 32 Ebrudenensi] Ebredunensi *Otia imp.* 35 infinito] infinitos cod. 36 infinitam] infinitum cod.

[Cap. 4. De grandine.]

Grandinis regio tertia est per ascensum. Grandines sic diffinit Aristotiles: Stille pluvie ventis et frigore superioris aeris coagitate in aere coagulantur et in lapillos grandinis permutantur, quod quasi de superiori regione labitur. Et multe gutte
 5 conglobate cum in unum fuerint, tunc grando excedit debitam quantitatem et nisi pars inferioris aeris solis radiis calefacta descendente grandinem liquefaceret, immense quantitatis moles faceret monstruosas. Et hoc maxime circa solsticium estivale et quia tunc sibi opposita sunt frigus et calor. Morbi facillime generantur, \et sic in aliis similibus temporibus//, et ideo dicit Ypocras quod mutationes temporum maxime
 10 generant morbos. Unde tunc debet se tueri homo vestibus calidis vel foco. Nam aerem \circa se/ mutat grando. Multumque pruine imminet frugi, nisi tunc calidus sol aerem terramque lustraverit. Nota tamen quod grando minor est suo humore pristino propter congelacionem. Unde gelu seu glacies minor est sua aqua non congelata, quia primo congelacione comprimuntur partes per ealacionem caloris sicut caliditas vini, quando
 15 debet fieri acetum, extrahitur.

[Cap. 5. De pluvia seu ymbre.]

Pluvie seu ymbris regio quarta est ascendendo. Pluvia ex nubibus descendit, ut dicit Philosophus. Dum enim guttelle in maiores guttas coheunt aeris natura amplius non ferente, tunc vento inpellente, nec sole desiccante ad terram dilabuntur. Pluvia licet sit
 20 de amaris vel salsis aquis, dulcis tamen fit igne decocta in aere. In orientis partibus raro pluit, quia ibi tantus est calor aeris, quod humores ascendentes de terra pervenire non possunt ad regionem ymbris, sole eos desiccante. Tamen ros crassus ibi descendit frugibus efficax. Cum autem diu coartati humores in visceribus terre ex sui habundancia errumperint, supra tunc ibi vadunt pluvie. In Egipti terra numquam pluit, sed fluvii Nili inundacio eam fecundat. \Phaphas Veneris eciam habet aream in qua numquam pluit.//
 25 Pluvia in cisternis conservata omnium aquarum clarissima est et frigida valde diu servatur sine corruptione, salubris est in potu. Viscera enim relaxata stringit. Anni sicci pluviosis [f. 95r] sunt saniores. Unde Ypocras in siccis temporibus febres acute fiunt, sed in pluvialibus longe febres procedunt, ventris fluxus, putredines, epilensie et
 30 esquinancie. Ver suave sanum est. Quando estas fuerit veri similis, sudores in febribus multe fiunt. Estive quartane febres atumpnales longe, magis que ad hyemem contingunt. In atumpno acutissime egritudines et mortiffere fiunt. Et dicit Ypocras quod, si hyems \austera/, pluviosa et tranquilla fuerit, ver vero siccum et boreale, mulieres, quibus partus inest in vere, ex omni parva re aborciunt. Si vero estas sicca et borealis fiat,
 35 atumpnus pluvialis et austerus, capitis dolor in hyeme, et tusses, et branci, et corice, ac

2 Grandinis...generantur] Ox, c. *De grandine*, f. 96ra-96rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 4 (p. 380-381, l. 1-3, 6-8 et 18-22). 9 Ypocras...lustraverit] Ox, c. *De grandine*, f. 96rb et c. *De triplici esse*, f. 109ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 4 (p. 381, l. 16-18 et 23-24) et Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De tempore* (p. 51). 13 glacies...extrahitur] Ox, c. *De glatie*, f. 111ra. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De glacie* (p. 85-86). 17 Pluvie...pluvie] Ox, c. *De pluvia*, f. 96rb-96va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 5 (p. 381, l. 1-15). 24 Egipti...fecundat] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 4 (p. 208-209). 25 \Phaphas...diutine] Ox, c. *De pluvia*, f. 96va, c. *De triplici esse*, f. 109ra-109rb et c. *De mirabilibus mundi*, f. 112va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 5 (p. 381, l. 22-24) et Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De tempore* (p. 52-54) et c. *De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis* (p. 116).

5 conglobate] conglebate *cod.* 6 calefacta] calefactam Ox 7 solsticium] solticiu *cod.* 8 calor] *ante calor, scr. et post. exp. estas cod.* 18 guttelle] guttule Ox 25 \Phaphas] Paphos Ox 30 esquinancie] *id est squinancie* 33 pluviosa] pliviosa *cod.* | tranquilla] tranquilla Ox 34 aborciunt] aborciuntur *cod.*

ptisis erit. Si vero borealis fuerit vel aquosa, humidis natura et mulieribus confert. Reliquis febres acute et corice diutine inducuntur.

[Cap. 6. De melle.]

Mellis regio quinta est in ordine per ascensum. Mel sic diffinitur seu describitur:
 5 Mel est substantia humoris in aere, que de floribus et fructibus infimis multa aeris
 spacia transiens etiam super ymbrium regionem et solis virtute condescendens et de
 inoculto loco et subtilissimo modo permixtum rori iterum in herbis, frugibus et floribus
 reddit temperatque saporem in rebus. Advertendum tamen quod duplex est mel:
 10 artificiale, quod artificiose operantur apes, de quo non ad propositum, sed remito ad ea,
 que dixi supra de natura vermium capitulo “apes”, et in titulo de liquoribus capitulo
 “mel”. Et est mel naturale, de quo hic agimus. Hoc mel naturale habundancius descendit
 in oriente super terram, sed raro apud nos, quia melleus humor, qui de floribus et
 fructibus infimis per solem ad superiora transvehitur, apud nos viscosas et lubricas
 15 regiones transire non potest, maxime propter nubes in aere dempsatas nec \alias ut/ in
 tranquilla regione que super nubes est condempsat pondere suo ad nos iterum rediret.
 Sed in oriente aliud est, quia ibi est aer purissimus et pacate sunt omnes aeris regiones.
 Tamen aliquando mense Iunio mella descendunt apud nos, sed raro et in modica
 quantitate. Et ceterum quod quandocumque hoc fit, certum est, pestem ovium et
 20 caprarum imminere, quia, cum herbas melle irroratas comederint, moriuntur. Unde
 periti pastores hoc tempore observant et non sinunt greges ad pastum exire quousque sol
 humorem melleum exicaverit.

[Cap. 7. De laudano.]

Laudani regio est sexta ascensive. Et dicunt quidam laudanum esse gummi
 cuiusdam arboris, sed falsum est. Unde dic quod est humor aeris in oriente, aliquando in
 25 Grecia cum rore vel roris vice descendens. Cum descenderit super herbas, herba
 quibusdam zonis spargitur et sic illa preciosa humiditas quasi corrigiis humor soli
 exponitur et desiccatur, et hoc laudanum dicitur. Laudanum purum et non mixtum
 aromaticum est valde. Sophisticatur autem cum digestionem caprina vel alia re nigra, que
 maxillari potest. Est autem eligendum quod fuerit ponderosum et nigrum, quod magis
 30 maxillari potest; quod rosum est et frangitur inter manus, significat vetustatem vel
 sophisticationem. Virtutem habet constringendi et calefaciendi. Valet contra catarum ex
 frigidityte odor eius naribus immissus. Dentes confirmat positum super gingivas cum
 mastice mixtum. Matricem confortat. Contra dolorem stomachi ex frigida causa valet.
 Et ad digestionem confortandam V pillule ex laudano in sero.

4 Mellis...est] Ox, c. *De melle*, f. 96va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 6 (p. 381, l. 1). | Mel...apes] Ox, c. *De melle*, f. 96va-96vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 6 (p. 381-382, l. 2-7). 11 naturale¹... exicaverit] Ox, c. *De melle*, f. 96vb-97ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 6 (p. 382, l. 6, 11-12, 14-21, 23-28 et 30-32). 23 Laudani...sero] Ox, c. *De laudano*, f. 97ra-97rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 7 (p. 382-383, l. 1-16 et 19-22).

1 fuerit vel] fuerit et vel *cod.* | mulieribus] muliebibus *cod.* 2 corice] corce *scr.*, et post add. sup. l. -i-*cod.* 6 condescendens] conscendens Ox 11 Hoc] ante Hoc, *scr.* et post exp. unde *cod.* 12 melleus] molleus *cod.* 15 condempsat] condempsat *cod.* 19 irroratas] irrosatas *cod.* 21 exicaverit] id est exsiccaverit 24 oriente] orientes *scr.*, et post exp. -s *cod.* 34 confortandam V] confortandam dentur quinque Ox | pillule] pullule *cod.*

[Cap. 8. De manna vel mannete.]

Manne vel mannētis regio est septima et altissima inter omnes regiones aeris. Est autem manna humor aeris in oriente et Grecia cum rore vel vice roris descendens. Cum autem [f. 95v] nocturnis horis descenderit super, infiscatur herbis ibidem et postea colligitur. Quare autem apud nos non descendat et etiam laudanum, eadem est ratio que
 5 de melle. Manna purum et non mixtum aromaticum est valde. Sophisticatur cum melle vel succo liquiricie pulverizato. Et dinoscitur purum a sophisticato hoc modo: Purum est si subalbidum, interius habet quasdam concavitates, saporis est dulcis supra modum. Virtutem habet depurandi et vivificandi sanguinem, et valet in acutis febribus ex colera.
 10 Debet autem in aqua calida resolvi et colari et poni in medicinis. In decoctione autem de facili deponatur, nisi sit purum, quod raro invenitur in hac regione. Non erronee credi potest illud manna fuisse quo filii Israel XL annis vixerunt. Et inextimabilis fuit ille cibus non corporeus, licet divino miraculo specie, colore et sapore in melius mutatus esset. Quod autem obicitur: 'Panem angelorum manducavit homo', potius ad nos
 15 Christianos referri potest quam ad Iudeos, quia angeli cibum corporeum non comedunt. Nos panem angelorum edimus, illum scilicet 'qui de celo descendit', Ihesum Christum qui cibus non scaturit, ut manna vermibus scaturit. Ibi enim questio mota est inter filios Israel, qui cum viderunt, obstupuerunt dicentes manna id est: 'quid est in hoc?' Nec potuit quis respondere. Nec ipse secretarius domini Moyses, donec Ihesus Christus in
 20 cena accipiens 'panem benedixit, fregit deditque discipulis suis'. Et solvit illam questionem dicens: 'Hoc est enim corpus meum.'

[Tit. XX.] De passionibus aeris. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

Quia vidimus de humoribus aeris, nunc \est/ utile videre ex vicinitate materie de
 25 aliquibus passionibus aeris que contingunt ex flatu ventorum et calore ignis, frigiditateque ac vaporibus, de quibus per singula capitula videamus.

[Cap. 2. De stellis.]

Stelle aliquando cadere videntur in aere, sed falsum est quod cadant, quia earum locus est in \firmamento/. Numquam descendunt. Si una descenderet, totam terram
 30 ocuparet, cum minor de stellis fixis sit maior tota terra, \sicut dicam infra de VII planetis capitulo primo. Et// illa respectu terre, licet appareat punctus, hoc \tamen/ est propter magnam distanciam, de quo tangam infra de VII planetis. Sunt ergo, ut dicunt philosophi, igniculi a flatu ventorum ab ethere de aere in aerem tracti, et mox in madido aere extincti. Sepe enim in superioribus est ventus et commocio, licet non sit in
 35 inferioribus; et per aera currens splendet, que cum iuxta aliquam stellam transierit, splendore suo visum illius stelle nobis aufert, et postea illam stellam non videmus, nisi

2 Manne...purum] Ox, c. *De manna*, f. 97rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 8 (p. 383-384, l. 1-8 et 41-42). 7 est...meum] Ox, c. *De manna*, f. 97rb-97vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 16, 8 (p. 383-384, l. 8-12, 14-25, 43-44 et 46-48). 24 de²...ventorum] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 1 (p. 396, l. 1 et 5). 28 Stelle...ocuparet] Ox, c. *De stellis fixis*, f. 102ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 3 (p. 398, l. 1-4). 32 Sunt...putamus] Ox, c. *De stellis fixis*, f. 102ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 3 (p. 398, l. 6-14).

2 mannētis] manatis Ox 8 subalbidum] -albidum scr., et post add. sup. l. sub- cod. 11 erronee] erronee scr., et post add. sup. l. -e cod. 12 quo] ante quo, scr. et post exp. verum cod. 18 manna] manhua Ox 26 frigiditateque] frigiditateque cod 28 earum] eorum cod. 29 Numquam] ante Numquam, scr. et post exp. ethere cod. 31 illa] ante illa, scr. et post exp. et cod.

post longum, quia fumus de extincione ignis cadentis in humidum aerem nobis stellam obtessit, et licet post longum eandem videamus, eam tamen esse non putamus.

[Cap. 3. De tonitruo.]

Tonitruum est secundum philosophos, quando venti suo spiramine aquas in aere
 5 trahunt, que conglobate in nubes dempsantur; quibus cum venti inclusi fuerint, erumpere nituntur et magno murmure concrepant, nubibusque collis terribilem ignem eiciunt, qui ignis omnia penetrat que tangit, quia nostro subtilior est et magna vi ventorum inpellitur. Ab aquilone fulgur, ab Europa tonitrua tempestatem significant. Igitur \cum/ ex ponderacione humoris movetur summitas aeris, eius particule ad modum
 10 undarum occurrencium fragorem et tonitruum faciunt. Ex motu vero aer calefactus transit in igneam substantiam fitque corruscacio, que quamvis simul cum fragore fiat, tamen prius videtur quam audiatur, quia visus velocior est auditu. Si autem inpeditus sursum ascenderit, fit fragor sine fulmine. Sed si seorsum tendit proveniatque usque ad obstaculum, fulmen est scindens obstancia. Si vero in hac inferiore parte aeris multus sit
 15 humor, inpetus ignire non potest, fitque fulgur scindens, non urens. Sin autem ibi non sit humor, ignescit inpetus, fitque fulmen urens. Sepius alta sternit, quia, cum alto aliquando ascenderit, cicius alta petit. Dicunt quidam fulmen esse lapidee substantie, quia calor aliquod terre substantie trahit in aera et ex igne solis transit in lapidem, qui continetur in concavitate, donec dividantur aliquo inpetu, ut sic cadens subiectum
 20 concuciat. Et dicitur hic lapis qui ibi generatur ceraunus, de cuius proprietate dixi supra de natura lapidum capitulo “ceraunus”. Hyemali tempore tonitrua non sunt in nostra Europa, quia tantus calor non est, qui possit fumum inpellere. Remanet autem [f. 96r] in inferiore parte aeris idem fumus, qui de terra ascendit quamvis semper spissus. Tamen non generat tonitrua, sed ventos et pluvias. In estate vero, cum calor magnus est, humor
 25 elevatur ad summum aeris et inde fit tonitruum. In oriente non fiunt tonitrua in estate, sed hyeme, quia estatis tempore aer calidissimus est et ita siccissimus, nec potest aliquis humor, eciam si ascenderit, in nubes coagulari, quia calore solis dissipatur, et ideo tonitruis carent in estate in oriente. In hyeme vero fiunt ibi tonitrua. Fulminum plura genera dicit Ysidorus esse: quedam sicca veniunt, que non dissipant, sed adhuc sunt; quedam humida sunt, que non urunt, sed dissipant atque infusant; quedam que clarum
 30 vocantur mirificum atque nature secretum, quibus exhauriuntur illesi operimentis nulloque recto alio vestigio relicto. \De fulmine habetur mensio ff Loquati l. Ex conducto § I.// Nota tamen circa premissa quod licet fulmine utatur in verbi prolacione promiscue, proprie tamen dicitur fulmen cum cindit, sed quando urit dicitur fulgur.
 35 Macia Romanorum principissa tonitruo fulminata, puer quem habebat in utero mortuus est, ea incolumi remanente. Nullus tangitur fulmine quin prius viderit lumen, unde cum sencierit se subito in terram prostrando ad humumque odoratum aplicando evadere potest, ne ex fumo extincionis fulminis sufocetur. Fulmen tactum hominem non

4 Tonitruum...concuciat] Ox, c. *De tonitruo*, f. 102rb-102va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 2 (p. 396-397, l. 1-12, 15-18, 20-22, 28-29 et 31-33). 21 Hyemali...sunt] Ox, c. *De tonitruo*, f. 102va-102vb. Hyemali...relicto] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 2 (p. 397-398, l. 37-38, 40-50 et 55-59). 30 que²...relicto] Ox, c. *De tonitruo*, f. 102vb. 34 dicitur¹...cindit] Ox, c. *De tonitruo*, f. 103ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 2 (p. 398, l. 83). | fulgur...lumen] Ox, c. *De tonitruo*, f. 102vb-103ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 2 (p. 398, l. 59-61, 71 et 82). 38 Fulmen...Ysidorus] Ox, c. *De tonitruo*, f. 102vb-103ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 2 (p. 398, l. 72-75).

2 obtessit] obtexit Ox 8 Europa] euro Ox 10 occurrencium] concurentium Ox 12 inpeditus] impetus Ox 13 seorsum] deorsum Ox | proveniatque] perveniensque Ox 14 inferiore] inferiori Ox 16 alto] alte *cod.* 17 petit] repetit Ox 22 fumum inpellere] fumum ad sumum impellere Ox 31 illesi] illesis Ox 34 cindit] *id est* scindit 35 Macia] Martia Ox | principissa] princeps Ox 37 prostrando] postrando *cod.*

semper extinguit; cetera autem animancia semper extinguit. Arbor lauri non fulminatur, nec aquila, ut dicit Ysidorus. Dicitur quod ignis incensus in domo defendit eam ab ictu fulminis, quod forte intelligendum puto de igne incenso in candela benedicta.

[Cap. 4. De vento.]

- 5 Ventum diffinit Philosophus dicens: Ventus est aer commotus et agitatus et nichil aliud est quam aeris fluctus. Unde queri solet quid primum motum in aere faciat, unde ventus creatur. Venti sunt, ut dicit Plinus, sine assiduo mundi incitatu, sive hic est ille generalis nature spiritus huc illuc in utero aliquo, tamquam vagus, sive disparili errantium syderum ictu radiorum, quia multiformi iactu flagellatur aer. Quidam ex
10 antiquis philosophis aliam assignant rationem dicentes: in terra abissus profundissima est, de qua in Genesi: 'Rupti sunt/ omnes fontes abissi' et cetera. Iuxta hanc sunt cavernosa loca et spelunce late patentes. In hiis venti de spiramine aquarum concipiuntur, qui et spiritus procellarum dicuntur; et/ hii suo spiramine aquas maris per patentes aquarum cavernas introrsum abissum trahunt in ea inundacione iterum magno
15 impetu, inde fit ventus et terremotus, de quo tangam infra de III^{or} elementis capitulo "terra". Insuper sciendum est quod venti principales seu cardinales sunt quatuor. Primus est Subsolanus in oriente. Secundus Zephyrus in occidente. Tertius Boreas in septentrione. Quartus Auster in meridie. Primus scilicet Subsolanus aliter nominatur Amphilotes, iste est temperatus, nec calidus multum, nec frigidus. Secundus Zephyrus,
20 qui alias Favonius dicitur, hyemem resolvit et flores producit. Tertius Boreas, qui alio nomine dicitur Apnas et alias dicitur Aquilo/, facit nubes et frigora. Quartus scilicet Auster, qui et Notus dicitur, humorem, calorem atque fulmen creat. Subsolanus habet a destris ventum, qui dicitur Ultranus, cuncta desiccans et a sinistris ventum qui dicitur Eurus, nubes generans. Cui Euro iungitur Auster unus de principalibus III^{or} ventis
25 predictis et habet Auster a sinistris ventum qui dicitur Affricus, tempestatem, tonitrua et fulmina generans, cui iungitur alter ventus principalis Zephyrus. Qui Zephyrus habet a sinistris ventum qui dicitur Corus, qui duplex est: Aura et Altanus, Aura in terra, Altanus in pelago. Coro iungitur Boreas alter principalis ventus habens medium inter se et Subsolanum, scilicet Ultranum, ut dictum est/. Et patet clarius in figura infra/
30 sequenti. Horum ventorum concordia omne creatum in suo cursu ordinate existit. Nunc subiungamus aliqua specialia circa ventos. Ventus mollis periculosus est. Sol elevans vaporem ex parte meridionali est causa venti et non pluvie, quia fervet in sole, ut ait Aristotiles in Methafizica. Si in parte orientali et occidentali fit magis pluvia quam ventus ex vapore atracto per solem. Signum [f. 96v] huiusmodi atraccionis est nubes
35 rubea, que media est inter album et nigrum, et ventus potius fit ex parte septentrionis et meridiei, quia iste partes sunt inhabitales, et nives et aque multe sunt in eis, quas resolvens extrahit calor per vaporem per quem multiplicantur venti. Cum flat Auster et

5 Ventum...terremotus] Ox, c. *De vento*, f. 103ra-103rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 4 (p. 399, l. 2-14). 16 venti...est] Ox, c. *De ventis cardina[libus]*, f. 103rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 8 (p. 400, l. 2). 17 Subsolanus...meridie] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 7 (p. 52-53). 18 Subsolanus...generans] Ox, c. *De ventis cardina[libus]*, f. 103rb-103va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 8 et 9 (p. 400-401, l. 3-8 et l. 3-7). 25 Affricus...generans] Ox, c. *De ventis cardina[libus]*, f. 103va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 9 (p. 401, l. 14-15). 27 sinistris...pelago] Ox, c. *De ventis cardina[libus]*, f. 103va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 9 (p. 401, l. 15-18). 30 Horum...existit] Ox, c. *De ventis cardina[libus]*, f. 103va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 9 (p. 401, l. 19-20). 31 Ventus...tranquillitatis] Ox, c. *De vento*, f. 110rb-110va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De ventis* (p. 73-77).

8 utero] ante utero, scr. et post exp. vei cod. 13 spiramine] ante spiramine, scr. et post exp. suo cod. 16 Insuper] Divisio ventorum add. in marg. cod. 19 Amphilotes] Aphilotes Ox | nec¹] ante nec, scr. et post exp. est cod. 23 destris] id est dextris | Ultranus] Vultermus Ox 33 Methafizica] Methafica scr., et post add. sup. l. -zi- cod.

pervenit ad nos grossus aer \et/ turbidus est et commovet pluvias. Ventus rotundus, qui in estate tollit paleas et pulverem, dicitur turbo et fit ex vento descendente ex nubibus. Cui cum occurrit alius ventus, inpellit et coartat unusquisque alium, et impulsione diversa elevatur rotundus. Austrini flatus gravant auditum, quia humidus ventus est et
 5 aures sicce sunt, que per humidum debilitantur. Gravat eciam teste Ypocrate capud et oculos et difficilem motum facit ac ventrem humectat. Ypocras: Boreas corpora constituit forciora bene mobilia et colorata. Ventrem siccatur. Oculos mordet. Auditum prebet. Signum tempestatis est rupcio corone pluribus locis circa solem, ex toto eius subita evanescencia est signum tranquillitatis. Sequitur figura ventorum.

10

\\Figura ventorum.\\

[Cap. 5. De nubibus.]

Nubes quasi numborum vel ymbrium naves dicuntur. Ferunt enim pluvias de terra
 15 per vapores ad aera. Ymo ipse nubes calore solis de terra tracte in aera condempantur, gravesque facte nimio humore, vento resolvuntur et per pluvias, nives et grandines in terram relabuntur. Nubes a ventis in aere agitantur et ex hoc aera accipiunt futura. Si mane sole oriente terram nubes tegant, celo residuo claro, aut pluviam speres a mane usque ad meridiem, vel a meridie usque ad noctem. Et nota quod sicut dixi supra titulo
 20 de humoribus aeris capitulo “nivis regio”, in monte Olimpo, regionis Trachie, non interveniunt nubes, nec ibi pluit, nec cadunt nives ymo, nec modicus ventus ibi viget, quia usque ad liquida aera ascendit, quod probatur et est pro argumento, ut dicit Gervasius, quod littere, si pulveri cacuminis \eius/ inprimantur, revoluto anno in sua figura integre reperiuntur \\et ratio potest esse, quia nubes ascendunt supra in aere usque
 25 ad XVIII miliaria tantummodo et eodem modo venti, unde cum huiusmodi mons multo alcius atingat, non mirum si predicta in eo ita contingat//. Unum mirabile huic subiungo, quod reffert eciam Gervasius, in magna Britannia evenisse. Cum populus post missarum sollempnia ecclesiam \plebariam/ egrederetur, tempore quidem plurimum nubuloso ac
 30 \propter/ nubium dempsitatem subobscurum, apparuit anchora navis lapideo tumulo infra cepta ciminterii infixam, fune in aere protenso ac pendulo. Et demum gentibus super hoc mirabili conferentibus, viderunt ipsi funem moveri quasi laboraretur et traheretur ad evulsionem anchorae et audierunt in aere contencionem nautarum. Et paulo post hominem per funem manuum adiutorio descendentem ad evellendum anchoram, qui statim captus fuit per populum et subsequenter funis abscissus de aere descendit. Cuius
 35 mirabilis veritas scita fuit ab homine detento, quod erat navis periculum maris paciens

14 Nubes...noctem] Ox, c. *De nubibus*, f. 103va-103vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 10 (p. 402, l. 1-11). 20 monte...Trachie] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 11 (p. 72-73). 21 ventus...integre] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 11 (p. 72-73) et 3, 33 (p. 624-625). 26 mirabile...nautarum] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 80-81). 33 funus...captus] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 80-81). 34 aere] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 80-81).

6 difficile] diffilem scr., et post add. sup. l. -ci- cod. 9 tranquillitatis] id est tranquillitatis 11 \\Figura ventorum//] Meridies. Ventus meridianus. Auster. / Labech. Africus. / Occidens. Ponent. Zephyrus. / Magistralis. Corus. / Septentrio. Tramontana. Boreas alias Aquilo. / Grecus. Ultranus. / Oriens. Levant alias Marinus. Subsolanus. / Esserot. Eurus. // Ventus terraneus – foraneus. Terraneus ad litus sive terram. Foraneus in pelago add. in marg. cod. 14 numborum] nimborum Ox | Ferunt] Ferun- scr., et post add. sup. l. -t cod. 15 solis] ante solis, scr. et post exp. saloris cod. 17 aera] aura Ox 19 Et] Vide de fonte in pede istius montis sub mira bonitate existente supra titulo de natura fluviorum capitulo “ad radicem” add. in marg. alia recentior manus cod. 20 Trachie] Tachie scr. et post add. sup. l. -r- cod.; Tracie *Otia imp.* 28 \plebariam/] plebanam *Otia imp.* | nubuloso] nubulo- scr. et post add. sup. l. -so cod. 30 cepta] id est septa 32 evulsionem] id est evulsionem 33 manuum] mamuum cod. 34 funis] finis cod.

ob quod anchoram proiecerant naute et inde ipsum hominem ad anchoram expediendam submiserant. Et in memoriam huius ferramenta hostii basilice illius ecclesie fabricata fuerunt. Sic etiam contingit secundum dictum Girvasium in castro Bristoldum, in comitatu Claudiicastrie, in quo est portus quo transitur a maiore Britannia in Yberniam, quod \cum/ quidam civis illius loci navigasset, [f. 97r] domi, relictis uxore et filiis, post emensa diutine navigacionis curricula, cum in remotis oceani partibus navis decurreret, gladius ipsius navigantis ad spondam navis cecidit in aqua et subito repertus fuit in domo sua et in conspectu uxoris. Et predicta vera potuerunt esse et naturaliter procedere. Primo quia navis cum multitudine aque assumpta fuit per nubes spissas et dempsatas et sic potuit substolli in aere usque ad regionem illius loci ad quem venit ancora vel gladius. \Nam nubes sustollere solent ne dum aquam, sed corpora ut homines et animalia, ut patet in rana et borace, licet ibi supra in nubibus quandoque generentur huiusmodi rane et boraces secundum aliquos. Tamen mirandum de nave que est tanti ponderis, quod sursum elevari possit.// Vel secundo potuit procedere secundum illos, qui asserunt aquam transcendere \usque ad/ aerem et terram, ut centrum circumcingere et concludere, de quo tangam infra de IIII^{or} elementis capitulo primo.

[Cap. 6. De nebulis.]

Nebula fit dum humide exalaciones vaporabiliter trahuntur in aera. Si ascendit nebula, pluviam spera, si descendit serenum. Nebule super aquas et infima loca manent. Nebula est quandoque fetida et dempsata multum in aere, quia humores corrupti de terra in aera levantur; et hec est sepius multis occasio mortis vel infirmitatis: Pectus enim ledit, reuma pessimum creat in capite, quod si ad pectus descenderit, sepius efficitur apostema. Unde antiqui in altis locis et siccis libencius habitabant, quia in altis locis propter subtilitatem aeris nebule cicius dissolvuntur, \dicam infra titulo sequenti capitulo “aer” circa principium//. Nebula circa Maium et estivale solsticium atque post Septembrem pessima est.

[Cap. 7. De iride.]

Iris est arcus celestis quadri colorem habens, videlicet de igne colorem igneum, de aqua ceruleum, de aere azureum, de terra gramineum id est viridem. Arcus celestis ex ymbribus fit et solis radiis, cum radii solis intercurrentes nubem ascendentem de terra illustrat, que, si cava fuerit, repercutit splendorem ex acie solis. Unde fit arcus celestis coloris cerulei ac rubei, sed magis ac minus ad principiliores colores rubeum atque ceruleum accenduntur. Fit igitur iris ex radio solis splendente ad vaporem opposito, sicut radius fulgens in aqua relucet ad parietem. Iris non videtur in nocte propter nubulositatem. Possunt esse due irides, una per oppositionem solis, alia per oppositionem lune, sicut fit in estate horis vespertinis. Sole existente in occidente, iris apparet in oriente \et econtra/. Luna vero quando est in austro seu meridie, iris apparet

2 in...fuerunt] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 80-81). 3 castro...navis] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 82-83). 7 subito...domo] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 82-83). 8 uxoris] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 82-83). 18 Nebula...dissolvuntur] Ox, c. *De nebula*, f. 103vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 11 (p. 402, l. 1-4, 6-8 et 10-13). 25 Nebula...est] Ox, c. *De nebula*, f. 103vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 11 (p. 402, l. 13-14). 28 Iris...nubibus] Ox, c. *De arcu celesti*, f. 103vb-104rb et c. *De yride*, f. 110va-110vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 18, 12 (p. 402-403, l. 1-4, 19-25, 27, 29-31, 33, 36-41 et 43-49) et PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De iride* (p. 77-78 et 81).

3 Bristoldum] Beritoldum *cod.* 4 Claudiicastrie] Claudiicastire *cod.* 7 repertus] *ante repertus, scr. et post exp. a cod.* 12 ibi] *ante ibi, scr. et post del. quando cod.* 18 humide] *humide- scr. et post add. sup. l. - de cod.* | exalaciones] *exaltaciones scr. et post exp. -t- cod.* 20 dempsata] *dempsa- scr. et post add. sup. l. -ta cod.* 35 nubulositatem] *nebulositatem Ox*

in septentrione. Iris lune non apparet nisi plenilunio in ortu lune vel occasu. Sciendum quod iris significat incendium futurum, quod omnem calorem in qualitate et quantitate excedet. Queri solet quomodo post diluvium Dominus arcum celestem posuit in celo, ut sit pactum inter se et hominem. Responderi potest secundum rationem nature, quando

5 Dominus Deus induxit aquas diluvii super terram, diluvium non fuit tantum ex aquis de sub firmamento, quia non suffecissent facere cathaclismum, id est cooperire totam terram, sed ex aquis, que super firmamento erant, de quibus dicitur in Genesi: 'Caracthere celi aperte sunt.' Hinc Dominus dixit post diluvium: amplius non inducam aquas diluvii, sed nunc 'Ponam arcum meum in nubibus' celi, qui fit ex humoribus terre

10 et aquis, ut ostendam hominibus quia, et si aque pluviarum venture in aere pendeant. Arcu meo apparente non timeant homines, quia de terra sunt aque quas viderint in nubibus, que nec tam magnum cumulum facere poterunt, quod mundo inducant diluvium. Dicunt nonnulli quod arcus iste celestis annis XL ante finem mundi non videbitur in nubibus et sic erit signum quod de quadraginta annis mundus non peribit. Et

15 hoc tradidisse multos sanctos Gervasius reffert et atestatur. [f. 97v]

[Tit. XXI.] De quatuor elementis et naturis eorum. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

Elementa dicuntur quasi yle \ligamenta/; est autem yle materia prima. Sunt enim quatuor elementa ex quibus constant omnia composita, scilicet ignis, aer, terra et aqua.

20 Que in modum circuli in se reflectuntur, dum ignis in aerem, aer in aquam, aqua in terram, aer in ignem commutantur. Nam terra arida et frigida et humida est, et humido aeri astringitur. Aer humidus et calidus ac aridus aride terre copulatur. Ex hiis terra gravissima infimum locum tenet, ignis levissimus superiorem obtinet locum. Alia vero in medio sunt. Terre deputantur gradiencia, aque natancia, aeri volancia, igni radiencia

25 ut stelle et planete. Ex hiis mundus consistit, \de hoc tangitur per glosam et doctores in finali rubrice prohemii Institucionum et § \Igitur/ post libros glosa fi. et ibi per doctores//. Et dicitur mundus quasi undique motus: est enim in perpetuo motu. Huius figura est in modum pile vel instar ovi elementis distincta, ut admodum teste sit celum sydereum, quod firmamentum dicitur, sicut dicam infra de VII planetis capitulo primo.

30 Ut pellicula sit ether, id est ignis, de quo eciam videbis in dicto capitulo primo, ut album sit aer. Et ut vitellum sit aqua et ut pinguedo sit centrum terre. Vel potest poni exemplum in pomo citri, ut cortex superior rubeus sit ignis, inferior albus sit aer, succus ab infra sit aqua et grana sint terra. Sed advertendum quod licet terra ut centrum in medio circumferencie omni parte equaliter ab extremitatibus distans, circumcingatur et

35 concludatur, tamen opinantur aliqui eciam concludi \a/ mari, sed quodam aere composito in medio inter terram et mare existente, quod tenere volunt per ea, que dixi secundum Girvasium de anchora navis et gladio proiecto in mari, de quo supra de

14 et...annis] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 25 (p. 162-163). 15 tradidisse...sanctos] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 25 (p. 162-163). 18 Elementa...consistit] Ox, c. *De elementis*, f. 104rb-104va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 1 (p. 404, l. 17-25 et 27-29). 27 Et...celum] Ox, c. *De elementis*, f. 104va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 1 (p. 404, l. 2-5 et 34). 30 Ut...ether] Ox, c. *De elementis*, f. 104va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 1 (p. 404, l. 5). | ut...terre] Ox, c. *De elementis*, f. 104va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 1 (p. 404-405, l. 6 et 45). 33 terra²...concludatur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 78-79).

8 Caracthere] Caracte chatharacte Ox 15 Gervasius] ante Gervasius, *scr. et post exp.* reffert *cod.* 19 quatuor] quator *scr. et post. add. sup. l. -u- cod.* 30 ignis] ante ignis, *scr. et post del. et exp.* aer id est locus *cod.* | album] ante album, *scr. et post del. et exp.* aer *cod.* 31 pinguedo] piguedo *cod.*; pigue- *scr. et post add. sup. l. -do cod.* 35 quodam] quod- *scr. et post add. sup. l. -am cod.*

passionibus aeris capitulo “nubes”. Tamen putarem illa de anchora et gladio processisse naturaliter ex atraccione aque sursum per nubes, ut ibi dixi.

[Cap. 2. De terra.]

Terra est ut centrum quoad alia elementa et magis infimum, quia ponderosius et est
 5 terra fixa et quieta equaliter undique distans, ut dixi supra proximo capitulo. Forma terre
 est rotunda vel sperica, unde eciam orbis dicta est. Si enim in aere positus eandem super
 inspiceret, tota eminencia moncium et concavitas vallium minus in ea appareret quam
 digitus alicuius pilam magnam in manu tenentis. Et terra in medio circuli ut punctus
 collocatur equaliter. Et nullis fulcis, sed divina potencia sustentatur. Unde non timeas ait
 10 Dominus: ‘Qui suspendit terram in nubulo’. Fundata enim ‘est super stabilitatem suam’.
 \Et naturaliter eciam potest reddi ratio, quia propter magnum motum et revolucionem
 celorum ac planetarum et eorum circulorum habet necesse terra stare in medio, sicut
 patet in amphora aqua plena, si in ea granum millii mitatur et aqua multum revolvatur
 cum amphora semper manebit millium in medio aque propter vehementem
 15 revolucionem.// Terra tamen in inicio creacionis sue plana fuit, in qua non erant montes
 nec colles. Et nota quod circuitus terre centum octoginta milibus stadiorum mensuratur,
 que in duodecies mille milliaria et LII computantur. \Sed secundum Alpharganum et
 multos alios philozofos circuitus terre tocus sive habitabilis sive non habet in summa
 CXXXII mille milia et VI^c milia miliaria.// Quanta tamen sit distancia de terra usque
 20 sursum ad firmamentum tangam infra de VII planetis capitulo “Saturnus”, et quanta sit
 de luna usque ad terram et de luna usque ad solem dicam infra in titulo de \VII planetis/
 capitulo “luna” \et capitulo “sol”. Quanta tamen sit distansia in latitudine terre de
 oriente in occidentem vel de meridie in septentrione tetigi supra de anathomia humani
 corporis capitulo primo. \Sed quia ibi non declaravi numerum dic ad presens quod est
 25 media pars numeri circuitus terre. Sed in spissitudine incipiendo a superius ad inferius
 vel a latere ad latus recta linea est tertia pars numeri tocus circuitus secundum
 Alpharganum.// Omnia ponderosa feruntur ad terram sicut ad centrum. Terra est
 \elementum/ acomodatissimum \homini/. Numquam homini irascitur. Aque submergunt,
 subeunt ymbres, regescunt in grandines. Aer dempsatur in nubibus, fiunt proceres. Ignis
 30 cremat. Terra semper est benigna et mittis, sponte fundit odores, sapes et colores
 generatque cuncta. Seminum fenus sibi creditum bona fide restituit \cum/ usura.
 Medicinales herbas parturit homini. Et breviter quidquid est necesse homini producit. Et
 intra se continet preciosa metalla et in visceribus ipsius, maxime arenis gemme preciose
 inveniuntur, de quibus dixi supra de natura lapidum capitulo I et de metallis capitulo
 35 “aurum”. Terra interius meatibus aquarum ut corpus venis sanguinis penetratur, quibus
 ariditas ipsius ubique irrigatur. Alioquin in pulverem propter siccitatem suam

4 est²...distans] Ox, c. *De elementis*, f. 112rb. Cf. Ps. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De terra et contingentibus eam* (p. 112). 5 Forma...Unde] Ox, c. *De terra*, f. 104vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 2 (p. 405, l. 20-22 et 24-26). 10 Qui...suam] Ox, c. *De terra*, f. 104vb. 15 Terra...computantur] Ox, c. *De terra*, f. 104vb et c. *De quinque circulis terre*, f. 105ra-105rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 2 (p. 405 et 407, l. 23-24 et 85). 27 Omnia...inveniuntur] Ox, c. *De terra*, f. 104va-104vb et c. *De quinque circulis terre*, f. 105ra-105rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.*, 19, 2 (p. 405-407, l. 1, 5-11, 66, 73 et 90-91). 35 interius...Beda] Ox, c. *De terra*, f. 104vb-105ra. | interius...reperitur] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 2 (p. 406, l. 42-44 et 67-68).

8 circuli] *ante* circuli, *scr. et post del. et exp. puncti cod.* 9 fulcis] fulcris Ox 10 suspendit] *suspendi cod.* | nubulo] nichilo Ox 15 sue] *ante* sue, *scr. et post exp. cre cod.* 17 Alpharganum] Alphagranum *cod.* 22 capitulo¹] *ante* capitulo, *scr. et post del. IIII^{or} elementis cod.* | distansia] *id est* distancia | in] *ante* in, *scr. et post del. de o cod.* 23 anathomia] anthomia *cod.* 27 Alpharganum//] Alphagranum *cod.* 29 regescunt] rigescunt Ox | fiunt proceres] furit procellis Ox 30 mittis] *id est* mitis 31 usura] *ante* usura, *scr. et post exp. sub cod.*

redigeretur et destrueretur, ut dicit Beda. Unde ubicumque in terra foditur, aqua
reperitur. Insuper sciendum quod terra quinque zonis, id est quinque circulis,
distinguitur; quorum duo extremi sunt inhabitabiles algore. Medius inhabitabilis calore,
a quo sol numquam recedit, ad illos vero precedentes numquam accedit. Duo intermedii
5 temperati sunt et ideo habitabiles. Primus septentrionalis. Secundus [f. 98r] solsticialis.
Tercius equinocialis. Quartus brumalis. Quintus australis. Solus solsticialis a nobis
habitari dignoscitur. Et zona habitabilis, que a nobis est culta, in tres partes dividitur
Mari Mediterraneo. Prima Asia, altera Europa, tertia Affrica dicuntur. Asia a
septentrione per orientem usque ad meridiem, Europa a septentrione usque ad
10 occidentem, Affrica ab occidente usque ad meridiem extenditur. Et due dimidium tenent
orbem, scilicet Affrica et Europa et sola Asia dimidium reliquum. Tamen Asia in duas
partes solet dividi, scilicet \in/ Asiam maiorem et orientalem, et Asiam minorem. Sed
divisiones parcium orbis secundum regiones et provincias prosequi non intendimus,
cum esset opus prolixum. Et ideo omitamus pro nunc, \sed non omitendum quod in
15 medio zone habitabilis est sita civitas sancta Ierusalem, iuxta illud: ‘Operatus est
salutem in medio terre.’// Videamus igitur de aliquibus que creator omnium sua
benignitate in terra ordinavit. Constituit paradysum terrestrem locum omnium
deliciarum, in quo primus homo peccavit, et est situatus in Asia orientali et maiori, et est
20 ipsius prima regio, estque locus inaccessibilis hominibus et igneo muro usque ad celum
cingitur. Ibi est fons Idus ex quo procedunt quatuor flumina, sicut tetigi supra de natura
fluviorum et foncium capitulo “nota de fonte”. Ibi eciam est lignum vite, de quo dixi
supra de natura arborum capitulo II^o. Ad cuius paradisi custodiam ordinatus est
Cherubin cum gladio versatili. Ad hanc regionem et ad dictum paradysum putatur
25 Heliam translatus fuisse, dum raptus fuit in curru igneo ascendendo ad sublimarem
regionem. \Alius tamen est paradysus celestis, qui dicitur ‘spiritualis regio’, quia ibi est
regio spirituum. Similiter sunt duo inferni: terrestris et aereus, sicut tangam infra statim
et eciam dicam infra capitulo “aer” et in titulo de VII planetis capitulo primo.// Insuper
creator omnium terram diversis nacionibus tam hominum, eciam monstruosorum
30 stabilivit, qui sunt in partibus Indie versus orientem et in Asia, de quibus dixi supra de
monstruosis hominibus in singulis capitulis, quam eciam diversorum animalium,
piscium, avium, serpentum, vermium, arborum, herbarum, lapidum, metallorum,
aquarum \speciebus adornavit/, de quibus vidistis competenter per titulos precedentes.
Intra viscera terre ignis in certis regionibus includitur, qui per diversa loca erumpere
perhibetur, venis sulphureis et aluminosis nutritur. Unde tellus Cicilie in multis locis
35 fumum et flammam eructat, quemadmodum montes Ethne et quedam insule maris

2 quinque¹...zona] Ox, c. *De quinque circulis terre*, f. 105ra. | quinque¹...reliquum] Cf. THOM. CANT.,
Lib. de nat. 19, 2 (p. 406 et 408, l. 45-47, 51-55 et 118-121). 7 in...reliquum] Ox, c. *De quinque circulis*
terre, f. 105ra. 14 opus prolixum] Ox, [Prologus], f. 3vb. | in...terre//] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 10 (p.
68-69). 17 paradysum...peccavit] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 16 (p. 92-93) et 2, 22 (p. 490-491).
18 Asia...fons] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 180-183). 20 Idus] *Epist. pres. Joh.* 22 (p. 912).
quatuor flumina] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 182-183). 21 est...vite] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p.
180-181). 22 paradisi...versatili] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 16 (p. 92-93). 23 paradysum...raptus]
GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 16 (p. 92-93). 25 paradysus...aereus] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 17 (p. 94-97).
33 Intra...Ethne] Ox, c. *De quinque circulis terre*, f. 105rb et c. *De terremotu*, f. 105va. Cf. THOM.
CANT., *Lib. de nat.* 19, 2 (p. 407, l. 91-93) et 3 (p. 409, l. 16-19).

2 Insuper] Divisio terre *add. in marg. cod.* 3 inhabitabilis] inhabilis *cod.* 6 solsticialis] solstitialis Ox
9 septentrione¹] meridiem Ox | meridiem] septentrionem Ox 12 partes] partem *cod.* 18 situatus] scituatus
scr. et post exp. -c- cod. 20 Idus] Ydonus *Epist. pres. Ioh.* 23 et] *ante et, scr. et post del.* paradisi *cod.*
24 sublimarem] sulimarem *scr. et post add. sup. l. -b- cod.* 25 dicitur] *ante dicitur, scr. et post del.* est
scilicet empireum et *cod.* 31 piscium avium] *id est* avium, belluarum, piscium | lapidum...aquarum] *id*
est liquorum, aquarum, lapidum, metallorum 34 Cicilie] *id est* Sicilie

specialiter Strongo et Bolcano, sic vulgariter nominate \et eciam quidam mons excelsus in confinio civitatis Neapolis subiectam habens Terram Laboris, qui mense Maii maximum fumum emitit et interdum flammam cum carbonibus. De quibus mirandum dupliciter, primo quia tanta temporis diuturnitate ac vetustate nunc ac deinceps flammis
5 estuant et tamen integri perseverant. Secundo mirandum quomodo ista proveniant ad generacionem ignis. Sed// creditur a multis \alia debere/ esse spiracula inferni, qui est in medio terre collocatus, sicut cor in medio corpore animalium, et in illo inferno dicunt locum esse longe semotum a locis penalibus qui ob quietem et separacionem ab aliis sinus dicebatur Abrae in parabola divitis et Lazari, quia eciam Abraam ibi erat usque ad
10 mortem Christi. \Alii tamen et multi opinantur sinum Habrae esse in aere, tangam Deo duce in allegatis capitulis, quod multi teologi approbant. Sed plerique attestantur esse illam insulam versus affricum mare, que dicitur insula Fortunatorum, ubi est felicitas instar paradisi et alias dicitur insula Perdita, quia aliquando casu inventa, non fuit post ex magna inquisicione reperta. Ad quam traditur beatum Brandanum devenisse. Hanc
15 tamen insulam vocant philozofi Elysium Campum. In quo piorum anime post corporis et anime separacionem requiescunt.// Sed alius est infernus aereus caliginosus situs supra in aere. In quem detrusi sunt mali angeli ad suam penam, sicut boni in celo empireo ad gloriam, et iste dicitur maior infernus, dicam in allegatis capitulis. Purgatorium vero dicunt esse tam in aere, quam in aqua, quam in terra, ubi Altissimo placet purgacionem fieri peccatorum. Unde narratur esse locum in Ybernia, qui vocatur
20 purgatorium sancti Patricii. In quem si quis ingressus fuerit, nisi vere sit penitens et contritus, statim a demonibus necatur; cum vero contritus et confessus intraverit, per ignem et aquam ac multa genera tormentorum a demonibus correptus purgatur, magis et minus unusquisque acerbis, secundum quod deliquit. Postquam autem exierit ridere vel ludere aut mundum diligere non potest. \Multi tamen opinantur purgatorium solum esse
25 in aere, de quo tangam infra capitulo “aer”, in illa anime apparicione, que contingit in castro Bellicadri.// Terra quandoque patitur terremotum, qui eam tremere facit et est terremotus periculosus et horribilis valde. \Et/ non solum in partibus orientis, sed eciam in Europa frequenter fiunt, maxime iuxta partes maritimas. Terremotus causa est secundum philozofos, quando venti in concavis [f. 98v] locis inclusi erumpere gestant et liberam exalacionem aer inclusus et concitatus non habet, tunc venti terram horribili fragore concuciant eamque tremere faciunt, que aliquando rumpitur et fit inmensus hyatus terre, quo eciam aliquando civitates absorte sunt in profundum. Sed quando non
30 rumpitur terra, tunc concucitur et inpellitur spiritu in tantum, quod aliquando civitates cum suis edificiiis corruerunt hominibus suffocatis, quod contingit in civitate Tyrensi. Fiunt cum terremotu inundaciones maris eodem spiritu infusi et sine vi terre receptis, \de terremotu habetur ff Loquati l. Marcius et De aqua plu. arcen. l. II § Apud

1 mons...carbonibus] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 13 (p. 582-585). 4 quia...perseverant] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, prologus (p. 560-561). 6 inferni...animalium] Ox, c. *De terra*, f. 112rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De terra et contingentibus eam* (p. 112). 7 et...Christi] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 17 (p. 94-97). 10 sinum Habrae] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 11 (p. 324-325). 11 esse...caliginosus] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 17 (p. 96-97) et 2, 11 (p. 324-325). 17 In...empireo] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 17 (p. 96-97). 19 Purgatorium...aere] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 103 (p. 768-769). | terra] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 103 (p. 768-769). 20 esse...potest] Ox, c. *De purgatorio sancti Patr[icij]*, f. 112rb-112va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De propriis mirabilibus cuiuslibet terre siue regionis* (p. 115). 27 castro Bellicadri/] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 103 (p. 760-761). | est...receptis] Ox, c. *De terremotu*, f. 105rb-105va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 3 (p. 408-409, l. 2-12 et 14-16).

9 sinus] ante sinus, scr. et post exp. d cod. | Abrae] Abrahe *Otia imp.* | Abraam] Abraham *Otia imp.* 10 Habrae] Abrahae *Otia imp.* 22 intraverit] ante intraverit, scr. et post exp. fuerit cod. 23 correptus] correctus Ox 24 Postquam] Posquam cod. 36 sine vi] sinu Ox | receptis] recepti Ox

Namusam//. Nunc subnectamus aliqua miranda ultra ea que recitavimus in propriis titulis et capitulis prout occurrerunt materie. Unde reffertur quod in India est insula in qua uno anno est duplex estas et duplex hyems. Est eciam ibi regio in qua semper est estas, quod idem dicitur de Ethiopia. In Cathalonia, in regione que subiacet provincie
5 Teraconensi, est castrum dictum Cardona, in cuius monte quodam colligitur sal, quod per pluviam mine diminuitur, sed potius crescit et augmentatur. Est in Aquensi provincia, regni Aralatensis, castrum Baldimentum, in quo rupes reperitur rubea instar coralli, cuius fragmenta, si accendantur, instar candeles lumen faciunt. In Ytalia, episcopatu Taurinensi, est ciminterium in quo corpora defunctorum cum sepeliuntur, ita
10 diminuntur, quod post triduum nec ossa nec cinis apparent. Mirandum eciam de macello quodam civitate Neapolitane, in cuius pariete positum fuerat frustum carnis testante Virgilio, in quo cetera carnes et vetuste a putrefaccione preservabantur. Est eciam in eadem civitate Neapolis portale in quo Virgilius duo capita marmorea statuarum sub efigie humana erexerat, unum a dextris, aliud a sinistris. Illud a dextris erat quasi ridens,
15 alterum a sinistris quasi flens. Et secundum diversos et contrarios vultus diversos et contrarios effectus operabantur. Nam si quis ex improviso ad latus capitis ridentis transeat, ad omnia prosperatur, sed si ad latus capitis flentis, paratur sibi contraria fortuna. In regno Aralatensi, in confinio civitatis Avinionis, castro de Thoro, est locus lutosus tantam habens atraccionem quod si quodlibet lignum, manus, digitus aut pes
20 hominis vel animalis infigatur, non potest vi vel artificio sine abscisione extrahi. Eodem regno, episcopatu Valentino, castro Liveronis, est turris que non recipit custodes nec vigiles de nocte, sed si quis in ea pro vigilia constituatur, reperietur in vallem demane delatum. Similiter eodem regno, provincia Ebrudunensi, castro nominato Noth dicitur esse rupis magna, quam si minimo digito inpuleris, totam ad facilem motum duces; si
25 vero totum corpus aut infinita plaustra boum immiseris, immobilis perseverat. In eodem regno Aralatensi, dyocesi Vapincensi, castro de Cerzeules, est lacus sive stagnus, in cuius medio existit pratum ad modum insule et est mobile. Unde cum \est/ tempus herbam scindendi trahunt illud homines et ducunt ad ripam lacus. \Et dicitur eciam quod tempore canabi remoliendi cavant dictum pratum usque ad aquam et intromittunt
30 garbas sive faycellos canabi ad numerum, et demum \cum/ extrahere volunt singulas garbas per ordinem secundum quem inposuerunt, illas recuperant absque eo, quod aliqua amitatur. Et quandoque illud pratum dividitur ex violencia aque, sed tamen nullum animal ibi perire solet. De insula mobili habetur, ff De aqui. rerum do. l. Proculus § I in fi.// Eodem modo est pratum in eodem regno, provincia Aquensi, loco dicto Podii Michaelis quod statim, cum atemptatur per aliquem ingredi, totum ab
35 extremis limitibus exsurgit et contremescit. Unde gentes illius regionis cum senciunt insultum latronum, omnia sua animalia illi prato imponunt, ut sic latrones ad predam

2 India...hyems] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 3 (p. 184-185). 4 In...pluviam] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 2 (p. 564-565). 6 crescit...vetuste] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 2-3, 8 et 12 (p. 564-567, 572-573 et 576-579). 13 civitate...marmorea] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12 (p. 580-581). 14 dextris¹...flens] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12 (p. 580-581). 15 contrarios vultus] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12 (p. 580-581). 16 ex...ad] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12 (p. 580-581). 17 prosperatur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12 (p. 582-583). | capitis...pratum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 12, 19-20, 22 et 39 (p. 580-581, 592-595 et 636-637). 27 tempus...lacus] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 39 (p. 636-639). 33 De¹...habetur] Cf. D. 41, 1, 56, 1. 34 est...Unde] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 82 (p. 710-713). 36 senciunt...Egiptum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 58-59, 69, 82, 117 (p. 668-671, 690-693, 712-713 et 810-811).

1 ultra] ante ultra, scr. et post exp. subnectamus cod. | recitavimus] recitamus scr. et post add. sup. l. -vi-cod. 6 diminuitur] diminiuitur cod. 7 regni] ante regni, scr. et post exp. ca cod. | Baldimentum] Baldumentum cod. 9 ciminterium] id est cimiterium 10 diminuntur] diminuuntur cod. 20 abscisione] ante abscisione, scr. et post del. et exp. artificio cod. 23 Ebrudunensi] Ebredunensi *Otia imp.* 26 Cerzeules] Crezeules cod. 34 Proculus] Prolucus cod. 35 Michaelis] Micahelis cod.

currentes illius prati commocione territi fugam arripiant. In Catalonia est rupes, in cuius summitate circa meridianam horam conspiciuntur milites arma gestantes seseque more militum hastis inpellentes. Sed si quis ad illum locum accedat, nichil prorsus apparet. In Anglia, ad terminos episcopatus Heliensis, est castrum Cantubricha, in cuius districtu [f. 99r] scitus est campus, ubi fuit pugna Wandolorum, in quo, si quis miles de nocte lucente luna clamet, statim alius miles occurrit armatus, qui sibi obvium eicit aut ipse eicitur. In Britannia maiore, prope civitatem Carleolensem, est vallis montibus circumdata, in qua circa unam horam noctis auditur classicum campannarum dulciter resonantium, sed unde proveniat ignoratur. In Siria inferiori, civitate Ebron, terra Damacena, est ager cuius terra effossa per glebas comeditur et venalis ad comedendum exponitur per Egiptum.

[Cap. 3. De aqua.]

Aqua ab equalitate est dicta. Huius dicunt philosophi immensa est profunditas, que dicitur abissus quasi absens fundus; tamen fundum habet, licet nimis profundum, de quo scribitur: 'Rupti sunt omnes fontes abissi.' Et dicunt quidam fontem paradisi terrestris fuisse matricem aquarum et ex eo totam terram irrigari et demum omnes aque rivales intrant mare et tamen mare non redundat, quod est mirandum. Aqua est alterum ex elementis circumdans terram et ipsa aqua circumdatur aere, cum in suis finibus naturalibus permanserit. Que frigida est et humida, si nulla \causa/ extrinseca contraria fuerit. Et ipsa quidem in generatis iuvamentum prestat ad figurandum formas. Humidum enim, licet formas figuratas cito tamen eas recipit, sicut terrestre, licet duriter eas recipiat, duriter tamen retinet. Cumque humidum aqueum et siccum terrestre se ad invicem temperaverint, adhipiscetur siccum ab humido, ut cito suscipiat tencionem et facile figurari, et humidum acquirat a sicco, ut retineat firmiter quod in eo accidit ex rectificatione et equacione et figuracionibus. Et propter humidum retinetur siccum a sua separacione et propter siccum prohibetur humidum a sua fluxibilitate. Et notanter dixi aquam frigidam et humidam, nisi aliud intrinsecum contrarietur. Unde sunt quidam specus subterranei naturaliter sulfure pleni. In hiis cum ventus concipitur, eius afflatu sulfur accenditur ex quo eructant incendia, ut patet in Cicilia, et tetigi supra capitulo precedenti. Cum ergo aqua per ignea loca fluit et discurrit calorem ex igne, pudorem ex sulphure trahit. Et quandoque et in diversis locis proveniunt et fiunt balnea virtutum, sicut \in Provincia/, in civitate Aquensi \et in Puteolana prope Neapolim, sicut dixi supra de natura fluviorum capitulo "in regione Neapolitana". Et reffertur apud Gerapolitanos \in Asia// agros aqua calida irrigari, ut dicitur in l. I § Idem labeo ff De aqua coti. et esti.// Aqua duplex est dulcis et salsa. Dulcis levior \est/ salsa et magis est frigida, et ideo magis nociva natantibus. Tamen inter dulces aquas quedam sunt leves, quedam ponderose, et levitas et ponderositas cognosci potest ex situacione loci unde

13 Aqua...paradisi] Ox, c. De aqua, f. 105va-106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 409-410, l. 1-3, 13-14 et 28). 16 totam...aque] Ox, c. De aqua, f. 106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 29-30). 17 mare²...redundat] Ox, c. De aqua, f. 106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 34). 27 sunt...Cicilia] Ox, c. De aqua, f. 106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 40-42). 30 Cum...trahit] Ox, c. De aqua, f. 106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 42-43). 32 in²...Neapolim] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 15 (p. 586-587). 35 Aqua...salsa¹] GERV. TILB., *Otia imp.* 2, 13 (p. 348-349). | Dulcis...frigida] Ox, c. De aqua, f. 111va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 92). 36 natantibus] Ox, c. De aqua, f. 111va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 92).

5 scitus] id est situs 7 Carleolensem] Carleonensem cod. 8 noctis] diei Otia imp. 18 finibus] sitibus Rur. Com. 21 figuratas] ante figuratas, scr. et post exp. cito cod. 23 tencionem] id est tensionem 29 incendia] incedia cod. | Cicilia] id est Sicilia 30 pudorem] id est putorem 37 quedam] ante quedam, scr. et post del. que p cod.

aqua emanat, et ideo aqua que de lapide emanat levior est, maxime que ex alto vel a longe efluit. Item aqua que oritur ad ortum solis vel meridiem est optima et levis, sed que ad occidentem vel septentrionem grossa est et pessima. Item aque foncium maxime currencium meliores sunt quam aque puteales. Preterea aqua pluvialis multum est levis et sana, sed si in cisternis servetur, efficitur multum frigida et restrictiva, sicut dixi supra de humoribus aeris capitulo “pluvia”. Sed aqua que ex terra lutosa progreditur et aqua stagnorum et aqua turbida vel multum ponderosa male sunt, nam petram in vesica generant et in renibus, mulieres reddunt steriles et corpori torporem inferunt et rigorem nimium, menstrua stringunt et nausiam provocant. Cognoscitur etiam levitas \et/ ponderositas ex pondere et mensura aque. Et etiam ex experientia, quia aqua levis cicius calefit ad ignem quam grossa et cicius refrigeratur. Item si pannus lineus per medium scissus in equales partes ponatur et una pars in una aqua, altera in alia, simul madescent et simul uno loco ad desiccandum ponantur, illius partis prius desiccate aqua erit levior et tenuior. Aqua salsa, maxime maris, aliquantulum habet [f. 99v] caliditatis vel saltem non tantum est frigida. Et salsedo sit in aquis, quia ibi reperitur humidum et etiam siccum, unde vapor aquosus et subtilis ascendit per motum solis et manet grossus et calidus. Exemplum quando cibus est humidus et grossus, manet ex eo superfluitas indigesta propter grossitudinem suam. Cum ergo moratur ita, permiscetur humiditas et caliditas, et fit salsum. Et huius demonstratio est sudor et urina et lacrimae, in quibus est caliditas et humiditas, unde inveniuntur salsi. Aqua salsa per meatus terre discurrens et alibi efluens, relictis suis salsedine vel amaritudine ac fontibus erumpens, dulcis reperitur. In mari etiam aqua dulcis reperitur, que ex fontibus et fluminibus descendit, nec miscetur semper, \sed dulcis, quia levis super aquas salsas, ut graviores labitur et in occultum cursum suum revertitur. Unde suprema maris unda non est adheo amara, sicut illa que in hymo est posita.// Et nota de vase facto de cera posito in aqua salsa, quod repletur aqua dulci testante Galieno, de quo dixi supra de natura belluarum capitulo “tignus”. Ex aqua maris fit sal tempore estatis, quando sol in fervore facta desiccatione ad solem. Fit etiam ad ignem aqua salsa quam plurimum ebullita inpositis cocleariis ferreis in cacabo vel simili vase. Unum non est omitendum quod ex aqua marina potest fieri aqua dulcis, quod navigantibus licet paucis expertum est. Si in urna grandi capillos Veneris, epaticam, ceterach et polietricum, herbasque in fontibus nascuntur, arene foncium superstraveris, per duo vel tria soleria disponens, aquam maris ita in modum lexivii colatam dulcissimam invenes. Aqua Maris Mortui non movetur a ventis nec in se quidquam vivere patitur. Nota de aqua \maxime dulci/ quod mollia et tremula reddit

1 aqua²...est] Ox, c. *De aqua*, f. 106rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 56-57). 2 que... meridiem] Ox, c. *De aqua*, f. 106rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 59-60). 3 que... pessima] Ox, c. *De aqua*, f. 106rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 60-61). | aque...levis] Cf. PETR. CRESC., *Rur. com.* livre 11, 4, 1-2 (p. 212-213). 7 petram...provocant] Ox, c. *De aqua*, f. 106rb-106va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 61-64). 10 aqua...partes] Ox, c. *De aqua*, f. 111rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 90). 13 simul...tenuior] Ox, c. *De aqua*, f. 111rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 90). 15 salsedo...efluens] Ox, c. *De aqua*, f. 105vb et 111va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 409, l. 23-25) et PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 95). 21 amaritudine...dulcis] Ox, c. *De aqua*, f. 105vb-106ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 409, l. 24). 22 fontibus...Galieno] Ox, c. *De aqua*, f. 106ra et c. *De aqua*, f. 111va-111vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 29-30 et 32-35) et PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 95). 27 aqua...sol] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 40 (p. 638-639). 30 quod...invenes] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 13 (p. 80-81). 33 Aqua...mari] Ox, c. *De aqua*, f. 106rb et c. *De aqua*, f. 111va-111vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 4 (p. 410, l. 47-48) et PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 93 et 95-96).

11 lineus] linteus *cod.* 15 Et] *ante Et, scr. et post del. et exp. calida cod.* 16 unde] *ante unde, scr. et post del. et exp. propter caliditatem cod.* 21 erumpens] *erum- scr et post add. sup. l. -pens cod.* 31 polietricum] *polictricum Otia imp.* 32 soleria] *solaria Otia imp.* 33 lexivii] *lixivii Otia imp.*

membra, ut patet in eis, qui serviunt in balneis. Mirandum insuper de aqua salsa quod ovum in ea positum non descendit et navis, que est res tam ponderosa, non mergitur in mari, sed sustollitur, que alias in aqua dulci submergeretur. Notandum est etiam de aqua salsa maris que mundificat atque sanat fugatque corrupta. Unde locio tibiarum ex ea et
 5 balneacio multum confert. Consolidat enim et ulcera ac scabiem curat. Vasa etiam musida et insapida ad bonum saporem deducit. Nullum mortuum vel infectum in se tollerare potest, sed continue ad litora eicit. Unde si corpora hominum in manibus deferantur, nisi iaciantur, ex levi naufragium sequeretur et ob hoc sepius et quam plurimum naute pericula paciuntur. Insuper de mari mirandum quod licet eius aqua sit
 10 salsa, tamen producit pisces multum dulces et delectabiles ad edendum. \Multa de aquis posui supra de natura fluviorum, et ibi vide. Sed non est omitendum quod homines in aliquibus partibus ita instruuntur in iuventute, quod in aquis moram et mansionem trahunt, de quo scripsi supra de monstruosis hominibus capitulo penultimo et de natura lapidum capitulo finali.//

15 [Cap. 4. De aere.]

Aer est tercium elementum circumdans aquam et ab igne superiore circumcingitur, qui locus ignis eter dicitur, id est purus aer, sed iste dicitur aer caliginosus et crassus maxime in inferioribus, sed quanto plus ascenditur, tanto asubtiliatur et devenitur ad
 20 liquida aera, sicut plenius videbimus infra. Aer ex sui natura est calidus et humidus, nisi aliud sibi contrarietur et \est/ in quolibet corpore generato, quod est a terra usque ad lunam. Et operatur rarificacionem, subtiliacionem et elevacionem ad superiora. Et est eligendus aer secundum locum, ut non sit locus depressus et bassus, quia in hiis est grossus aer et mollis, qui faciliter corrumpitur, maxime circa loca paludosa. Nec etiam sit locus nimis altus, quia aer esset nimis subtilis, ut patet de monte Olimpo, de quo
 25 mensionem feci supra de humoribus aeris capitulo “nivis” et de passionibus aeris capitulo “nubes”, quem montem nonnumquam philosophi ascendentes ibi vivere non poterant, nisi portarent spongas aqua plenas, quas naribus apponentes aerem crassum atrahebant, cum ille locus ad liquida aera attingat. Locus igitur competenter altus debet eligi et tali pro habitacione antiqui utebantur. Aer quam plurimum patitur, de cuius
 30 passionibus dixi supra de passionibus aeris et maxime patitur ex contrarietate et vehe- [f. 100r] mencina elementorum et ventorum inde generatorum. Unde infirmitates et pestilencie oriuntur ex corrupcione ipsius, que ad propinquiora cordis incipiunt attingere. Et maxime est passurus aer propter humiditatem que in eo versatur et que inter ceteras qualitates elementales maxime est passura. Unde homo transiens per mortuum
 35 hominem, licet non senciatur nec sciatur, tamen horret et concutitur in spirtitu refeccionem ex aere recipiente et eam anime representante. Ex \quo/ provenit naturaliter quod si

3 in...submergeretur] Ox, c. *De aqua*, f. 111vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aqua* (p. 96).
 16 Aer est] Ox, c. *De aere*, f. 106va. | Aer...elementum] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 5 (p. 411, l. 1).
 20 a...lunam] Ox, c. *De aere*, f. 106va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 5 (p. 411, l. 1-2).
 23 faciliter...monte] Ox, c. *De aere*, f. 106va-106vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 5 (p. 411, l. 21-23).
 26 montem...aera] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 11 (p. 72-73). 29 de...supra] Ox, c. *De aere*, f. 106va.
 30 patitur...elementorum] Ox, c. *De aere*, f. 106va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 5 (p. 411, l. 16).
 31 Unde...corrupcione] Ox, c. *De aere*, f. 106va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 5 (p. 411, l. 17).
 33 maxime...humiditatem] Ox, c. *De aere*, f. 109vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem* (p. 64). | que²...representante] Ox, c. *De aere*, f. 109vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem* (p. 64).

2 navis] ante navis, scr. et post exp. et cod. 16 superiore] ante superiore, scr. et post exp. re cod.
 20 generato] ante generato, scr. et post exp. maxime cod. 36 anime] animo cod.

interfector hominis transeat per corpus interfecti, statim vulnera sanguinant et sanguis ebulliens emanat propter atraccionem interfectoris de aere infecto, quod non fieret de vivente vulnerato propter alium sanguinem qui \ibi/ manet purus. Aer replet omnia vacua, unde solet dici non esse dandum vacuum. Unde notandum quod vas repleti non poterit vino, aqua vel alio liquore nisi aer habeat liberum exitum. Sic etiam vas plenum aqua et supra obturatum non potest evacuari aqua, licet subtus sit apertum, donec superius apperiat, quia aer naturaliter ascendit et sic per supra habet suum egressum. Alias enim locus maneret vacuus. Ignis rarefcit aerem circumstantem et ocupat minorem locum quam prius. Vel secundum alios idem aer, qui manet ibi parvus ad replendum locum vacuum et ne locus sit vacuus, quem prius occupavit, exit de loco vel corpore illo concavo, ut aliter inpleatur ex aere purgato, maxime tamen quia omne vacuum attractivum est.

Ex hoc aere caliginoso, qui a terra usque ad lunam extenditur, in quo demones commorantur saltim in parte et cum tormento diem iudicii prestolantes, corpora sibi assumunt \demones/, dum hominibus apparent. Et etiam ceteri mali spiritus, quemadmodum angeli et spiritus boni assumunt ex regione ignis, sicut dicam infra capitulo “ignis”. Verumtamen illa corpora que ex aere assumunt mali spiritus, citissime liquibilia sunt, durum tamen et molle, asperum et leve sentitur in eis; et hoc ex aliis elementis variis simul mixtis, alioquin ad formanda verba sonum non reciperent. Et in hoc aere est infernus maior in \quo/ mali angeli in parte commorantur cum pena, ut dixi. Alius infernus est in medio terre, sicut tetigi supra \capitulo/ “terra”. Nec mirum quod dixi de spiritibus apparentibus hominibus. Nam dicit Apuleius, in libro De Deo sacratissimis spiritibus, quod inter lunam et terram habitant inmundi spiritus quos incubos demones nominant gentes, a mentis incubacione, quia in sompniis mentes hominum opriment ita quod videntur homines ex alto precipitari vel suffocari; habent naturam hominum \et/ partim angelorum, et cum volunt, assumunt humanas naturas et cubant cum mulieribus. De hiis fertur generatus Merlinus, qui fuit, ut ait Istoria Britannorum, ex matre sine patre homine. Et ex tali generatione erit, \ut/ dicunt plerique, Antichristus. Ideoque dicet se filium virginis \et nascetur ac nutrietur in terra Iudea iuxta mare Galilee loco dito Corrosaim, quarto miliario a Bethsaida/. Et reffert Gervasius multa similia cotidie videri. Sunt enim demones tanto zelo mulieres amantes quod ad inaudita prorumpunt ludibria, et cum ad cubitum earum accedunt, mira mole eas opriment, nec ab aliis videntur. Sunt etiam qui tantum a virginibus videntur; caro enim incorrupta magis spirituales habet intuitus. Sunt et alii quos foletos vulgus nominat, qui domos simplicium rusticorum inhabitant, et nec aqua nec exorcismis artantur, et licet non videantur, tamen eorum verba humano more utique audiuntur, prohicentes ligna,

1 interfector...transeat] Ox, c. De aere, f. 109vb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 64). | vulnera...emanat] Ox, c. De aere, f. 109vb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 64). 2 non...vacua] Ox, c. De aere, f. 109vb-110rb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 64 et 66). 5 etiam...apertum] Ox, c. De aere, f. 110ra-110rb. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 67). 8 Ignis...corpore] Ox, c. De aere, f. 110ra. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 66-67). 11 maxime...attractivum] Ox, c. De aere, f. 110ra. Cf. PS. IOH. FOL., Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem (p. 66). 14 a...commorantur] Ox, c. De aere, f. 106va. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 19, 5 (p. 411, l. 1-3). 15 cum...apparent] Ox, c. De aere, f. 106va. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 19, 5 (p. 411, l. 9-10). 18 Verumtamen...reciperent] Ox, c. De aere, f. 106va. Cf. THOM. CANT., Lib. de nat. 19, 5 (p. 411, l. 11-14). 23 dicit...lapides] GERV. TILB., Otia imp. 1, 17-18 (p. 96-99) et appendix 2 (p. 884-885).

4 dici] ante dici, scr. et post del. et exp. dicitur non cod. 28 Britannorum] Brutannorum Otia imp. 29 Antichristus] Antechristus cod. 36 exorcismis] exorciniis cod.

lapides et utensilia revolventes \et abscondentes, turbacionem hominum et delusionem inducunt//, de quibus memini legisse in Vita beati Antonii. Anglia eciam quosdam demones habet gerentes secretas et ignote generacionis effigies, quos [f. 100v] Galli neptinos et Angli portinos nominant. Istis inscitum est quod simplicitatem fortunatorum
 5 colonorum amplectuntur, et de nocte videntur ad ignem calefieri et infra domos comedere. Senili vultu, facie corrugata, statura puzilli, dimidium pollicis non habentes. Et si quid in domo onerosi operis fiendum sit, ad operandum se ingerunt \et/ cicius humana facilitate expediunt nec in aliquo nocent, quia illis indictum est ut obsequi possint, non nocere. Similiter est in Anglia quoddam demonum genus quod Angli suo
 10 ydiomate *grant* nominant, ad instar pulli equini anniculi, tibiis erectum, oculis scintillantibus, quod sepiissime apparet in plateis in solis fervore aut circa solis occiduum. Et quociens apparet, dubitatur in loco illo de incendio proxime orturo, tunc homines sibi precavent et isti demones insecuntur ibi canes, maxime de nocte, et ad latrandum eos incitant. In Ispania eciam dicitur angelos percucientes quam plurimum
 15 versari, de quibus tetigi supra de natura herbarum capitulo “feniculus”. Dicitur eciam mulieres transformari in serpentes et alias bestias, de quibus tetigi supra de natura serpentum capitulo I et de natura bestiarum capitulo “lupus” et de natura avium capitulo “ciconia”. Ulterius a multis digna fide probatis reffertur et vulgus opinatur et eciam reffert Girvasius, quosdam spiritus de nocte apparare in modum mulierum, que lamie
 20 vel larvie dicuntur, secundum vulgus masce numcupate et figuras humanas representantes, a quibus infantuli a cunabulis transportantur alibi, quandoque subtus lectos, quandoque supra tegulicias et alibi. Olle et cetera utensilia franguntur, ignis in focanea ascenditur. Et multa mirabilia ab eis videtur fieri et comperitur. Refertur de quibusdam spiritibus aparentibus, quos fadas vulgus appellat, a quibus bonum vel
 25 malum infortunium consequitur \humana natura, ut dicitur//. Item de quibusdam nominatis draccis formam hominum accipientibus, qui solent in nundinis et foris advenire sine cuiusquam cognicione, \in/ cavernis fluminum habitantes, et solent in specie anulorum aureorum supernatancium aut ciphorum mulieres allicere et pueros in ripis fluminum balneantes, ut ipsos rapiant, maxime mulieres lactantes, ut ab eis prolem
 30 eorum nutriri faciant, de quibus reffert Girvasius, pluries hoc contingisse in castro Bellicadri, ubi nutrices sic rapte et ducte per dracos ad infima Rodani in magnis domibus et palaciis conservate nutriverant liberos dracorum per septennium, et demum reducte ad propria fuerunt, auro et argento ab eis quam plurimum remunerate, narrantes predicta accidisse et a fide dignis hec pro veris atestari, reffert dictus Girvasius.
 35 Multaque similia ab actoribus scripta perlegimus specialiter de spiritibus evacuantibus vasa vino plena, que post eciam plena reperiuntur et de illis eciam spiritibus, qui sanguinem humanum videntur suggere et pueros assare, de quibus et aliis pluribus

2 de...incendio] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 18 (p. 98-99) et 3, 61-62 (p. 674-677). 13 insecuntur... percucientes] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 62 et 83 (p. 676-677 et 712-713). 19 mulierum...cunabulis] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85-86 (p. 716-717 et 722-725). 22 Olle] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 23 ascenditur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 26 draccis...hominum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). | foris...nutrir] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 30 hoc...palaciis] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 32 septennium] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 33 remunerate narrantes] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 85 (p. 718-719). 36 vino...reperiuntur] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 86 (p. 724-725). 37 sanguinem humanum] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 86 (p. 724-725).

4 neptinos] neptunos *Otia imp.* | portinos] portunos *Otia imp.* | inscitum] *id est* insitum 7 onerosi] *id est* honerosi 8 quia] *ante* quia, *scr. et post del.* quia *ilis cod.* 20 larvie] *larue Otia imp.* 23 ascenditur] *id est* accenditur 26 draccis] *dracis scr. et post add. sup. l. -c- cod.* 27 fluminum] *fluninum cod.* 32 dracorum] *draco- scr. et post add. sup. l. -rum cod.* | et²] *ante* et, *scr. et post del. et exp.* nutri *cod.* 33 narrantes] *narantes scr. et post add. sup. l. -r- cod.* 35 actoribus] *auctoribus scr. et post exp. -u- cod.*

videri potest per dictum Girvasium. Et ut breviter dem finem istis, communiter opinantur actores hec procedere ex demonibus corpora, ex aere caliginoso procedentibus assumentibus, ut ante dixi et quo modo et qualiter sic operentur, id totum divini iudicii secretis attribuendum: ‘Qui fecit angelos suos spiritus bonos et malos ministros suos ut flamam ignis’, ut dicit Augustinus. Sicut enim bonos angelos puri aeris corporibus induit ad ministerium suum familiaris exercendum, ita et demones corporum formis fantasticis indui sustinet, ut quod mandatum in bonis operatur in bonum, hoc eius paciencia mali operentur in malum ad nostre infirmitatis illusionem et penam. De animabus vero defunctorum refferunt multi illas viventibus apparere et hoc pro certo affirmare, licet dicat scriptura: ‘Spiritus vadiens et non rediens’, quod intelligunt theologi non rediens, scilicet per se, sed bene reducit ex dispensacione divina//. Unde a fide dignis reffertur animas multis apparuisse et cotidie apparere multa revelantes et subsidium querentes ad alleviacionem et liberacionem penarum. Quod intelligendum de hiis [f. 101r] que sunt in purgatorio ad penitenciam. Nam dampnate frustra quererent subsidium, quia in inferno nulla est redempcio. Salvate eciam non indigent subsidiis, cum sint in gloria. Sed quod anime quandoque ex dispensacione divina hominibus appareant, audi quod reffert Girvasius. Anno M^oCCXI^o, mense Iulii, tempore pontificatus domini Innocencii tercii, in regno Aralatensi et eius dyocesi, castro Bellicadri, erat puella, virgo undecim annorum, cui erat ex Aptensi civitate \Guillelmus/ iuvenis oriundus sanguine iunctus, qui pro sue lubricis etatis excessibus, veniens Bellicadrum, ibique vulneratus fuit mortifere et inde obiit, sed tamen in suis extremis diebus remisit iniuriam illatam et demum confessus viaticum sumpsit, quem \virgo/ antequam dies suos clauderet, astrinxit eum sub promissione et coniuracione, quod dum esset in alio seculo, debeat eius spiritus ad eam redire et suum statum revelare. Cumque migrasset post tres aut quatuor dies, de nocte lucente lucerna apparuit eius spiritus dicte virgini vigilanti non sine horrore et trepidacione mentis, que mortalibus cordibus insita sunt. Et tandem consolata virgine ex alloquacione spiritus multa narravit eo tunc et aliis vicibus quamdiu vixit de alio seculo et de hiis, que ibi aguntur. Multis testibus adhibitis qui audiebant spiritum loquentem, licet eum non viderent, puella virgine excepta. Nam pater et mater et vicinia hoc testabantur et propter famam, que insurgebat, prior Tarasconensis cum devotis sacerdotibus et quidam miles de vico sancti Egidi nec non prior cum fratribus monasterii sancti Michaelis de Ferigoletto et multus clerus ad illam virginem accedentes, dantes interrogaciones quamplures ad spiritum per organum virginis, responsiones \quidem/ propriis \auribus/ audierunt. Unde in effectu factis coniuracionibus et exorcismis premissis signo crucis et expensa aqua benedicta, respondit spiritus se esse animam dicti iuvenis, qui ab hoc seculo migraverat, qui propter promissionem hactenus factam per eum virginii et licencia a Deo optenta ad eam veniebat, permissumque \esse/ illi soli loqui et aliqua spiritualia revelare, sed ipsum spiritum fuisse quam plurimum afflictum ex primo verbo virginis nominando eum mortuum cuius verbi commemoracio multum afligit et vulnerat spiritus. Tanta enim est mortis asperitas et incomparabilis quod qui semel mortem gustaverit, ipsius verbi

2 demonibus corpora] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 86 (p. 726-727). 3 id...penam] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 86 (p. 724-729). 11 ex...divina//] GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 17 (p. 588-589). 17 Anno...sed] Cf. GERV. TILB., *Otia imp.* 3, 103 (p. 758-777 et 780-781).

2 actores] auctores *scr. et post exp. -u- cod.* | aere] are *cod.* 4 angelos] ante angelos, *scr. et post del.* qui fecit *cod.* 6 aeris] aereis *Otia imp.* 11 theologi] thologi *cod.* 19 erat¹] era- *scr. et post add. sup. l. -t cod.* 22 viaticum] ante viaticum, *scr. et post exp. et cod.* 25 quatuor] quinque *Otia imp.* 27 alloquacione] id est allocucionem 28 adhibitis] ante adhibitis, *scr. et post del.* testibus *cod.* 31 Egidi] id est Egidii 32 Michaelis] Micahelis *cod.* | Ferigoletto] Ferigulecto *Otia imp.* 35 exorcismis] exorcimis *cod.* 40 commemoracio] commeracio *scr. et post add. sup. l. -mo- cod.*

recordacionem sustinere non potest quin spiritus in afflictionem gravem incidat \et
 inicitus nomen esse migratio a seculo, quia non tantum gravat//. Dicens etiam quod \se/
 in exitu vite plurimum et incomparabiliter exorruisse, et quod tam boni quam mali
 angeli illi apparuerunt, bonis tamen prevalentibus. Retulitque penitenciam agere in
 5 purgatorio et in aere habere mansionem inter ceteros spiritus circa regionem Ierusalem,
 ubi penis ignis purgatorii cruciabatur, cuius minor pena comparari non potest quavis
 pene corporali. Et remedia ipsi et ceteris animabus purgatorii maius subsidium
 prestancia \sunt/ sacrificia missarum et demum elemosine ad alleviacionem penarum
 ipsarumque remissionem, unde missas dictas per dictos priores sancti Michaelis et
 10 Tarasconensis \et quamdam elemosinam nuper factam per dictum militem pro ipsa
 anima// dixit sibi multum proficuisse. Aspersio etiam aque benedictae magnum
 refrigerium conferre. Preterea constrictus ex coniuratione prefatus spiritus retulit, quod
 aliquas animas purgatorii cognoscit, maxime quas novit in hoc seculo, et aliquas animas
 audit plangentes et gementes, et aliquas gaudentes et cantantes, maxime que
 15 purgatorium compleverunt. Videt etiam animas quando migrant a seculo venientes, sed
 non cognoscit nisi quas cognovit in mundo, tamen aliquando anime non ingrediuntur
 locum destinatum in alio seculo de tribus vel quatuor diebus. Etiam protulit, quod
 omnes anime salvande intrant purgatorium preter animas sanctorum, qui statim celum
 suum intrant, quia in hoc corpore mortali suum egerunt purgatorium et eorum celum est
 20 in aere remotum a purgatorio. Dampnati vero etiam statim ingrediuntur loca penalia
 inferni in aere absque eo quod transeant per purgatorium, ubi penas infernales sustinent
 absque intermissione multo duriores spectantes post iudicium, quia tunc transferentur ad
 infernum [f. 101v] inferius sub terra, ubi est locus Gehenne regio caliginosa, puteus
 fetidus \et/ horrendus et ibi pena innarrabilis et inconparabilis, subiungendo sinum
 25 Abrae esse locum iocundum et quietum, ubi bonorum spiritus requiescunt, usquequo
 iudicialis paradus detur iustificatis ad gloriam. Preterea narravit quod spiritus etiam
 minimam paleam sustinere \non/ possunt. Gratum tamen habent cum stola sacerdotalis
 superponitur, licet illam sustinere non possint. Demum post alias interrogaciones
 respondit idem spiritus, quemlibet hominem christianum habere ad custodiam suam
 30 bonum et malum angelum, sed cum labitur homo et incidit in peccatum mortale, recedit
 ab eo bonus angelus et quasi de eo verecundiam patitur; penitencia vero suscepta, redit
 ad eum. Nam omnia patent etiam turpia spiritibus unde verecundia infinito testimonio
 adiuvatur. Subiciens se videre beatos et sanctos et habere in conspectu Virginem
 Mariam, sed Deum non videt nec videbit, donec expleverit purgatorium, et tunc eum
 35 videbit prout beatis et bonis angelis concessum est pro modo, quia \ut/ est, non vidit
 neque videbit illum aliqua creatura, quia Trinitas lux est inaccessibilis omni creature et
 inatingibilis. Ulterius retulit animas purgatorii requiescere a penis in omni ebdomada a
 vespera diei sabbati usque in vespere diei dominice. Etiam quando generaliter offertur
 pro eis sacrificium in missa, omnes requiescunt. Cum vero specialiter pro aliqua canitur,
 40 illa interim requiem habet integram, alie vero ex generalis beneficii participio remedium
 habent, sed non in tanta quantitate. \Et subiungens animas omnes purgatorii habere
 requiem in festo beati Michaelis, quod in celis quam plurimum sollempnizatur et eum
 fore ipsius et plurimum aliarum animarum custodem.// Demum dixit in purgatorio esse

4 illi] ante illi, scr. et post del. et exp. ang cod. 6 cruciabatur] cruabatur scr. et post add. sup. l. -ci- cod.
 9 Michaelis] Michalis cod. 11 dixit] dixi- scr. et post add. sup. l. -t cod. 20 statim] ante statim, scr. et
 post del. et exp. intrant cod. 21 aere] are cod. 23 infernum] post infernum, scr. et post exp. sub cod.
 24 sinum] simum cod. 25 Abrae] Abrahe Otia imp. | usquequo] usque- scr. et post add. sup. l. -quo cod.
 29 quemlibet] ante quemlibet, scr. et post exp. respondit cod. | christianum] ante christianum, scr. et post
 del. et exp. habere cod. 31 suscepta] id est suscepta 35 non] ante non, scr. et post del. et exp. est cod.
 36 quia] ante quia, scr. et post del. et exp. nec anima Christi cod. 38 vespera] vespere cod.
 41 quantitate] quanti- scr. et post add. sup. l. -tate cod. 42 Michaelis] Micahelis cod.

vicissim diem et noctem, que ita est obscura sicut in hoc seculo, et finaliter verba concludens \dixit/ non esse melius in hoc seculo pro suffragio animarum quam missas celebrare et elemosinas erogare. Redeundo igitur ad nostram materiam, apparet de apparicione animarum defunctorum saltim de illis, que sunt in purgatorio, que nobiscum
 5 aliquam habent et sepius participacionem, sed anime dampnatorum raram. Salvatorum eciam paucam nisi ex miraculis et quantum altissimus permittere et dispensare vult. Apparet eciam ex premissis aliquantulum de statu alterius seculi, de quo multa revelavit beatus Lazarus dum a mortuis resurrexerat in libro quem fecit, propter quod dictus est ‘proditor inferni’, non quod omnia prodiderit que vidit, sed quia ex omnibus aliqua
 10 prodidit, quatenus divina potencia dispensative permisit, quia non omnibus talia patefacere permissum est, cum et Paulus in tertium celum raptus viderit arcana Dei ‘que non licet homini loqui’, sed nec ipse revelavit, cum non esset ab altissimo dispensatum.

[Cap. 5. De igne.]

Ignis calidus est et siccus et est quartum elementum, sursum tendit et est attractive
 15 nature et est levius elementum ideo supra alia elementa. Efectus ignis habetur duobus versibus, qui tales sunt:

‘Destruit et mollit, restringit, consolidatque,
 Clarificat, firmat, accendit, letificatque.’

Possunt adaptari igni dona Sancti Spiritus. Unde Dominus: ‘Ignem veni mittere in
 20 terram et, quid volo nisi ut ardeat?’ ‘Destruit’ ignis Spiritus Sancti rubiginem peccatorum. Dicitur enim: ‘Deus verus ignis consumens’. ‘Emollit’ corda dura, ferrea et lapidea. Ezechielis: ‘Auferam a vobis cor lapideum’. ‘Restringit’ humida, id est luxuriam. Sapiencia: ‘Ortus est sol et arefacit’ terram. ‘Consolidatque’ ut vasa fictilia unde: ‘Vasa figuli probat fornax.’ ‘Clarificat’ tenebras. Genesis: ‘Divisit lucem’ et in
 25 Evangelio: ‘Nemo accendit lucernam.’ ‘Firmat’, unde Actis: ‘Replevit totam domum.’ ‘Accendit’ caritatem, unde in Evangelio: ‘Ignem veni mittere in terram.’ ‘Letificat’, unde illud: ‘Ibant apostoli gaudentes.’ Item alie proprietates ignis habentur hiis duobus versibus:

‘Mobilis et siccus mundusque favilla tenetur,
 30 Crescit et ascendit, sed aqua [f. 102r] modica moritur.’

‘Mobilis’ est ignis spiritus sancti, quia facit proficere ‘de virtute in virtutem’. ‘Siccus’, quia siccatur luxuriam. ‘Mundus’, quia mundatur corpora. ‘Favilla’, id est humilitate vel recordacione, ‘tenetur’. Ysaye: ‘Sede in pulvere’, capti. ‘Crescit’, quia quanto plus bonorum operum apponis, tanto et maior ignis sancti spiritus efficitur; unde in lege
 35 preceptum fuit ut ignis in altare semper arderet per impositionem lignorum. ‘Ascendit’, unde dicitur Spiritus Sanctus vehemens, quia vehit mentem sursum. ‘Aqua’, extinguitur luxurie vel delectacionis, Iob requiescit ‘in locis humentibus’ spiritus nequam. Item alie proprietates duobus aliis versibus comprehenduntur, qui sunt isti:

‘Purgat, mollificat de diversis facit unum.
 40 Consolidat sursum tendit, lucescit et urit.’

14 Ignis...siccus] Ox, c. *De igne*, f. 106vb. | Ignis...nature] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 6 (p. 412, l. 1-2 et 4). | sursum...nature] Ox, c. *De igne*, f. 106vb. 15 Efectus...spiritus] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 6 (p. 412-413, l. 4-16, 19, 21, 24-25 et 28-41). | Efectus...auctoritates] Ox, c. *De igne*, f. 106vb-107rb.

8 resurrexerat] resuxerat *cod.* 17 Destruit] Versus *add. in marg. cod.* 18 firmat] fumat Ox 22 Auferam] Auferant *cod.* 25 Evangelio] Evvangelio *cod.* | Firmat] Fumat Ox 26 Evangelio] Evvangelio *cod.* 29 Mobilis] Versus *add. in marg. cod.* 32 corpora] cor Ox 33 capti] captis *cod.* 39 Purgat] Versus *add. in marg. cod.*

Expone etiam de Spiritu Sancto ex facili habebis auctoritates. Notandum insuper quod ignis rarificat et purgat aerem, sicut dixi supra capitulo precedenti. Ignis etiam accensus in domo defendit eam ab ictu fulminis, \sicut dixi supra de passionibus aeris capitulo “tonitruum” in fine//. Item ignis Indicus vel Iudaicus ardet in aqua. Sed circa hanc
 5 materiam sciendum quod duplex est ignis, scilicet quo homines utuntur in terra, qui est quodam modo permixtus aliis elementis. Et est alius ignis superior, qui est super aerem. Cuius ignis regio, ut dicunt philosophi, a lune globo et usque ad celum syderum, hoc est firmamentum, extenditur. Et hic est tantum aere subtilior, quantum aqua tenuior. Is etiam ether dicitur, qui purus aer nominatur et quia perpetuo splendore letatur. Ab hoc
 10 angeli et spiritus boni corpora assumunt, cum ad homines missi veniunt, sicut mali spiritus ab aere inferiori caliginoso, \de quo dixi supra capitulo “aer” in illo versu “ex hoc aere” et cetera//. In hac regione ignis VII stelle, id est VII planete, singulis circulis contra mundum feruntur. Et ob vagum cursum erratici dicuntur, de quibus tractabo in sequenti titulo. \Sed mirandum de carbonibus ex igne provenientius, quod ictu
 15 levissimo franguntur pressuraque facilima conteruntur, et tamen nulla etate consumuntur, ut patet in carbonibus positis sub terminis agrariis vel aliis locis sub terra.//

[Tit. XXII.] De septem planetis, de stellis fixis et de celis. Rubrica.

[Cap. 1. Generaliter.]

20 Quia in precedentibus materiis plura vidimus de hiis que creata sunt a terra usque ad lunam, nunc agrediamur superiora et videamus aliqua de quibus agunt philosophi, ut de septem planetis et stellis fixis et de celis. Unde spera celi rotundam habet formam, cuius est centrum terra, ex omni parte equaliter conclusa. Motus eius duobus axibus
 25 volvitur, septentrionali, qui numquam occidit et dicitur boreus et australi, qui numquam videtur et dicitur astronthus. Hec spera inter diem et noctem de oriente in occidentem vertitur, XXXIII^{or} horis cursum suum concludens. Tanta celeritate currit spera, quod nisi adversus precipitem eius cursum astra currerent, scilicet planete VII, qui eam remorarentur mundi ruinam facerent et rerum fieret confusio. Septem igitur celos
 30 mundi, globas planetarum omnes philosophi esse dixerunt. Sunt autem astra VII, que non sunt fixa ut cetere stelle, sed in ethere feruntur suis tamen mansionibus \et celis/, et dicuntur planete vel stelle errantes vel erratici, quia per ethera vario motu discurrent, nunc in austrum, nunc in septentrionem, nunc mundo, nunc contra mundum. Hii ergo VII ab oriente in occidentem rapiuntur cum firmamento motu violento; motu autem naturali et proprio contra mundum vel firmamentum ire conantur. Et sunt dicti VII
 35 planete hii videlicet luna, Mercurius, Venus, sol, Mars, Iupiter, Saturnus. Cetere autem

4 ignis...aqua] Ox, c. *De loco ignis*, f. 109vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De aere et contingentibus aerem* (p. 63). 6 ignis...ad] Ox, c. *De igne*, f. 107rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 6 (p. 413, l. 42-44). 8 firmamentum...caliginoso] Ox, c. *De igne*, f. 107rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 6 (p. 413, l. 44-48). 12 In...dicuntur] Ox, c. *De igne*, f. 107rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 19, 6 (p. 413, l. 65-66). 14 mirandum...consumuntur] Cf. AUG., *De civitate Dei* 21, 4, 7. 22 spera...feruntur] Ox, c. (*Incipit tractatus*) *de de [!] spera celi*, f. 97vb-98ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 1 (p. 385, l. 2-3), 2 (p. 385, l. 1-7) et 3 (p. 385, l. 2-3 et 7). 30 celis/...conantur] Ox, c. (*Incipit tractatus*) *de de [!] spera celi*, f. 98ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 3 (p. 385, l. 5-11 et 18-19).

1 Expone] Exponem scr. et post del. -m cod. 8 quantum aqua] quantum aer aqua Ox 10 et] ante et, scr. et post exp. boni cod. 11 aere] ere cod. 21 superiora] ante superiora, scr. et post exp. ad cod. | de] ante de, scr. et post del. et exp. que cod. 25 astronthus] astronthus Ox 29 globas] globos Ox 30 et] ante et, scr. et post del. et exp. et circulis cod. 33 motu²] ante Motu, scr. et post del. et exp. Nunc contra mundum cod. 34 firmamentum] firmatum scr. et post add. sup. l. -men- cod.

stelle fixe sunt infinite. Planete autem sunt scilicet unus supra alium per ascenssum. Luna \tamen/ est inferior et quanta sit distancia de uno ad alium dicam infra. Stelle fixe ideo sic dicte sunt, quia fixe sunt in celo sydereo, quod firmamentum dicitur, quia in eo sunt firma et quieta, et quia est terminus aquarum [f. 102v] que super ipsum sunt, firmus et intransibilis. Unde in psalmo: ‘Extendens celum sicut pelles: qui tegit aquis superiora;’ et iterum: ‘Et aque que super celos sunt laudent nomen Domini et huiusmodi celum est quedam exterior mundi superficies, ex aquis congelatis ad instar cristalli solidata et perlucida. \Sed plures \sunt/ qui ponunt celum cristallinum supra celum sydereum, et sic aliud esse sydereum et aliud cristallinum.// Sed advertendum quod huiusmodi stelle sunt fixe non ut gemme in auro, sicut dicit Alexander et Ysaac, sed quia semper in eadem parte moventur in circulis eorum \non vago, sed/ recto ordine. Fixe stelle unum gradum in centum annis in firmamento perficiunt et ita in tribus milibus annorum unum signum. Cum autem quodlibet signum habeat XXX gradus, et quilibet gradus LX minuta, et XII sint signa \in firmamento inter stellas fixas, scilicet aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libra, scorpio, sagittarius, capricornus, aquarius, piscis. Et \cum/ quodlibet horum signorum non fit aliud quam quedam conglobacio stellarum in formam rei per eius nomen representate, de quibus tangam infra capitulo “Saturnus”.// Proveniet igitur et in XXXVI milibus annorum stellas fixas \naturalem/ cursum suum perficere, et hoc est \mundanus/ annus, de quo dixerunt philozofi. Alpharganus eciam dixit et eciam ceteri philozophi atestantur minorem de stellis fixis esse maiorem tota terra. Secundum igitur predicta habemus VII planetas \celos/ septem facere secundum philosophos. Eciam est VIII celum, scilicet firmamentum, \de quo predixi. Et dicitur celum \hoc/ quasi casa elyos, id est domus solis; sol enim sibi suppositus ipsum illustrat et super illud esse celum cristallinum secundum aliquos, ut supra tetigi. Demum// eciam super illud dicitur esse celum empireum, dictum a pir Grece, quod est ignis, quasi eminens super celum igneum sive sydereum, quod sanctis angelis fuit repletum, quam cito fuit factum, \cuius celi empirei noticia ad philozophos numquam pervenire potuit//. Et secundum hoc sunt novem \vel decem/ celi. Sed Girvasius plures adicere videtur celos, dicens supra celum empireum esse celum sancte Trinitatis, ubi sola Trinitas habitat, non taliter, sed incircumscripse, de quo poeta: ‘Mite archana Dei celumque inquirere quid sit’, scilicet superempireum. Unde Lucifer, ens in empireo: ‘Ascendam in celum, et ero similis Altissimo.’ Conspiciens enim Trinitatis pluralitatem in personis et equalitatem in deitate, cogitabat eadem ratione equalitatis quartam posse superaddi personam, et pro sue claritatis eminencia se id esse presumpsit. Sed \eciam supra celum empireum et sub celo Trinitatis tradit aliud celum esse, quod dicitur superempireum. Et in// illo celo superempireo esse Christum hominem et Virginem Mariam iuxta illud: ‘Exaltata est sancta Dei Genitrix super choros angelorum

2 fixe... dicitur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 22-23). 4 firma... Domini] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 22-23). 7 quedam... perlucida] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 22-23). 10 stelle... eorum] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 31). 12 Fixe... signa] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 31). 18 Proveniet... eciam²] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 31). 23 dicitur... solis] Ox, c. *De triplici esse*, f. 107va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 12). | sol... illustrat] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 22-23). 25 celum... factum] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 20-21). 29 supra... presumpsit] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 20-21). 36 celo... eternum] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 20-21).

1 Planete] Plane- scr. et post add. sup. l. -te cod. 11 eorum] earum cod. | recto] ante recto, scr. et post del. et exp. et cod. 13 unum] ante unum, scr. et post del. et exp. annorum cod. 19 \mundanus/] magnus Ox | annus] ante annus, scr. et post del. magnus cod. 20 Alpharganus] Alphagranus cod. 33 pluralitatem] ante pluritatem, scr. et post del. et exp. pla cod. 36 superempireo] -empireo scr. et post add. sup. l. super- cod.

ad celestia regna, ubi cum Christo regnat in eternum.' Opinatur etiam dictus Girvasius esse sub celo sydereo quoddam celum aereum in quo sancti habitant usque ad diem iudicii generalis et in eius confinio esse infernum maiorem iuxta ea, que dixi supra titulo precedenti capitulo "aer" et capitulo "terra". Et sub hoc celo aereo dicit esse aliud celum animantium, quod terram continet et humectat, de quo illud evangelii: 'Aves celi comederunt illud;' et in cantico puerorum: 'Benedice volucres celi Domino.' Dicit etiam quod erit celum novum, ubi transferentur sancti post iudicium; de quo scriptum est, tunc erit celum novum et terra nova. Redeundo igitur ad priora, posuit Deus lunam, solem et ceteras planetas nec non et alias stellas non solum ad ornatum et decorem, sed etiam \ut sint signa/ ad operandum, ad gradiendum et navigandum. Maxime in locis desertis Ethiopie ubi propter nimium solis ardorem terra admodum pulverizatur et modico ventorum impulsu vestigia viatorum complanantur, sed et quedam bestie nocte venantur, nocte pascuntur, et nocte magis in visu acuuntur, et luce diei caligine obducuntur. Sunt etiam signa maxime sol diei vel noctis, sicut dicam infra capitulo "sol". Luna specialiter signum \est/ corporalium incrementorum aut detrimentorum, de quo dicitur infra capitulo "luna". Et ad motum syderum eventus et fata disponuntur intelligendo cursu nature reservata potencia creatorum. Sunt etiam stelle signa pluviarum vel ventorum et serenitatis iuxta illud: 'Mane rubens celum notat imbres, sero serenum.' Item sunt sol, luna et sydera posita ad 'signa et tempora, et dies et annos'. Sunt quoque a sole et luna signa XII, \de quibus supra/, que maiora dicuntur ad distanciam minorum, que ad discernenda tempora in syderibus minoribus signavit antiquitas. \Et primum signum, scilicet aries, incipit circa medium marcii usque ad tantum mensis sequentis et inde incipit taurus usque ad tantum alterius mensis et demum de mense in mensem succedunt cetera signa usque ad revolutionem anni et secundum ordinem secundum quem signa superius nominavi. Sed tamen aliqua signa preoccupant medium mensis de aliquibus diebus. Et aliqua excedunt. Omnia tamen signa complent spacium anni, scilicet CCCLXV dies.// Sane tempora cum mundo ceperunt, sed a sole et luna quatuor tempora ceperunt distinciones \scilicet hyems, ver, estas et atumpnus/. Sol enim descendens ad Capricornum solsticium [f. 103r] facit hyemale. Ascendens ad Cancrum facit estivale solsticium. Inde utrumque pari ab utroque distancia facit equinoccia. Sed et dies naturalis XXIII^{or} horis concluditur; dies vero usualis vel artificialis XII horis terminatur et ex ascensu vel descensu solis nunc pluribus, nunc paucioribus compaginatur. \De hiis temporibus anni nota per glosam ff De aqua cotidia. et esti. l. \I/ § Estatem, et de die naturali et artificiali in l. More romano ff De feriis.// Humores quoque certis horis dominari magisque inscendi fizica docet, ascensum et descensum complexionibus corporum contribuentes. Unde asserunt a tertia hora diei usque ad horam nonam coleram dominari. Ab hora nona diei usque ad tertiam horam noctis melancoliam. A hora tertia noctis usque horam nonam noctis flegma. Ab hora illa usque horam tertiam diei sanguinem. Graviusque a quolibet humorum

2 celo...maiolem] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 22-25). 4 sub...nova] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 1 (p. 24-25). 8 posuit...solem] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 9 non²...obducuntur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 15 corporalium...detrimentorum] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 16 ad...disponuntur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 44-45). 17 Sunt...XII] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-45). 20 que...antiquitas] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 44-45). 27 Sane...distinciones] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 44-45). 29 Sol...compaginatur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 44-45). 35 Humores...dominatur] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 44-47).

2 celo] celeo *scr. et post exp. -e cod.* | sydere] sydero *cod.* | aereum] aerum *cod.* 3 maiorem] malorum *Otia imp.* 5 evangelii] evangeliu *cod.* 6 Benedice] Benedicite *Otia imp.* 18 Mane] Versus *add. in marg. cod.* 28 \scilicet...atumpnus/] *add. sub l. cod.* 29 facit] faci- *scr. et post add. sup. l. -t cod.* 35 inscendi] *id est* incendi 38 melancoliam] malencoliam *cod.*

affligitur paciens quando humor illius hore dominatur \vel proprius est dicendum ab
 ortu solis usque ad meridiem dominari sanguinem, qui est calidus et humidus, et a
 meridie usque ad occasum coleram, que est calida et sicca, ab occasu vero usque
 5 ortum fleumam dominari, que est frigida et humida.// Pertinent eciam omnia sydera ad
 annum, dum diversis spaciis anni distingantur, nunc breves, nunc prolixi syderibus facta
 contribucione. Dicitur annus ab an, quod est certum, quia in se revolvitur. Hinc est quod
 antiquiores, ante usum litterarum, annum sub specie serpentis figurabant cuius cauda ad
 10 os revolvebatur, sicut et Ianuarius bifrontem pingimus, quia capud incipientis anni et
 finem deficientis respicit. Est ergo annus circumvolucio syderum. Et hic nunc lunaris,
 constans ex CCCLIII^{or} diebus. Nunc solaris, constans ex CCCLXV diebus et
 quadrante, scilicet sex horis. Nunc bisextilis, constans ex CCCLXVI diebus. Nunc
 embolismalis, id est superexcrecens, qui CCCLXXXIII dies excedit, habens XIII
 15 lunaciones. Nunc annus mundanus, qui completur omnibus stellis ad sua loca primitiva
 reversis, de cuius temporis cursu dixi supra \hoc eodem capitulo, cum tractavi de stellis
 fixis//. Nunc annus magnus, qui planetis omnibus ad sua loca reversis completur, quod
 fit demum post quingentos XXX \alias XXXII/ annos. \Quod intelligi debet factis
 omnibus illis cursibus, de quibus dicam infra capitulo “Saturnus”, sed ad revertendum
 20 ad loca creacionis morantur tantum quantum stelle fixe.// Constant autem anni lunares et
 solares ex mensibus lunaribus et solaribus. Lunares infra tricennarium plerumque
 reperiuntur, ultra vero non. Solares plures hunc numerum excedunt. Solares \anni/
 semper constant ex CCCLXV diebus \et quadrante/, nisi sit annus bissextilis. Lunaris
 annus nunc est XII lunacionum, qui dicitur communis, quia frequencior est, et tunc
 habet CCCLIII dies; nunc XIII, et tunc habet dies CCCLXXXIII^{or}. Si vero fuerit
 25 bissextilis, augetur uno die. Sunt ergo lunares solaribus breviores XI diebus. Unde in
 visione Danielis septuaginta ebdomade annorum solarium faciunt annos CCCLXV,
 lunarium vero CCCLXXXX, qui fluxerunt ab inpetracione Neemie, ut narrat Esdras,
 usque ad XVII annum Tyberii. Sed et annus solaris a Ianuario incipit secundum
 Romanos ex tradicionem Nume Ponpili, quia tunc incipit sol ascendere post solsticium
 30 yemale. Arabes incipiunt a solsticio estivo. Ebrei a Marcio, quia tunc mundus conditus
 legitur. In Aprili cerimoniali differunt a nobis, in temporali conveniunt nobiscum.
 Enimvero preter annum naturalem qui incipit a quolibet instanti, Iudei tres annos
 distingunt: usuaem, qui a Ianuario incipit, et hunc communem nobiscum habent in
 contractibus et negociis suis peragendis; habent et annum legitimum, quo utuntur in
 35 legitimis que agunt, et distingunt per lunaciones, cuius est Aprilis lunacio prima; habent
 eciam annum emergentem, quem in memoriam liberacionis sue computant ab exitu de
 Egipto, sicut Greci a prima olimpiade, Romani ab urbe condita, christiani ab
 incarnatione Domini. Capta siquidem Troya, Greci ad gloriam victorie sue ceperunt
 40 computare annos olimpiadis, hoc est quadriennii, a capta Troya. Sic eciam Romani ab
 urbe condita annos computant. Greci quoque olimpiades, Romani indicciones, Iudei
 ebdomadas annorum computant. Sane ab anno dicitur annum Pascha et annotinum;

5 Pertinent...reversis] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 6 (p. 46-49). 16 Nunc...annos] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 6 (p. 46-47). 19 ad...creacionis] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 6, (p. 46-47). | Constant...officio] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 6 (p. 48-51).

4 melancoliam] malencoliam *cod.* 5 Pertinent] *ante* Pertinent, *scr. et post exp.* dominatur *cod.* 7 an] am *Otia imp.* | certum] circum *Otia imp.* 9 Ianuarius] Ianum *Otia imp.* 13 CCCLXXXIII] CCCLXXX-*scr. et post add. sup. l. -III cod.*; CCCLXXX *Otia imp.* 16 reversis] *ante* reversis, *scr. et post del.* creacionis *cod.* 17 XXX...XXXII/] XXX *Otia imp.* 22 Lunaris] Luaris *scr. et post add. sup. l. -n- cod.* 25 bissextilis] bixestus *Otia imp.* 26 CCCLXV] CCCCLXXV *Otia imp.* 27 CCCLXXXX] CCCXC *Otia imp.*

quod celebratur singulis annis die dominica, non tamen semper concurrat lunacio paschalis cum die dominica. Annotinum Pascha dicimus ubicumque XIII luna concurrat. Unde in quibusdam ecclesiis, quamvis non concurrat cum die dominica, cantatur 'Resurrexi' cum toto [f. 103v] paschali officio. Hiis premissis videamus de singulis planetis per ordinem.

[Cap. 2. De luna.]

Luna planetarum primus est et minimus, ut dicunt philosophi, sed ideo maior videtur, ut dicit Ysidorus, quia proximus est terre et in primo circulo fertur. Unde etiam breviori spacio peragit cursum suum, scilicet omnia zodiaci signa pervagando cursus naturaliter, tamen cotidie violenter ab oriente in occidentem \et econtra/ fertur XXIX diebus et medio et XLIII minutis circulum signorum dicitur perambulare \faciendo cursum suum naturalem. Sed violentum infra XXIII horas diei naturalis sicut ceteri planete et etiam stelle fixe cotidie peragit et perficit. Tamen luna habet alios maiores cursus, sicut ceteri planete de quibus dicam infra capitulo "Saturnus". Et habet luna influenciam boni vel mali secundum vicinitatem aliquarum stellarum vel earum remocionem.// Huius corpus globosum est, natura igneum, sed aqua permixtum vel secundum alios est corpus opacum et nigrum. Unde proprium lumen non habet, sed in modum speculi illuminatur a sole. Ideo luna quasi luce nata dicitur \vel dicitur quasi luminum una prima, scilicet et nobis proximior, ut supra dixi/. Nebula que in ea videtur, ex aque natura esse creditur. Dicitur enim quod, si aqua permixta non esset, terram ut sol illuminaret et sic tam ex ardore solis quam lune omnia vastarentur quod procedit secundum illos, qui dicunt lunam de sui natura esse corpus luminosum. Luna ea parte lucet qua soli est \proxima et// opposita; ea autem parte obscura est qua soli est adversa \quod contingit in plenilunio/. A sole vero remota longius tota lucet. Coniuncta autem soli, id est sub illo existens obscura est et lucet parte superiori, in inferiori vero numquam, sed paulatim recedendo ab eo videtur magis et magis. Eclipsim patitur die XV ex eo quod centrum terre obstat inter eam et solem. \Et sic contingit eclipsis lune in plenilunio, quando sol opponitur lune diametraliter et terra insidit media in eodem diametro. Et nichil aliud est eclipsis lune quam \terre/ interposicio inter corpus solis et lune. Et est eclipsis lune generalis, si fuerit prope caput vel caudam, quia non in quolibet plenilunio est eclipsis; et caput ac cauda est nubes quedam solida, que non dissolvitur, quod apparet, cum luna obscuratur. Hec, ut quidam dicunt, impedit radium solis, ne luna reverberet; et dicitur \caput et/ cauda draconis, quia venenosa. Ysaac: Quando eclipsis lune est, in omni terra est, quando eclipsis solis non, sed tantum in uno clismate, successive tamen hinc inde sole suum cursum faciente, cuius est ratio, quia cum corpus lune sit minus terra, ut dixi, et sol maior sit, non potest terra interposita omnino tollere radios solis cum medium minus sit extremis.// Luna quarta si rubea sit, indicat ventos.

7 Luna...diebus] Ox, c. *De luna*, f. 98ra-98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 1-3, 11-13 et 27). 11 circulum...perambulare] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 13). 16 Huius...permixtum] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 3-4). 17 Unde...dicitur¹] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 4-6). 19 Nebula...illuminaret] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 6-7). 21 ardore] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 8). | vastarentur] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 8). 22 Luna...adversa] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 8-9). 24 A...solem] Ox, c. *De luna*, f. 98rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386-387, l. 9-10, 22-23, 25-26 et 30-31). 27 contingit...clismate] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108ra-108rb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 28-29). 37 Luna...Luna] Ox, c. *De luna*, f. 98rb-98va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 386, l. 14-15).

1 quod] ante quod, scr. et post exp. annum cod. 4 cum toto] cum toto [f. 103v] cum toto cod. 9 pervagando] provagando cod. 28 insidit] id est incidit

Si in summo maculas nigras habeat, pavidum mensem indicat. Luna \est frigida et humorum mater est \et est signum corporalium incrementorum aut detrimentorum, sicut dixi supra capitulo precedenti//. Unde quidam fluvii crescunt et decrescunt secundum lune incrementum vel decrementum. Et in mari fiunt per certas lunaciones estuaciones, fluxus et refluxus ac inundaciones, ut in mari Britannico apercius apparet. Et in mari Perside et Indie \versus Acon/, ubi mare accedit et recedit omni die et nocte cum ortu lune. Fiunt quoque tam in animantibus quam in arboribus medularum repleciones aut exinaniciones. Sed et distincione facta plenilunii, animalia si occidantur, cocta crescunt frustra aut decrescunt. Lignaue aut cicius aut tardius putrescunt, silvaue cedua cito recrescit aut deficit. Nam crescente luna plus crescunt omnia sive animata sive inanimata, et forciora sunt corpora animalium, ut patet in lupis. \Sic eciam alique herbe in ascensu lune producant pro singulis diebus folia et in descensu lune illa producta per singulos dies amitunt, ut patet in lunaria. Consideratur eciam status lune quoad sacionem seminum vel plantacionem sicut dicam infra.// Et eciam quedam animalia inpinguescunt secundum statum lune. In die aut in nocte dum luna est in veniendo ad medium celum ab oriente, egrediuntur tam marina quam reptilia a receptaculis suis et ea declinante redeunt. Eciam humana corpora senciunt lunam, quod patet in lunaticis vel aliis infirmis. Et sciendum quod si homo diu sederit vel dormierit in nocte sub luna, generatur in eo pigricia, catharrus et dolor capitis. Carnes eciam ibi exposite corrumpuntur. Radius lune per angustum foramen parietis intrans, si pervenerit ad ulcus caballi in dorso, mortem inducit; quod non fieret, si staret sub divo in luna. Corpus lunare minus est quam terra respectu circuli et secundum Marcianum est sexcies minor quam terra \vel secundum Alpharganum est minor quam terra tricesies \et VII/. Et eciam secundum eum minor est terra quamlibet de stellis fixis, eciam minoribus \videlicet/ XX milibus passuum// et eciam est minor ceteris planetis, ut supra in principio dixi. Nec moveat aliquem illud Genesis fecit duo luminaria magna, quia comparacione aliorum maior nobis videtur luna, quia nobis propinquior est, \sed// sol re vera maius corpus est planetarum, sicut dicam infra capitulo “sol”. Alii vero planete licet magni sint et maiores luna, tamen nobis minores videntur propter remocionem sui. Et secundum Pictagoram a terra usque ad lunam \sive circulum eius/ sunt CCCXX milia stadiorum, sed alii multi maiorem numerum adhiciunt, quia secundum Alpharganum de terra usque ad lunam est tanta distancia quanta potest considerari, si quis iret per V^C annos cuilibet diei atributis X leucis et cuilibet leuce tribus miliaribus et computato miliari de II^M passibus. De quantitate [f. 104r] vero lune, videlicet quantum distet eius

2 humorum...est¹] Ox, c. *De luna*, f. 98va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 387, l. 35). 3 Unde... incrementum] Ox, c. *De luna*, f. 98va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 387, l. 35-36). 4 in... apparet] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 5 in²...lune] Ox, c. *De aqua*, f. 111vb. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De accessione et recessione maris* (p. 97). 7 Fiunt...deficit] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-45). 10 crescente...lupis] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De effectum superiorum in inferioribus* (p. 39). 14 eciam...luna] Ox, c. *De luna*, f. 98va et c. *De triplici esse*, f. 108va-108vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 387, l. 36-39) et PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De effectum superiorum in inferioribus* (p. 39). 21 Corpus...terra¹] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 26 duo...magna] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 27 nobis propinquior] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 5 (p. 42-43). 30 Pictagoram...stadiorum] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 25).

1 maculas] ante maculas, scr. et post exp. nebulas cod. 7 repleciones] ante repleciones, scr. et post exp. de cod. 16 reptilia] raptilia cod. 20 lune] ante lune, scr. et post exp. line cod. 23 Alpharganum] Alphagranum cod. 27 re] ante re, scr. et post del. ei cod. 28 planetarum] planeta- scr. et post add. sup. l. -rum cod. 29 licet] ante licet, scr. et post del. et stelle fixe cod. | tamen] ante tamen, scr. et post del. et exp. ma cod. 31 Alpharganum] Alphagranum cod. 32 est] ante est, scr. et post del. et exp. sunt cod. 34 distet] diste- scr. et post add. sup. l. -t cod.

circuitus et quanta sit distancia inter extremitates suas per latitudinem et profunditatem seu spissitudinem, colligi potest ex premissis, cum dictum sit terram maiorem XXXVII vicibus corpore lune. Et de \terre/ quantitate et mensura dixi supra de IIII^{or} elementis capitulo “terra”. Et sit facta defalcacione numeri mesure terre, leviter sciri potest.

5 Sciendum insuper quod inter lunam seu eius circulum et Mercurium ascendendo est tanta distancia quanta a terra usque ad lunam et similiter inter unum et alium de ceteris planetis sive ascendendo sive descendendo est tantumdem mesure. Demptis tamen mensuris et spaciis corporum singulorum planetarum et circulorum eorundem. Luna quandoque nobis apparet valde maior in representacione oculorum \in plenilunio/,

10 quando est in ortu vel ocasu, quod naturaliter contingit propter vapores terreos sursum super terram elevatos, qui interponuntur inter lunam et aspectum nostrum, propter quod utitur et apparet grossior quemadmodum sit, quando littera medio vitro videtur, que grossior representatur oculis. A luna dicitur annus lunaris, de quo dixi supra capitulo precedenti. A luna eciam dicitur dies lune et ceteri dies ebdomade eciam a ceteris

15 planetis denominantur olim et hodie, quamquam dies solis dicatur dominica, \ut C. De feriis l. Omnes circa medium// et dies Saturni, scilicet sabbati. Et ideo a VII planetis singulariter singuli dies congnotantur, quia in prima hora cuiuslibet diei fit infusio illius planete a quo denominatur et demum aliis horis per ordinem ceterorum planetarum descensive fit infusio aliorum, facta \semper/ repeticione eorundem \per viam

20 revolucionis ad modum circuli, ob quod contingit quandoque fieri repeticionem eiusdem planete bis vel ter in die et quandoque quater infra XX quatuor horas diei naturalis.// Lunam tradunt actores factam in plenilunio ex eo quod in alia translacione dicitur: ‘luminare minus in incohacione noctis’. In principio enim noctis non oritur nisi pansilenos, hoc est rotunda vel tota, a pan, quod est totum, et silenos, quod est luna.

25 Luna enim secundum sui augmentum nomina variat: in neomenia, hoc est novilunio, dicitur neo vides, in maiori incremento diaconos, in circulo perfecciore amphiteatros, in plenilunio pansilenos. Ex hiis perpenditur quod mane factus est sol in oriente, et vespere similiter in oriente luna; vel, ut alii putant, in mane simul facta sunt sol in oriente et luna in occidente. Sicque occidente sole, luna sub terra rediit ad orientem. \Notandum

30 insuper quod Aristotiles dicit lunam facere in mense, quod sol facit in anno, hoc est hyemen, estatem, ver et atumpnum, quoniam a prima accessione usque ad dimidiacionem luminis eius est calida et humida sicut ver, et a dimidiacione luminis eius usque plenitudinem est calida et sicca sicut estas, et a plenitudine usque ad dimidiacionem secundam est frigida et sicca sicut atumpnus, et a dimidiacione secunda

35 usque ad defectum ipsius est frigida et humida sicut hyems. Unde rurales solent in primo tempore lune, dum est nova, semina serere, quia illud conveniencius esse dicitur naturaliter. Sed plantaciones convenienter fiunt luna plena sive antiqua in suis ultimis temporibus, de quibus tetigi supra de natura herbarum capitulo I^o et de natura arborum capitulo primo.// Lune X proprietates breviter VI versibus poterunt perstringi, quibus

40 adaptari potest beatitudo gloriose virginis Marie, cui dicitur in Canticis: ‘Pulcra ut luna, electa ut sol.’ Versus:

22 Lunam...orientem] GERV. TILB., *Otia imp.* 1, 6 (p. 50-51). 30 quod¹...humida] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 21, 4 (p. 122). 36 primo...conveniencius] PETR. CRESC., *Rur. com.* 2, 21, 3 (p. 121). 39 Lune...conservacione] Ox, c. *De luna*, f. 98va-99ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 387-388, l. 41-59, 61-68 et 70-78).

3 quantitate] ante quantitate, scr. et post exp. lune cod. 5 Mercurium] ante Mercurium, scr. et post exp. ad cod. 7 descendendo] ante descendendo, scr. et post del. et exp. ascendo cod. 12 littera] ante littera, scr. et post del. et exp. legr cod. 20 repeticionem] ante repeticionem, scr. et post exp. t cod. 24 silenos] siline *Otia imp.* 26 diaconos] diaconios *Otia imp.* 34 secundam] suam cod. | atumpnus] atumptus cod. secunda] sua cod. 41 Versus] Versus add. in marg. cod.

‘Humorum mater solisque reffrigerat estum,
Eclipsim patitur Phebo faciente recessum.
Huic sol dat lumen, tenebras de nocte relidit,
Illustrat mundum, sol pristina quando recedit.

5 Inter planetas magis hec terre propriavit.
Crescit et decrescit, candet, tempus mediavit.’

‘Humorum’ quidem beata virgo Maria est, quia est mater gracularum; unde angelus: ‘Ave gracia plena’; et Sapientie: ‘In me omnis gracia et veritatis.’ ‘Solisque refrigerat estum’, quia temperat iram iudicis ut patet in Theophilo et aliis multis peccatoribus.
10 Exemplum pone de natura unicorni. ‘Eclipsim patitur Phebo faciente recessum’, quia Christus iusticie per crucem obiit, tunc obscurata fuit tenebris doloris. Unde Luce: ‘Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.’ ‘Huic sol dat lumen’, unde: ‘Spiritus sanctus superveniet in te.’ Ipse tamen eam illuminavit, ut nec ipse Ioseph eam auderet intueri, ut dicit Iohannes. ‘Tenebras de nocte relidit’, unde: ‘Gaude Maria virgo, cunctas hereses
15 sola interemisti’ et cetera. ‘Illustrat mundum, sol pristina quando recedit’, quando Ihesus ascendit in celum, relicta est beata Virgo ad instructionem et consolacionem apostolorum. Unde creditur Luce revelasse evangelium: ‘Inter planetas magis hec terre propriavit’, id est terrenis hominibus, quia ipsa est mediatrix Dei, qui nimis exaltatus fuit ab homine et hominis, qui nimis fuit depressus, coniungendo in se humanitatem
20 deitati Iob, ‘manum’ posuit ‘in ambobus’, ut utrumque coniungere posset. ‘Crescit et decrescit’: crevit in anunciacione. Decrevit in passione filii, perfecta fuit in assumptione. ‘Candet’ tam corporis quam anime puritate et castitate. Unde in Canticis: ‘Quam pulcra [f. 104v] es, amica mea.’ ‘Tempus mediavit’, quia fuit finis legis et initium gracie vel est prima in reconsiliacione, ultima in conservacione.

25 [Cap. 3. De Mercurio.]

Mercurius, qui et Stilbon dicitur, est secundus planeta \ascendendo/. Et signiferum, id est circum signorum, circuit \LXXXX// diebus faciendo suum cursum naturalem, licet cotidie violenter trahatur de oriente in occidentem sicut cetere stelle. Hec stella aliquando ante solis ortum, aliquando post ocasum splendens surgit. Dictusque est iste
30 planeta Mercurius a gentilibus, videlicet a deo Mercurio, quem merces credebant curare et spem negociorum in eum ponebant, ideo maxime tunc, quia in ascensione huius planete spiritus sensuum corporis humani puriores et semper perspicaciores et expeditiores sunt ad lucra facienda et rerum causas investigandas. Purgato enim cerebro a fumis et humoribus superfluis ylarior erit spiritus ad actus. \Unde dat inferioribus hic
35 planeta efluenciam temperatam.// Mercurius maior est Venere et longe plus quam luna, sed minor quam ceteri alii planete et quam terra, quia ipsa maior est Mercurio XVI vicibus, sive in circuitu sive latitudine vel spissitudine, quod numerari potest visa mensura terre, de qua dixi supra titulo precedenti \capitulo “terra”// et tangam infra capitulo “sol”. Et distat iste planeta vel eius circulus a luna aut eius circulo tantum
40 quantum luna a terra, de qua distancia vide supra dicto capitulo “terra”. Et idem de ceteris \planetis, ut ibi dixi. Ad hoc planeta denominatur dies Mercurii, quia in prima

26 Mercurius...suum] Ox, c. De Mercurio, f. 99ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 5 (p. 388, l. 1-3).

28 Hec...actus] Ox, c. De Mercurio, f. 99ra-99rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 5 (p. 388, l. 3-6 et 8-11).

4 recedit] id est resedit 9 Theophilo] Ethiphilo cod. 10 pone] ponem scr. et post exp. -m cod. 13 Ioseph] Iosep cod. 15 recedit] id est resedit 17 evangelium] evvangelium cod. 18 qui] quia scr. et post corr. in qui cod. 24 reconsiliacione] id est reconciliacione 27 \LXXXX//] trecentis XXXVI Ox diebus] ante diebus, scr. et post exp. ducentis XXV cod. 40 terra²] ante terra, scr. et del. et exp. precedenti cod.

eius hora fit infusio huius planete, sicut dixi supra capitulo “luna”. Habet tamen planeta iste alios maiores cursus, de quibus dicam infra capitulo “Saturnus”.//

[Cap. 4. De Venere.]

Venus tercius est planeta \ascensive/, qui Grece Hesper dicitur et aliquando Lucifer
 5 et aliquando Vesper nominatur. Signiferum peragit CCXXV diebus cursum suum
 naturaliter pervagando sicut de aliis planetis. Est autem stella nitens, que omnium preter
 lunam et solem maxima et clarior nobis esse videtur ex aspectu et sicut sol et luna, ita et
 hec umbram facit. Iste igitur planeta \quando/ solem precedit in oriente, tunc Lucifer
 dicitur. Quando autem in occidente prehit vel sequitur, tunc Hesper vel Vesper dicitur.
 10 Hyeme lucet, estate conditur in polo artetico. Hic planeta huius est nature secundum
 Plinium, quod in eius ascensu cuncta generantur in terris. Unde apud gentiles Venus
 dicitur quedam dea amoris, quia in ortu suo terram rore conspergit, ymo eciam omnia
 animancia in suo ortu ad luxuriam stimulat. Venus maior est luna, sed minor ceteris
 15 planetis et eciam minor quam terra XXII vicibus quod numerari potest inspecta mensura
 terre, de qua dixi supra de IIII^{or} elementis capitulo “terra” et dicitur in capitulo “sol”.
 \Ab hoc planeta denominatur dies Veneris, quia in prima sui hora fit huius planete
 infusio quemadmodum dixi supra capitulo “luna”. Hic planeta influit inferioribus
 alacritatem et amorem \et/ comocionem ad comunicacionem, maxime ad
 generacionem, ut predixi. Habet eciam planeta iste alios maiores cursus, de quibus
 20 videbis infra capitulo “Saturnus”.//

[Cap. 5. De sole.]

Sol quartus est planeta ascendendo. Et dicitur sol quasi solus lucens, quia
 splendore suo cetera sydera obscurat vel quia omnibus stellis lumen prebet, per
 zodiacum CCCLXV diebus et VI horis graditur circulum suum perambulando. Et inde
 25 dicitur annus solaris, sicut dixi supra primo capitulo. Et intelligo predicta de cursu
 naturali, sed violenter trahitur cotidie de oriente in occidentem et econtra sicut cetera
 sydera. Sol per se movetur, nam si fixus esset, omnes dies et noctes faceret equales.
 Unde Alexander: Sol moratur plus in signis estivalibus quam hyemalibus, et est causa,
 quia circulus solis est centricus. \A sole quatuor anni tempora ceperunt, sicut dixi supra
 30 in capitulo primo. Et ex hoc procedunt equinoxia et solsticium de quibus dixi in capitulo
 primo. Sed vario modo secundum diversa clismata. It ab hoc planeta fit denominacio
 diei solis, que dicitur dies dominica, quia in eius prima hora fit infusio huius planete
 iuxta ea, que dixi supra capitulo “luna”. Sol habet infusionem boni vel mali secundum
 vicinitatem vel remocionem aliquarum stellarum. Et sciendum quod plures et maiores
 35 curssus habet sol, de quibus dicam infra capitulo “Saturnus”.// Sol est signum diei et
 noctis, quia quando lucet super terram dies est; alias enim dicitur nox, que nichil est
 aliud quam umbra rotundi corporis terre, ut ait Plato. Sol fons est caloris \et sic calidus

4 Venus...diebus] Ox, c. *De Venere*, f. 99rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 6 (p. 388, l. 1-3).
 6 Est...omnium] Ox, c. *De Venere*, f. 99rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 6 (p. 388, l. 3-4).
 7 maxima...Plinium] Ox, c. *De Venere*, f. 99rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 6 (p. 388, l. 4-5 et 7-10).
 11 cuncta...stimulat] Ox, c. *De Venere*, f. 99rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 6 (p. 388, l. 10-14).
 22 Sol...perambulando] Ox, c. *De sole*, f. 99rb-99va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 7 (p. 389, l. 1-3 et 6-7).
 28 Alexander...centricus] Ox, c. *De triplici esse*, f. 108ra. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De motu celi* (p. 27).
 36 nox...Plato] Ox, c. *De triplici esse*, f. 109rb-109va. Cf. PS. IOH. FOL., *Liber de nat. c. De umbra* (p. 56).

5 CCXXV] trecentis XLVIII Ox 6 pervagando] provagando cod. 10 artetico] artatico Ox 14 XXII] ante XXII, scr. et post exp. de cod. 30 solsticium] solsticium cod. 35 curssus] curssus scr. et post exp. - r- cod.

et siccus/. Nubes de terra trahit per vaporem, fructus maturat et flumina siccant. Sol cum igneus sit, pre nimio conversacionis sue ardore amplius incalescit, cuius ignis aqua nutritur et contrario elemento virtutem caloris et luminis accipit. Unde sepius quasi madidus et rorans videtur. Sol in ortu suo maculosus vel sub nube latens indicat
 5 pluvidum diem, rubens sincerum, pallens vero tempestatem. Sol perdidit sex partes claritatis sue in lapsu primi hominis, quas recuperabit post confluicionem mundi et renovacionem elementorum; unde Ysayas: 'Erit lux lune sicut lux solis et lux solis sexcies' plus splendet, suple: plus quam modo. Eclipsis solis fit, quando luna XXX^a ad eandem lineam qua sol vehitur pervenit eique se subiciens solem obscurat. Nam tunc
 10 deficere nobis videtur, dum [f. 105r] luna inter solem et orbem interponitur. Sed alius est eclipsis lune, de quo dixi supra capitulo "luna". Sol maior est terra et quibuscumque ceteris planetis. Unde ut scias maioritatem et minoritatem horum corporum planetarum dic secundum Alpharganum quod sol maior est terra CLXXVI vicibus. Saturnus secundo loco maior est terra LXXXI vicibus, Iupiter tercio loco maior terra LXXVI
 15 vicibus. Mars quarto loco maior est terra una vice et media et VIII parte. Mercurius quarto loco minor est terra XVI vicibus. Venus minor est terra XXII vicibus. Luna minor est terra XXXVII vicibus. Unde scita mensura terre sive in circuitu sive in latius sive in profundum faciliter potest sciri mensura dictorum corporum. Mensuram autem terre posui supra de quatuor elementis capitulo "terra", et ibi vide. Et notandum quod
 20 tanta distancia est de Venere usque ad solem, quanta est de terra usque ad lunam et simili modo de uno planeta ad alium, vel saltim de uno circulo ad alium distanciam autem terre usque ad lunam, vide supra capitulo "luna". Habes ergo ex predictis corpus solare esse tam magnum, licet nobis parvum videatur; nec mirum, quia a remotissima altitudine a nostris oculis separatur. Per solem designata est beata virgo Maria, quia
 25 dicitur in Canticis: 'Electa ut sol'. Octo prerogativis maior est omni creatura, quas possumus videre \\versibus IIII^{or}//, qui tales sunt:

'Virgo prius vovit, Virgo sine semine pregnans,

Virgo Deum genuit, virgo mater simul extans.

Hec sine labe manens omni virtute beatur.

30 Imperat hec Christo; super creata cuncta levatur.'

Exponamus versus: 'Virgo prius vovit', scilicet continenciam virginittatis; unde respondit angelo: 'Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?' id est non propono cognoscere presens pro futuro et est modus loquendi, ut aliquis vovens vel proponens ieiunare dicat non comedo carnes feriis sextis et sic de similibus. 'Virgo sine
 35 semine pregnans.' Unde 'Spiritus Sanctus superveniet in te' et cetera. 'Virgo mater simul extans', unde quomodo 'optimam partem elegit sibi'. In coniugio duo sunt: fecunditas et fetiditas. In virginitate duo sunt: sterilitas et mundicia. De virginitate accepit mundiciam, de coniugio accepit fecunditatem, alia duo relinquit. 'Hec sine labe manens', scilicet peccati; unde Augustinus De bono coniugii: Omnes qui nascuntur
 40 ab Adam et Eva tenentur dicere: 'dimite nobis debita nostra', excepta beata virgine Maria, de qua propter honorem Domini, cum de peccato agitur, nullam prorsus volo haberi mentionem. 'Omni virtute beatur', unde dicitur: 'Gracia plena'. Sapientie: 'In me gracia omnis vie et veritatis, in me spes vite et virtutis.' 'Imperat hec Christo',

1 Sol...interponitur] Ox, c. De sole, f. 99va-99vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 7 (p. 389-391, l. 7-8, 47-53 et 64-66). 23 nobis...scandit] Ox, c. De sole, f. 99vb-100rb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 4 (p. 387, l. 57-58) et 7 (p. 389 et 391-392, l. 11-20, 69-85, 91, 103-113 et 119).

8 sexcies] semptepliciter [!] Ox 13 Alpharganum] Alphagranum cod. | maior] ante maior, scr. et post exp. est cod.; moior cod. 20 Venere] ante Venere, scr. et post del. et exp. mei cod. 25 Electa] Versus add. in marg. cod. 37 sterilitas] steritas cod. 42 mentionem] id est mentionem

scilicet sicut mater filio. ‘Super creata cuncta levatur’ et hoc in assumptione. Proprietates solis septem versibus comprehenduntur:

‘Fulgitat, effundit radios, fons ipse caloris.
Atrahit nubes monstratque speculum sub forma doloris.
5 Illustrat lunam, noctemque diemque ministrat.
Fructus maturat, ac humida cuncta desiccat.
Intrat, si reseras glaciesque dura recludit.
Letificat oculos sanos, liposque recludit.
Occidit ac oritur, descendens hinc quoque scandit.’

- 10 Contenta in hiis versibus super proprietatibus solis designant beatitudines virginis Marie ut ecce: ‘fulgitat’ beata Virgo in ecclesia, quia eius gracia cunctas illustrat ecclesias. ‘Efundit’ enim ‘radios’ pietatis et beneficia. ‘Fons’ est ‘caloris’, id est caritatis, unde Ambrosius: caritatis tante fuit beata Virgo, ut si necesse esset se ipsam configendam traderet, unde quasi parata stabat ad crucem. ‘Atrahit nubes’, id est illos, ‘qui ut nubes
15 volant’ et clamant: [f. 105v] ‘Trahe me post te’ et cetera. Monstratque dolores penitentibus quomodo doluit circa crucem, sic tu doleas pro peccatis tuis. ‘Illustrat lunam’, id est ecclesiam etiam in defectu positam: ‘Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias.’ ‘Noctemque diemque ministrat’, cum boni et mali se vident in comparacione ipsius; Ezechielis: ‘Fili hominis ostende filiis Israel templum’, id est Mariam matrem
20 Domini. ‘Cuncta desiccat’ ‘ab iniquitatibus suis’. ‘Intrat si reseras’ ad rogandum eam. ‘Glaciesque’ consciencie torpore et penitentes corrigit. ‘Letificat oculos sanos’, id est illustrat ad gratiam. ‘Lipposque recludit’, id est in terrenis commorantes, ut non possint videre suavitatem. ‘Oritur’ in conceptione Ihesu. ‘Occidit’ in passione. ‘Descendit’, per compacionem qui invocant eam. ‘Hinc quoque scandit’, in assumptione, scilicet ubi VII
25 hostia cum Hester transivit, scilicet VII choros angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, confessorum et virginum. Sed beate Virgini sit laus et gloria in secula seculorum amen.

[Cap. 6. De Marte.]

- Mars quintus est planeta ascendendo, qui et Pireis dicitur. Signiferum, id est
30 circulum XII signorum, duobus annis percurrit, quandoque tamen minus duobus mensibus vel circa. Est autem Mars a gentilibus vocatus a Marte deo belli, quia in assensione sideris Martis colera sepius in hominibus accenditur et fiunt calefactiones cordis et epatis, et rebullicio cerebri et humores corrumpuntur. Et hoc bellum finitur sepius cum morte ex contrariis causis repugnantibus sanitati. \\\Nam hic planeta est
35 calidus et siccus. Et infundit iras et rixas. Mars alios etiam habet cursus et maiores quam supra dixerim, de quibus dicam infra capitulo “Saturnus”.// Ab hoc planeta dictus est dies martis, quia in prima hora fit huius infusio, sicut dixi supra capitulo “luna”. Hoc bellum per simile in anima surrexit, qui non habet ‘gladium vendat tunicam et emat’ et ponat unaquamque virtus gladium suum, scilicet expugnando viciis, videlicet humilitas

10 designant...virginum] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 7 (p. 389-390, l. 19-20, 22-33 et 35-46). designant...gloria] Ox, c. *De sole*, f. 100rb-100vb. 29 Mars...Signiferum] Ox, c. *De Marte*, f. 100vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 8 (p. 392, l. 1-2). 30 duobus¹...percurrit] Ox, c. *De Marte*, f. 100vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 8 (p. 392, l. 2). 31 Est...sanitati] Ox, c. *De Marte*, f. 100vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 8 (p. 392, l. 2-7). 37 Hoc...coronabitur] Ox, c. *De Marte*, f. 100vb-101ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 8 (p. 392, l. 7, 16 et 18-22).

7 recludit] relidit Ox 13 configendam] crucifigendam Ox 19 ipsius] ante ipsius, scr. et post exp. illius cod. 24 compacionem] id est compassionem | ubi] verbi cod. 30 annis] ante annis, scr. et post exp. duobus cod. 31 gentilibus] gentibus scr. et post add. sup. l. -li- cod. 32 assensione] id est ascensione

superbie, mansuetudo ire, pietas invidie, excercitacio accidie, sobrietas gule, caritas avaricie, castitas luxurie. In hoc bello qui ‘certaverit, coronabitur’.

[Cap. 7. De Iove.]

Iupiter sextus est planeta, qui et Pheton dicitur. Et dicitur Iupiter \in nominativo/
 5 quasi iubens pater, quia in ascensione huius sideris omnia terre nascencia vi errumpunt,
 sed in genitivo \et ceteris casibus/ dicitur Iovis a deo Iove gentilium. \Unde secundum
 gramaticos nomen Iupiter solum habebat nominativum casum et nomen Iovis ceteros
 casus dempto nominativo, unde de duobus nominibus, ut unum alteri deserviat facta fuit
 coniunccio in unum, ut dicatur hic Iupiter, huius Iovis, huic Iovi et sic de aliis casibus.//
 10 Et ab hoc planeta denominatur dies iovis, quia in eius prima hora maxime fit infusio
 Iovis, quemadmodum dixi supra capitulo “luna”. Hic planeta zodiacum suum peragit
 annis XII completis et quandoque non completis. Et est planeta calidus et \humidus/. Et
 sicut dixi hic planeta terre nascencia vi erumpit, nam a motu sui principii creatura rerum
 vegetabilium transire facit ad multiplicacionem similium et quasi sobolem de se facit.
 15 \Infundit eciam sanitatem et alacritatem cordis. Iupiter habet eciam alios cursus, de
 quibus dicam infra capitulo “Saturnus”.// Nec alicui absurdum hoc videatur, aliquas
 rerum causas a Deo sub mocionibus planetarum constitutas quantum ad propaginem,
 cum videamus veris tempore, quando sol superius ascenderit, frondes et flores
 erumpere, fructusque de floribus, dum sol amocius ascenderit, producere vapores suos
 20 siccus et igneos, fructus et semina maturescere, superflua humiditate in eis desiccante.
 Videmus eciam crescente et descescente luna animalia \crescere vel/ decrescere et
 homines aliquos lune motum sentire, sicut dixi supra capitulo “luna”. Dicit comentator
 super astronomiam Marciani quod, si non esset alius planeta a Iove, omnes homines
 essent immortales; est enim, ut dicit Marcianus, Iupiter ad omnia salutaris. Hoc tamen
 25 intellige cursu nature secus, secundum potenciam et voluntatem creatoris.

[Cap. 8. De Saturno.]

Saturnus septimus est planeta et superior ceteris planetis, qui et Feron dicitur.
 Signiferum, id est circulum XII signorum, peragit XXX annis completis, quandoque
 tamen minori tempore. Sydus huiusmodi licet magnum sit, minimum tamen nobis
 30 videtur propter eius nimiam altitudinem. Quanta tamen sit eius mensura sive in latum
 sive profundum aut in circuitu scire potes per ea, que dixi supra capitulo “sol”. A parte
 sinistra girant omnes planete excepto Saturno, qui in parte dextra preceps graditur. Hic
 inmensa celeritate in occasum atolleretur, nisi conversione continua [f. 106r] omnibus
 aliis syderibus inpediretur. Ergo inpeditus vertigine mundi torpet et fit gelide nature.
 35 Sed beatus Augustinus, qui corona filosofie dictus est, dicit quod quanto alcus est

4 Iupiter¹ ...errumpunt] Ox, c. *De Iove*, f. 101ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 392-393, l. 1-5).
 11 zodiacum ... XII] Ox, c. *De Iove*, f. 101ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 392, l. 2). 12 est...
 et²] Ox, c. *De Iove*, f. 101ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 392-393, l. 2-3). 13 a...facit²] Ox, c.
De Iove, f. 101ra. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 393, l. 8-11). 16 Nec...sentire] Ox, c. *De Iove*,
 f. 101ra-101rb. 17 rerum...desiccante] Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 393, l. 32-39).
 22 Dicit...creatoris] Ox, c. *De Iove*, f. 101va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 9 (p. 393-394, l. 45-49).
 27 Saturnus...planeta] Ox, c. *De Saturno*, f. 101va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 10 (p. 394, l. 1-2).
 qui...annis] Ox, c. *De Saturno*, f. 101va-101vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 10 (p. 394, l. 2 et 23).
 29 Sydus...videtur] Ox, c. *De Saturno*, f. 101va. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 10 (p. 394, l. 3).
 31 A...carnis] Ox, c. *De Saturno*, f. 101va-101vb. Cf. THOM. CANT., *Lib. de nat.* 17, 10 (p. 394, l. 3-9 et
 11-17).

6 genitivo] geni- scr. et post add. sup. l. -tivo cod. 10 planeta] plenata cod. 12 Et²] ante Et, scr. et post
 exp. siccus cod. 19 amocius] admotius Ox 25 secus] sed Ox 28 circulum] circu- scr. et add. sup. l. -
 lum cod. | XXX] XXV Ox 32 preceps] preces cod.

sydus Saturni, tanto ardentius esse deberet, sed in frigidatur ab aquis que sunt super firmamento, quibus vicinus esse dicitur. Saturnus dicitur quasi satur nostrum, eo quod in ascensione huius syderis iacta semina mortificantur in terra, ut pullulent ad saturitatem carnis. Vel dicitur Saturnus, id est requies, ex hoc dies sabbati \dicitur/, scilicet dies Saturni, quia illa die requievit Dominus ab opere suo. Vel etiam denominatur dies Saturni, quia in prima eius hora fit aliqualis influencia huius planete, sicut dixi de ceteris diebus supra capitulo "luna". Saturnus maior est terra et etiam ceteris planetis post solem, sicut dixi supra capitulo "sol", et ibi vide, quanta sit distancia de Saturno descensive usque ad Iupiter. Sed non est omitendum secundum Alpharganum quod de terra usque ad firmamentum computatis intermediis planetarum et ceteris spaciis est tanta distancia quantum posset quis ire per VII milia annorum, cuilibet diei X leucis datis, et leuca pro tribus miliaribus computata. Saturnus frigidus est et siccus et eius infusio mala, quia infundit infirmitates, pestilencias et guerras ac rixas. Tamen advertendum quod Saturnus et ceteri planete diversos alios habent cursus, quam supra dixerim. Unde sciendum quod planete VII habent cursum diurnalem, qui fit qualibet die violenter, sicut dictum fuit sepiissime. Item habent cursum respectu circuli signorum, de quo dixi in singulis capitulis planetarum. Item habent alium cursum, qui dicitur medius cursus, videlicet quoad efluenciam maiorem singularum planetarum ex successu temporis. Unde luna secundum hunc cursum discurit novem annis, Mercurius demum XIII, Venus VIII, Sol X annis, Mars VII annis, Iupiter XII annis, Saturnus XI annis \et in hoc cursu moram trahit capud draconis tribus annis et eius cauda duobus, que contingunt in coniunccione circulatorum//. Item habent alium cursum, qui dicitur cursus magnus, in quo ipsi planete successivis temporibus et per ordinem multo maiorem afferunt influencia. Unde Saturnus percurrit LIX annis, Iupiter LXXXIII, Mars LXV, Sol XXVIII, Venus LXXXII, Mercurius LXXVII, Luna XVI. Et notandum quod planete suas influencias afferunt secundum magis et minus, sed diversis respectibus et secundum eorum cursus signorumque proprietates, quandoque adversantibus aliquibus stellis eorum influenciis. Et ideo quandoque potestates et resistencie seu contrarietates per singula signa sunt, \que dicuntur quedam conglobaciones stellarum in celo sydereo, sicut dixi supra hoc titulo capitulo Iº//. Unde aries designat caput hominis et sibi obviat, ut statim dicitur. Taurus representat collum hominis. Gemini scapulas, brachia et manus. Cancer tabulam pectoris et costas. \Leo vero significat cor, iecur, pulmonem et cetera viscera// Virgo ventrem et intestinam. Libra flancos \et renes/. Scorpio pectinem et naturam hominis et mulieris. Sagittarius coxias et patellas genuum. Capricornus cetera ossa genuum. Aquarius tibias. Piscis pedes. Et propter has representationes et influencias contrarias dictorum signorum prohibentur flebotomie, purgaciones \et/ colteria in illo membro, cui signum contrariatur, \maxime quando luna vel potius sol est in illo signo. Hoc est in respectu illius et sub eo//, quia \tunc talia/ essent periculosa. Ymo tunc vulnera illata \in illo membro/ mortem inducunt sepiissime. Preterea ex planetis et earum coniunccionibus ceterarumque stellarum et secundum signa fiunt constellationes et eventus et fata indicantur secundum cursum nature. Tamen in omnibus reservari debet potencia Creatoris, cui omnia sunt submissa, quemadmodum dixi supra hoc titulo capitulo primo. Planete singuli faciunt etiam suas influencias pueris in utero existentibus per singulos menses a tempore conceptionis, incipiendo a Saturno et demum descensive usque ad septimum et ultimum. Et iterum redeundo ad Saturnum et Iovem usque novum mensem. Unde in primo mense fit influencia Saturni,

2 Saturnus] Satur- *scr. et post add. sup. l. -nus cod.* | nostrum] numen *Ox* 3 saturitatem] saturnitatem *cod.* 9 Alpharganum] Alphagranum *cod.* 37 colteria] *id est* cauteria | signum] signium *cod.* 38 quia] *ante quia, scr. et post exp. ymo tunc vulnera illata cod.* 44 incipiendo] *ante incipiendo, scr. et post del. et exp. unde cod.*

secundo Iovis, tercio Martis, quarto solis, quinto Veneris, VI^{to} Mercurii, VII^o lune, VIII^o Saturni, IX^o Iovis. Et per hec reddi solet quedam ratio quare puer melius nascitur ad vitam in septimo mense vel in nono quam in octavo vel aliis, sicut dixi supra in titulo de nativitate hominis capitulo primo, et ibi vide.

5

Explicit. Deo gracias.

10

Hunc igitur librum seu tractatum conposui \ex diversis opusculis colligendo et cum aliquibus conferrendo/ ego, Iohannes Raynaudi, legum doctor, tempore mee iuventutis existens tunc bacallarius \et/ tempore diversorum litigiorum me involvencium et propria manu scripsi, quem submitto coreccioni et emendacioni melius intelligencium. Salva semper in omnibus determinacione sancte matris ecclesie, de quibus laudetur, qui regnat in secula seculorum benedictus. Amen.

3 vel¹] *ante vel, scr. et post del. completo cod.* 8 Iohannes ... doctor] *scr. et post del. cod.*

[f. 107v]

- Ad coniurandum tempus et nubes ut cesset tempestas fac primo signum crucis †. Et post dic evangelium beati Iohannis in principio erat verbum et cet. Demum dic: Oremus.
- 5 Deus qui beate Brigide virgini et martiri tue inimicos suos superare contulisti, presta quesumus famulis tuis credentibus ut per eius oracionem atque memoriam ab ipsa tempestate liberari valeamus per Christum Dominum nostrum amen. † Increatus pater. † Increatus filius. † Increatus spiritus sanctus. Ely, Eloy, Adonay. Oro sis nobiscum deus.
- 10 Oremus, Deus qui celum et terram creasti et flumen Iordani benedixisti et in eo a beato Iohanne baptizari voluisti, te quesumus domine benedicere et sanctificare digneris has nubes quas ante me video positas, ut in aquam sanctam benedictam et pacificam defluant. Et cadat tempestas in locis desertis, ubi non noceat michi aut alii fideli christiano, nec aliquibus fructibus seminatis, nec vindemiis, neque animalibus domesticis per intercessionem beate virginis Marie matris tue et beate Brigide virginis et
- 15 martiris et beatorum Petri et Pauli ac omnium sanctorum et sanctarum per Christum Dominum nostrum. Amen.

3 Ad...valeamus] Cf. FRANZ A., *Die kirchlichen Benediktionen im Mittelalter*, t. 2, Fribourg-en-Brisgau, 1960, p. 100. | Ad...Amen] Cf. *Rituale Benedictoburanum* (München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 23059), f. 40r-46v et 'MnT23 73v s. Brigida oratio contra tempestatem' (www.cantusgregorianus.it).

4 evangelium] evvangelium *cod.*

Tables des matières

Viridarium	1
[Prologus.]	1
[Tit. I.] De anathonomia humani corporis. Rubrica.	2
[Cap. 1. De homine.]	2
[Cap. 2. De partibus humani corporis.]	3
[Cap. 3. De capite.]	3
[Cap. 4. De cerebro.]	3
[Cap. 5. De capillis.]	4
[Cap. 6. De fronte.]	4
[Cap. 7. De sompno.]	5
[Cap. 8. De oculis.]	5
[Cap. 9. De pupillis.]	6
[Cap. 10. De supercilis.]	6
[Cap. 11. De palpebris.]	6
[Cap. 12. De aure.]	6
[Cap. 13. De naso.]	6
[Cap. 14. De barba.]	7
[Cap. 15. De labiis.]	7
[Cap. 16. De ore.]	7
[Cap. 17. De dentibus.]	7
[Cap. 18. De lingua.]	8
[Cap. 19. De voce.]	8
[Cap. 20. De vulva.]	8
[Cap. 21. De epileto.]	8
[Cap. 22. De canna.]	9
[Cap. 23. De gutture.]	9
[Cap. 24. De collo.]	9
[Cap. 25. De humeris.]	9
[Cap. 26. De brachiis.]	9
[Cap. 27. De musculis.]	9
[Cap. 28. De manu.]	10
[Cap. 29. De digitis.]	10
[Cap. 30. De unguibus.]	10
[Cap. 31. De osse.]	10
[Cap. 32. De medulla.]	10
[Cap. 33. De cartilagine.]	11
[Cap. 34. De venis.]	11
[Cap. 35. De nervo.]	11
[Cap. 36. De arteriis.]	11
[Cap. 37. De cordis corporis humani.]	12
[Cap. 38. De membranis.]	12
[Cap. 39. De carne.]	12
[Cap. 40. De corio.]	12
[Cap. 41. De dorso.]	12
[Cap. 42. De nuca.]	13
[Cap. 43. De pectore.]	13
[Cap. 44. De mamillis.]	13
[Cap. 45. De corde.]	13

[Cap. 46. De sanguine.]	14
[Cap. 47. De epate.]	15
[Cap. 48. De felle.]	15
[Cap. 49. De pulmone.]	15
[Cap. 50. De splene.]	16
[Cap. 51. De ventre.]	16
[Cap. 52. De costis.]	16
[Cap. 53. De intestina.]	16
[Cap. 54. De stomaco.]	17
[Cap. 55. isophago.]	17
[Cap. 56. De umbilico.]	17
[Cap. 57. De adipe.]	17
[Cap. 58. De vesica.]	17
[Cap. 59. De virga et matrice.]	18
[Cap. 60. De renibus.]	18
[Cap. 61. De ancis.]	18
[Cap. 62. De yliis.]	18
[Cap. 63. De spondilibus.]	18
[Cap. 64. De genibus.]	18
[Cap. 65. De tibiis.]	19
[Cap. 66. De pedibus.]	19
[Cap. 67. De talis.]	19
[Cap. 68. De plantis.]	19
[Tit. II.] De generacione humana. Rubrica. Rubrica. Rubrica.	19
[Tit. III.] De infusione anime. Rubrica.	21
[Tit. IV.] De nativitate hominis. Rubrica. Rubrica.	22
[Tit. V.] De septem \aut proprie sex/ etatibus hominum. Rubrica. Rubrica.	24
[Cap. 1. De prima etate.]	24
[Cap. 2. De secunda etate.]	24
[Cap. 3. De tercia etate.]	24
[Cap. 4. De quarta etate.]	25
[Cap. 5. De quinta etate.]	25
[Cap. 6. De sexta etate.]	25
[Cap. 7. De septa etate.]	25
[Tit. VI.] De monstrosis hominibus. Rubrica.	26
[Cap. 1. De hominibus in quibusdam orientis partibus scilicet Amazonibus.]	26
[Cap. 2. De hominibus in India dictis Trogoditis.]	26
[Cap. 3. De hominibus in Ethiopia.]	26
[Cap. 4. De aliis hominibus in oriente qui appellantur Ydraces seu Germosophite.]	27
[Cap. 5. De hominibus in oriente qui vocantur Bragmani.]	27
[Cap. 6. De aliis hominibus de genere Brammanorum.]	27
[Cap. 7. De hominibus qui vescuntur carnibus humanis.]	27
[Cap. 8. De aliis hominibus qui parvum os habent.]	27
[Cap. 9. De aliis hominibus qui solo odore pomi vivunt.]	27
[Cap. 10. De aliis hominibus silvestribus.]	28
[Cap. 11. De quibus mulieribus pulcris.]	28
[Cap. 12. De aliis hominibus qui parentes proprios mactant.]	28
[Cap. 13. De aliis hominibus parvis qui dicuntur Pigmei.]	28
[Cap. 14. De gigantibus.]	28

[Cap. 15. De hominibus mutis et surdis.]	29
[Cap. 16. De hominibus in India qui crudam carnem comedunt.]	29
[Cap. 17. De pueris cum buffonibus.]	29
[Cap. 18. De aliis hominibus in India qui pisces crudos manducunt.]	29
[Cap. 19. De hominibus qui habent utrumque sexum.]	29
[Cap. 20. De Ethiopibus.]	30
[Cap. 21. De quibus mulieribus que habent barbas usque ad mamillam.]	30
[Cap. 22. De Strumosis.]	30
[Cap. 23. De hominibus in India qui habent manus adversas.]	30
[Cap. 24. De Antipedibus in Libia.]	30
[Cap. 25. De Garrinaris, Orestis et Coartrahis.]	30
[Cap. 26. De mulieribus in Scithia.]	30
[Cap. 27. De Monopedibus.]	31
[Cap. 28. De Ypifagis.]	31
[Cap. 29. De quodam genere hominum qui dicuntur Arismaphi vel Cyclopes.]	31
[Cap. 30. De hominibus cornutis.]	31
[Cap. 31. De Caninis.]	31
[Cap. 32. De hominibus gimbois.]	32
[Cap. 33. De hominibus qui habent plura officia membrorum.]	32
[Cap. 34. De hominibus nascis cum maculis in facie.]	32
[Cap. 35. De silvestribus.]	32
[Cap. 36. De gemellis.]	32
[Tit. VII.] De natura pecudum. Rubrica.	33
[Cap. 1. Generaliter.]	33
[Cap. 2. De asino.]	33
[Cap. 3. De apro seu porco.]	34
[Cap. 4. De bubalo.]	34
[Cap. 5. De bonaco.]	34
[Cap. 6. De camelo.]	35
[Cap. 7. De cane.]	35
[Cap. 8. De castore.]	36
[Cap. 9. De calopo.]	36
[Cap. 10. De capra aut hyrco.]	36
[Cap. 11. De caco.]	37
[Cap. 12. De cervis.]	37
[Cap. 13. De cimera.]	38
[Cap. 14. De cerogallo.]	38
[Cap. 15. De coniculis qui alias dicuntur cyrogrilli.]	38
[Cap. 16. De corocrote.]	38
[Cap. 17. De catapleda.]	39
[Cap. 18. De duram.]	39
[Cap. 19. De daxo.]	39
[Cap. 20. De elephante.]	39
[Cap. 21. De equis.]	40
[Cap. 22. De equicervo.]	41
[Cap. 23. De eale.]	41
[Cap. 24. De emochite.]	41
[Cap. 25. De emostra.]	41
[Cap. 26. De erinacio qui girocillus dicitur.]	41
[Cap. 27. De erminio.]	41
[Cap. 28. De falena.]	42

[Cap. 29. De frusculo.]	42
[Cap. 30. De furion.]	42
[Cap. 31. De glire.]	42
[Cap. 32. De guessello.]	42
[Cap. 33. De ibice.]	42
[Cap. 34. De ibrida.]	43
[Cap. 35. De istrice qui alias dicitur porcus spinus.]	43
[Cap. 36. De iena.]	43
[Cap. 37. De iummerio.]	43
[Cap. 38. De leone.]	43
[Cap. 39. De leopardo.]	44
[Cap. 40. De launa.]	44
[Cap. 41. De lausam.]	44
[Cap. 42. De lince qui dicitur lupa serveria.]	44
[Cap. 43. De licaone.]	45
[Cap. 44. De lupo.]	45
[Cap. 45. De lincisco.]	46
[Cap. 46. De lencocrota.]	46
[Cap. 47. De leophita.]	46
[Cap. 48. De lacta.]	46
[Cap. 49. De lepore.]	46
[Cap. 50. De lutere qui dicitur luria.]	47
[Cap. 51. De locusta.]	47
[Cap. 52. De mulo.]	47
[Cap. 53. De monocrote.]	47
[Cap. 54. De moboso.]	47
[Cap. 55. De mauricomerio.]	48
[Cap. 56. De manciora.]	48
[Cap. 57. De musco.]	48
[Cap. 58. De mamoneto.]	48
[Cap. 59. De mugali.]	49
[Cap. 60. De murilego.]	49
[Cap. 61. De mustella.]	49
[Cap. 62. De mure.]	50
[Cap. 63. De onagro.]	50
[Cap. 64. De onosautauro (vel onosotauro).]	50
[Cap. 65. De orice.]	50
[Cap. 66. De orasio.]	51
[Cap. 67. De ove.]	51
[Cap. 67. De pardis.]	51
[Cap. 69. De panthera.]	52
[Cap. 70. De pindex.]	52
[Cap. 71. De pegaso.]	52
[Cap. 72. De piloso.]	52
[Cap. 73. De pachio.]	52
[Cap. 74. De puterio.]	52
[Cap. 75. De speriolo.]	53
[Cap. 76. De symia.]	53
[Cap. 77. De sanguigero.]	53
[Cap. 78. De tigride.]	53
[Cap. 79. De tauro vel bove.]	54

[Cap. 80. De tramen.]	54
[Cap. 81. De tregelapho.]	54
[Cap. 82. De tragescidis.]	54
[Cap. 83. De talpa qui alias dicitur darbussius.]	55
[Cap. 84. De unicorno.]	55
[Cap. 85. De urso.]	55
[Cap. 86. De vesone.]	56
[Cap. 87. De urin.]	56
[Cap. 88. De vulpe.]	56
[Cap. 89. De vario.]	56
[Cap. 90. De zubonibus.]	57
[Tit. VIII.] De natura avium. Rubrica.	57
[Cap. 1. Generaliter.]	57
[Cap. 2. De aquila.]	58
[Cap. 3. De arpia.]	59
[Cap. 4. De avibus paradisi.]	59
[Cap. 5. De ave alba.]	59
[Cap. 6. De quadam ave que nascitur ex herba.]	59
[Cap. 7. De quibus avibus magnis.]	59
[Cap. 8. De avibus quas vidit beatus Brandanus.]	59
[Cap. 9. De agochile.]	59
[Cap. 10. De ardea.]	60
[Cap. 11. De anceribus vel aucis.]	60
[Cap. 12. De anate.]	60
[Cap. 13. De accipitre.]	60
[Cap. 14. De alauda.]	60
[Cap. 15. De alcionibus.]	61
[Cap. 16. De aeriophilem.]	61
[Cap. 17. De bubone.]	61
[Cap. 18. De buteo.]	61
[Cap. 19. De butorio.]	61
[Cap. 20. De bistardia.]	61
[Cap. 21. De benosis.]	62
[Cap. 22. De barliatis.]	62
[Cap. 23. De blaudrio.]	62
[Cap. 24. De cinalvolgo.]	62
[Cap. 25. De cigno.]	62
[Cap. 26. De caristis.]	63
[Cap. 27. De ciconiis.]	63
[Cap. 28. De calandri.]	63
[Cap. 29. De corvo.]	63
[Cap. 30. De cornice.]	64
[Cap. 31. De cuculo.]	64
[Cap. 32. De cordulo.]	64
[Cap. 33. De columbo.]	64
[Cap. 34. De conturnicibus.]	65
[Cap. 35. De carduello.]	65
[Cap. 36. De crochilo.]	66
[Cap. 37. De avibus Diomedee.]	66
[Cap. 38. De dariam (vel daria).]	66
[Cap. 39. De erodio.]	66

[Cap. 40. De fenice.]	66
[Cap. 41. De frilica.]	66
[Cap. 42. De folcra.]	67
[Cap. 43. De falcone.]	67
[Cap. 44. De fluvialibus avibus.]	67
[Cap. 45. De griffis.]	67
[Cap. 46. De gostardis.]	67
[Cap. 47. De gruibus.]	68
[Cap. 48. De gallo.]	68
[Cap. 49. De gallo silvestri qui alias dicitur fasianus.]	69
[Cap. 50. De garrulo.]	69
[Cap. 51. De graculo.]	69
[Cap. 52. De ibide.]	70
[Cap. 53. De irundine.]	70
[Cap. 54. De ida.]	71
[Cap. 55. De karo.]	71
[Cap. 56. De kaches.]	71
[Cap. 57. De lucidiis.]	71
[Cap. 58. De linachos.]	71
[Cap. 59. De milvo.]	71
[Cap. 60. De morplice.]	72
[Cap. 61. De melmomonibus.]	72
[Cap. 62. De merobi.]	72
[Cap. 63. De merlionibus.]	72
[Cap. 64. De merula.]	72
[Cap. 65. De monedula.]	72
[Cap. 66. De mergo vel mergulo.]	72
[Cap. 67. De niso.]	73
[Cap. 68. De niticorace.]	73
[Cap. 69. De nepina.]	73
[Cap. 70. De onocrotalo.]	73
[Cap. 71. De otho vel huhu.]	73
[Cap. 72. De oriolis.]	73
[Cap. 73. De ostrucio.]	74
[Cap. 74. De pellicano.]	74
[Cap. 75. De porfirio.]	74
[Cap. 76. De pavone.]	75
[Cap. 77. De perdice.]	75
[Cap. 78. De pica.]	75
[Cap. 79. De pico (marcius).]	76
[Cap. 80. De passere.]	76
[Cap. 81. De philomena.]	76
[Cap. 82. De psipaco.]	76
[Cap. 83. De regulo.]	77
[Cap. 84. De strige.]	77
[Cap. 85. De sturnis.]	77
[Cap. 86. De turture.]	77
[Cap. 87. De tregophale.]	77
[Cap. 88. De turdis.]	77
[Cap. 89. De vesperilione.]	77
[Cap. 90. De ullula.]	78

[Cap. 91. De upupa.]	78
[Cap. 92. De vulture.]	78
[Cap. 93. De zeloncides.]	79
[Tit. IX.] De natura belluarum maris et fluviorum. Rubrica. Rubrica.	79
[Cap. 1. De abidos.]	79
[Cap. 2. De belluis.]	79
[Cap. 3. De cocodrillo.]	79
[Cap. 4. De chilon.]	80
[Cap. 5. De canibus marinis.]	80
[Cap. 6. De clen.]	80
[Cap. 7. De dracone maris.]	80
[Cap. 8. De delphinis.]	80
[Cap. 9. De equo marino.]	81
[Cap. 10. De equo Nili.]	81
[Cap. 11. De foca.]	81
[Cap. 12. De galalca.]	81
[Cap. 13. De gladio.]	81
[Cap. 14. De ipotamo.]	82
[Cap. 15. De luligine.]	82
[Cap. 16. De monaco.]	82
[Cap. 17. De nerechidibus.]	82
[Cap. 18. De nautilo.]	82
[Cap. 19. De orcul.]	82
[Cap. 20. De perna.]	82
[Cap. 21. De pistere.]	83
[Cap. 22. De platanistis.]	83
[Cap. 23. De polipo.]	83
[Cap. 24. De serra.]	83
[Cap. 25. De syrenis.]	83
[Cap. 26. De scillis.]	84
[Cap. 27. De testudinibus maris Indici.]	84
[Cap. 28. De tigno.]	84
[Cap. 29. De tortuca.]	84
[Cap. 30. De vitulo maris seu bove marino.]	84
[Cap. 31. De unicorno marino qui alias dicitur monoceros.]	85
[Cap. 32. De zedrosis.]	85
[Cap. 33. De zintarone.]	85
[Cap. 34. De zufio.]	85
[Tit. X.] De natura piscium tam marinorum quam fluvialium.	85
[Cap. 1. Generaliter.]	85
[Cap. 2. De anguilla.]	86
[Cap. 3. De alleciis.]	86
[Cap. 4. De albiros.]	86
[Cap. 5. De ariete maris.]	86
[Cap. 6. De aureo vellere.]	86
[Cap. 7. De accipendre.]	87
[Cap. 8. De armigero.]	87
[Cap. 9. De aranea maris.]	87
[Cap. 10. De botis.]	87
[Cap. 11. De borbotis.]	87
[Cap. 12. De ceto.]	87

[Cap. 13. De cancro.]	88
[Cap. 14. De conchis.]	88
[Cap. 15. De capitato.]	88
[Cap. 16. De cocleis.]	89
[Cap. 17. De caprea.]	89
[Cap. 18. De centipede.]	89
[Cap. 19. De die.]	89
[Cap. 20. De alio genere delphinorum.]	89
[Cap. 21. De echino.]	89
[Cap. 22. De elloce alias esoce.]	90
[Cap. 23. De esquinata.]	90
[Cap. 24. De erocio.]	90
[Cap. 25. De eraclordibus.]	90
[Cap. 26. De ericio maris.]	90
[Cap. 27. De gobione.]	90
[Cap. 28. De grano.]	90
[Cap. 29. De irundine maris.]	90
[Cap. 30. De kaleam.]	91
[Cap. 31. De loliginibus.]	91
[Cap. 32. De lepore maris.]	91
[Cap. 33. De lampreda.]	91
[Cap. 34. De lucio.]	91
[Cap. 35. De lupo pisce.]	91
[Cap. 36. De locusta pisce.]	91
[Cap. 37. De murena.]	92
[Cap. 38. De muricibus.]	92
[Cap. 39. De mure marino.]	92
[Cap. 40. De mulo.]	92
[Cap. 41. De nacra.]	92
[Cap. 42. De ostreis.]	93
[Cap. 43. De purpureis.]	93
[Cap. 44. De pungitivo.]	93
[Cap. 45. De pectinibus.]	93
[Cap. 46. De porcus marino.]	93
[Cap. 47. De pavone maris.]	93
[Cap. 48. De rumbo.]	94
[Cap. 49. De salmonibus.]	94
[Cap. 50. De sturione.]	94
[Cap. 51. De sopenidis.]	94
[Cap. 52. De stella pisce.]	94
[Cap. 53. De solari.]	94
[Cap. 54. De salpa.]	94
[Cap. 55. De sepia.]	95
[Cap. 56. De scauro.]	95
[Cap. 57. De scutania.]	95
[Cap. 58. De torpedine.]	95
[Cap. 59. De trebio.]	95
[Cap. 60. De truitis.]	95
[Cap. 61. De tenca.]	96
[Cap. 62. De tergiaiibus.]	96
[Cap. 63. De timalo.]	96

[Tit. XI.] De natura serpentum seu anguium. Rubrica. 96

[Cap. 1. Generaliter.]	96
[Cap. 2. De aspide.]	98
[Cap. 3. De ansibena.]	98
[Cap. 4. De basilicus.]	98
[Cap. 5. De boa.]	98
[Cap. 6. De boro.]	99
[Cap. 7. De cornutis.]	99
[Cap. 8. De cerace.]	99
[Cap. 9. De cerula.]	99
[Cap. 10. De centipeda.]	99
[Cap. 11. De celidonio.]	99
[Cap. 12. De cenore.]	99
[Cap. 13. De calcatrice.]	99
[Cap. 14. De dracone.]	100
[Cap. 15. De draconpedibus.]	100
[Cap. 16. De emoroi.]	100
[Cap. 17. De iaculis.]	100
[Cap. 18. De ipanapi.]	100
[Cap. 19. De idro.]	101
[Cap. 20. De leviatan.]	101
[Cap. 21. De lacerta.]	101
[Cap. 22. De natrice.]	101
[Cap. 23. De nadera.]	101
[Cap. 24. De pestere.]	101
[Cap. 25. De pharia.]	101
[Cap. 26. De pucella.]	102
[Cap. 27. De serpente vulgari.]	102
[Cap. 28. De serrali.]	102
[Cap. 29. De salamandra.]	102
[Cap. 30. De salpiga.]	102
[Cap. 31. De stellione.]	103
[Cap. 32. De situla.]	103
[Cap. 33. De sirenibus.]	103
[Cap. 34. De scorpione.]	103
[Cap. 35. De seps.]	103
[Cap. 36. De tiso.]	103
[Cap. 37. De tareo.]	104
[Cap. 38. De tortuca.]	104
[Cap. 39. De tiro.]	104
[Cap. 40. De tiliaco.]	104
[Cap. 41. De Tarasca.]	104
[Cap. 42. De vipera.]	105

[Tit. XII.] De natura vermium. Rubrica. 105

[Cap. 1. Generaliter.]	105
[Cap. 2. De apibus.]	105
[Cap. 3. De aranea.]	107
[Cap. 4. De alacta.]	108
[Cap. 5. De borace seu buffone.]	108
[Cap. 6. De blacte.]	108
[Cap. 7. De bonbace.]	108

[Cap. 8. De bruco.]	109
[Cap. 9. De cinomia.]	109
[Cap. 10. De cinfice.]	109
[Cap. 11. De culice.]	109
[Cap. 12. De cantaridibus.]	109
[Cap. 13. De carabonibus.]	109
[Cap. 14. De cimice.]	109
[Cap. 15. De cicadis.]	110
[Cap. 16. De cervo volante.]	110
[Cap. 17. De eruca.]	110
[Cap. 18. De engula vel zecha.]	110
[Cap. 19. De formicis.]	110
[Cap. 20. De formicaleone.]	111
[Cap. 21. De formicis in India.]	111
[Cap. 22. De grillo.]	111
[Cap. 23. De limace.]	111
[Cap. 24. De locusta verme.]	112
[Cap. 25. De lanifico.]	112
[Cap. 26. De musca.]	112
[Cap. 27. De muscis Cipree.]	113
[Cap. 28. De opimaco.]	113
[Cap. 29. De papilionibus.]	113
[Cap. 30. De phalanga.]	113
[Cap. 31. De pulcibus.]	113
[Cap. 32. De pediculis.]	114
[Cap. 33. De rana.]	114
[Cap. 34. De stelle figura.]	114
[Cap. 35. De spoliatore.]	115
[Cap. 36. De seta.]	115
[Cap. 37. De stupestre.]	115
[Cap. 38. De sanguisuga.]	115
[Cap. 39. De scarabeis.]	115
[Cap. 40. De tamur vel samier.]	115
[Cap. 41. De tapula.]	116
[Cap. 42. De tineas.]	116
[Cap. 43. De teredonibus.]	116
[Cap. 44. De tarmo.]	116
[Cap. 45. De testudine.]	116
[Cap. 46. De vespis.]	117
[Cap. 47. De uria.]	117
[Cap. 48. De verme, qui specialiter vermis dicitur.]	117
[Cap. 49. De vermibus Cilidonie.]	117
[Tit. XIII.] De arboribus et naturis earum. Rubrica.	117
[Cap. 1. Generaliter.]	117
[Cap. 2. De arboribus in paradiso.]	118
[Cap. 3. De arboribus solis et lune.]	118
[Cap. 4. De agno casto.]	118
[Cap. 5. De abiete.]	119
[Cap. 6. De arboribus aeris.]	119
[Cap. 7. De arboribus circa regionem Ierusalem.]	119
[Cap. 8. De armoniaco.]	119

[Cap. 9. De arexe.]	120
[Cap. 10. De arboribus portantibus poma.]	120
[Cap. 11. De arbore in regno Aralatensi.]	120
[Cap. 12. De amedano.]	120
[Cap. 13. De axero.]	120
[Cap. 14. De avorno.]	120
[Cap. 15. De avalsio.]	120
[Cap. 16. De amigdalo.]	121
[Cap. 17. De avellana.]	122
[Cap. 18. De albaro.]	122
[Cap. 19. De aloe ligno.]	123
[Cap. 20. De armeno.]	123
[Cap. 21. De adella.]	123
[Cap. 22. De arundine seu canna.]	123
[Cap. 23. De buxo.]	123
[Cap. 24. De brillo.]	123
[Cap. 25. De buellio.]	124
[Cap. 26. De berbero.]	124
[Cap. 27. De balsamo.]	124
[Cap. 28. De cipresso.]	124
[Cap. 29. De canna.]	125
[Cap. 30. De crasso.]	125
[Cap. 31. De ceraso.]	125
[Cap. 32. De castaneo.]	126
[Cap. 33. De cornio.]	127
[Cap. 34. De coquimella.]	127
[Cap. 35. De coctano sive citonio.]	127
[Cap. 36. De cinamomo.]	128
[Cap. 37. De calamo aromatico.]	128
[Cap. 38. De capari.]	128
[Cap. 39. De cubebis.]	129
[Cap. 40. De cassia fistula.]	129
[Cap. 41. De cassia lignea.]	130
[Cap. 42. De cedro.]	130
[Cap. 43. De citro.]	130
[Cap. 44. De draganto.]	131
[Cap. 45. De esculo.]	131
[Cap. 46. De ebano.]	131
[Cap. 47. De edera.]	131
[Cap. 48. De fago.]	132
[Cap. 49. De fraxino.]	132
[Cap. 50. De fraxinalogo.]	133
[Cap. 51. De fusano.]	133
[Cap. 52. De fico.]	133
[Cap. 53. De genesta.]	134
[Cap. 54. De galanga.]	134
[Cap. 55. De gariophilo vel gariopholo.]	134
[Cap. 56. De gummi.]	134
[Cap. 57. De galbano.]	135
[Cap. 58. De ivo.]	135
[Cap. 59. De ilice.]	135

[Cap. 60. De iunipero.]	135
[Cap. 61. De larice.]	136
[Cap. 62. De larendo.]	136
[Cap. 63. De lentisco.]	136
[Cap. 64. De lauro.]	137
[Cap. 65. De mella.]	137
[Cap. 66. De medica.]	137
[Cap. 67. De muscata.]	137
[Cap. 68. De mastice.]	138
[Cap. 69. De mirra.]	138
[Cap. 70. De muniaco.]	138
[Cap. 71. De mirto.]	138
[Cap. 72. De mespilo vel nespilo.]	139
[Cap. 73. De moro.]	139
[Cap. 74. De malo.]	140
[Cap. 75. De malagranata.]	140
[Cap. 76. De nespilo.]	142
[Cap. 77. De nuce.]	142
[Cap. 78. De oplo.]	143
[Cap. 79. De onicha.]	143
[Cap. 80. De olea sive oliva.]	143
[Cap. 81. De oleastri.]	144
[Cap. 82. De oleomella.]	144
[Cap. 83. De pomo alias dicto malo.]	144
[Cap. 84. De piella.]	144
[Cap. 85. De pordixion.]	144
[Cap. 86. De platano.]	144
[Cap. 87. De pipere.]	145
[Cap. 88. De populo.]	145
[Cap. 89. De palma.]	146
[Cap. 90. De pino.]	146
[Cap. 91. De persico.]	147
[Cap. 92. De pruno.]	148
[Cap. 93. De piro.]	148
[Cap. 94. De querco.]	149
[Cap. 95. De rampno.]	150
[Cap. 96. De rubo.]	150
[Cap. 97. De rore marino.]	150
[Cap. 98. De roza beate Katerine.]	151
[Cap. 99. De rosario.]	151
[Cap. 100. De sethin.]	153
[Cap. 101. De salice.]	153
[Cap. 102. De sorbo.]	153
[Cap. 103. De siliqua.]	153
[Cap. 104. De sandali.]	153
[Cap. 105. De storace.]	154
[Cap. 106. De sicomoro.]	154
[Cap. 107. De scopa.]	154
[Cap. 108. De sanguino.]	154
[Cap. 109. De savina.]	154
[Cap. 110. De sambuco.]	155

[Cap. 111. De spina alba.]	155
[Cap. 112. De spina Iudayca.]	155
[Cap. 113. De spina cervina.]	155
[Cap. 114. De thilno.]	156
[Cap. 115. De tilia.]	156
[Cap. 116. De tasso.]	156
[Cap. 117. De terebinto.]	156
[Cap. 118. De tamarisco alias thamarido.]	156
[Cap. 119. De thure.]	157
[Cap. 120. De ulmo.]	157
[Cap. 121. De vinco.]	157
[Cap. 122. De videto.]	158
[Cap. 123. De vite.]	158
[Cap. 124. De zesulo.]	160
[Cap. 125. De zampro.]	160
[Cap. 126. De zimro.]	161
[Cap. 127. De zucara.]	161
[Tit. XIV.] De natura herbarum et de earum proprietatibus et efficacia.	161
[Cap. 1. Generaliter.]	161
[Cap. 2. De absinthio.]	162
[Cap. 3. De aneto.]	162
[Cap. 4. De aloe.]	163
[Cap. 5. De apio.]	163
[Cap. 6. De anisio.]	164
[Cap. 7. De alleo.]	164
[Cap. 8. De alleo agresti.]	165
[Cap. 9. De artemisa.]	165
[Cap. 10. De aristologia.]	165
[Cap. 11. De atriplice.]	166
[Cap. 12. De abrotano.]	166
[Cap. 13. De affodillo.]	166
[Cap. 14. De apio silvestri.]	166
[Cap. 15. De acetosa.]	167
[Cap. 16. De alcanna.]	167
[Cap. 17. De avena.]	167
[Cap. 18. De bleta.]	167
[Cap. 19. De borragine.]	168
[Cap. 20. De basilicon.]	168
[Cap. 21. De basilica.]	168
[Cap. 22. De barba Aron.]	168
[Cap. 23. De berbena.]	169
[Cap. 24. De betonica.]	169
[Cap. 25. De branca ursina.]	169
[Cap. 26. De bistorta.]	169
[Cap. 27. De cucurbita.]	169
[Cap. 28. De cucumeribus et citrolis.]	170
[Cap. 29. De caule.]	170
[Cap. 30. De cepa.]	171
[Cap. 31. De cymino.]	171
[Cap. 32. De croco.]	172
[Cap. 33. De cardo.]	172

[Cap. 34. De camamilla.]	172
[Cap. 35. De colubrina.]	173
[Cap. 36. De cuscuta.]	174
[Cap. 37. De calamento.]	174
[Cap. 38. De centaurea.]	175
[Cap. 39. De capillo Veneris.]	176
[Cap. 40. De cerfollio.]	176
[Cap. 41. De cicuta.]	176
[Cap. 42. De catapucia.]	177
[Cap. 43. De cretano.]	177
[Cap. 44. De celidonia.]	178
[Cap. 45. De coriandro.]	178
[Cap. 46. De consolida maiore.]	178
[Cap. 47. De cisamo.]	179
[Cap. 48. De cucumere agresti.]	179
[Cap. 49. De cicere.]	180
[Cap. 50. De cicercula.]	180
[Cap. 51. De canabo.]	180
[Cap. 52. De coloquintida.]	181
[Cap. 53. De camphora.]	181
[Cap. 54. De carice.]	182
[Cap. 55. De cinoglosa.]	182
[Cap. 56. De corona regia.]	182
[Cap. 57. De cirpo.]	182
[Cap. 58. De cilo.]	183
[Cap. 59. De carui.]	183
[Cap. 60. De costo.]	183
[Cap. 61. De cardemomo.]	183
[Cap. 62. De ciclamine.]	184
[Cap. 63. De dragontea.]	185
[Cap. 64. De diptano.]	185
[Cap. 65. De dauco.]	185
[Cap. 66. De diagredio.]	185
[Cap. 67. De elleboro.]	186
[Cap. 68. De endivia.]	186
[Cap. 69. De emula.]	187
[Cap. 70. De epatica.]	187
[Cap. 71. De eruca.]	187
[Cap. 72. De ebulo.]	187
[Cap. 73. De esula.]	188
[Cap. 74. De eupatorio.]	188
[Cap. 75. De feniculo.]	188
[Cap. 76. De flamula.]	190
[Cap. 77. De fumo terre.]	190
[Cap. 78. De felle terre.]	190
[Cap. 79. De fraxinella.]	190
[Cap. 80. De feniculo porcino.]	190
[Cap. 81. De fungo.]	190
[Cap. 82. De fenigreco.]	191
[Cap. 83. De felle paradisi.]	191
[Cap. 84. De frumento sive tritico.]	191

[Cap. 85. De far.]	192
[Cap. 86. De faseolo.]	192
[Cap. 87. De fithi.]	193
[Cap. 88. De faba.]	193
[Cap. 89. De filipendula.]	194
[Cap. 90. De fu.]	194
[Cap. 91. De gramine.]	195
[Cap. 92. De graloga.]	195
[Cap. 93. De genciana.]	195
[Cap. 94. De gith.]	196
[Cap. 95. De golena.]	196
[Cap. 96. De grunco.]	196
[Cap. 97. De gutta.]	196
[Cap. 98. De gariofilata.]	196
[Cap. 99. De gladiolo.]	197
[Cap. 100. De gallitrico.]	197
[Cap. 101. De grana solis.]	198
[Cap. 102. De himulo.]	198
[Cap. 103. De herba sancte Marie.]	198
[Cap. 104. De herba vite.]	198
[Cap. 105. De herba Iovis.]	198
[Cap. 106. De herba pici.]	198
[Cap. 107. De herba lucii.]	198
[Cap. 108. De herba Iudayca.]	199
[Cap. 109. De herba sancti Iohannis.]	199
[Cap. 110. De iusquiamo.]	199
[Cap. 111. De isopo.]	200
[Cap. 112. De irinco.]	201
[Cap. 113. De iaro.]	201
[Cap. 114. De iri et ireos.]	201
[Cap. 115. De iacinto.]	201
[Cap. 116. De iva muscata.]	201
[Cap. 117. De iunco.]	202
[Cap. 118. De liquiricia.]	202
[Cap. 119. De lilio.]	202
[Cap. 120. De lingua avis.]	203
[Cap. 121. De lappacio.]	203
[Cap. 122. De lactuca.]	204
[Cap. 123. De lauruola.]	204
[Cap. 124. De lappa.]	205
[Cap. 125. De levistico.]	205
[Cap. 126. De linga arietis.]	205
[Cap. 127. De lolio.]	205
[Cap. 128. De lente vel lenticula.]	206
[Cap. 129. De lupino.]	206
[Cap. 130. De lino.]	207
[Cap. 131. De licio.]	207
[Cap. 132. De lichiti vel linochiti sive mercuriali.]	207
[Cap. 133. De linga canis.]	208
[Cap. 134. De melone.]	208
[Cap. 135. De melliloto.]	209

[Cap. 136. De mercuriali.]	209
[Cap. 137. De malva.]	209
[Cap. 138. De menta.]	209
[Cap. 139. De mandragora.]	210
[Cap. 140. De mentastro.]	211
[Cap. 141. De men.]	211
[Cap. 142. De marrubio.]	212
[Cap. 143. De maiorana.]	212
[Cap. 144. De mellissa.]	212
[Cap. 145. De malvavisco.]	213
[Cap. 146. De malumterre.]	213
[Cap. 147. De morella.]	213
[Cap. 148. De millefolio.]	213
[Cap. 149. De murmica.]	213
[Cap. 150. De millio.]	213
[Cap. 151. De milica.]	214
[Cap. 152. De napo.]	214
[Cap. 153. De narstucio.]	214
[Cap. 154. De nemifare.]	214
[Cap. 155. De napello.]	215
[Cap. 156. De nigella sive niella.]	215
[Cap. 157. De nardo.]	215
[Cap. 158. De napo marino.]	215
[Cap. 159. De nituba.]	215
[Cap. 160. De nepta sive neta.]	215
[Cap. 161. De origano.]	215
[Cap. 162. De ozimon.]	216
[Cap. 163. De ordeo.]	216
[Cap. 164. De porro.]	217
[Cap. 165. De papavere.]	217
[Cap. 166. De pencedano.]	218
[Cap. 167. De petrosillo.]	218
[Cap. 168. De podraga lini.]	218
[Cap. 169. De pane porcino.]	218
[Cap. 170. De psillio.]	219
[Cap. 171. De plantagine.]	219
[Cap. 172. De polipodio.]	219
[Cap. 173. De pastinaca.]	220
[Cap. 174. De portulaca.]	221
[Cap. 175. De papiro.]	221
[Cap. 176. De pulegio.]	221
[Cap. 177. De panico.]	222
[Cap. 178. De piso.]	222
[Cap. 179. De paritaria.]	222
[Cap. 180. De pede vituli.]	223
[Cap. 181. De patula.]	223
[Cap. 182. De prassio.]	223
[Cap. 183. De podraga lini.]	223
[Cap. 184. De pigmentaria sive ponciriata.]	223
[Cap. 185. De pane porcino.]	223
[Cap. 186. De pripino.]	223

[Cap. 187. De petonia.]	223
[Cap. 188. De palunao.]	223
[Cap. 189. De pionia.]	223
[Cap. 190. De piretro.]	224
[Cap. 191. De policaria.]	224
[Cap. 192. De polio.]	225
[Cap. 193. De rapa.]	225
[Cap. 194. De raphano.]	226
[Cap. 195. De radice.]	226
[Cap. 196. De rubla.]	226
[Cap. 197. De rubea.]	227
[Cap. 198. De ruta.]	227
[Cap. 199. De radice sciencie.]	228
[Cap. 200. De spinaciis.]	228
[Cap. 201. De strigio.]	228
[Cap. 202. De solsequio.]	229
[Cap. 203. De sinphito.]	229
[Cap. 204. De scariola.]	229
[Cap. 205. De salmenta.]	229
[Cap. 206. De solatro.]	229
[Cap. 207. De salvia agresti.]	229
[Cap. 208. De sansuco.]	229
[Cap. 209. De spelta.]	229
[Cap. 210. De siligine.]	229
[Cap. 211. De semperviva.]	230
[Cap. 212. De satirion.]	230
[Cap. 213. De sponsa solis.]	230
[Cap. 214. De silermontano sive silseos.]	230
[Cap. 215. De stafisagria.]	231
[Cap. 216. De squilla.]	231
[Cap. 217. De sinapi.]	232
[Cap. 218. De stucio.]	232
[Cap. 219. De scordion sive alleo agresti.]	233
[Cap. 220. De sparago.]	233
[Cap. 221. De sinsibro.]	233
[Cap. 222. De salvia.]	233
[Cap. 223. De scabiosa.]	234
[Cap. 224. De senacionibus.]	234
[Cap. 225. De serpentaria sive serpentina.]	234
[Cap. 226. De serpillio.]	234
[Cap. 227. De satureya.]	235
[Cap. 228. De sclarea.]	235
[Cap. 229. De scalognis.]	235
[Cap. 230. De spica.]	235
[Cap. 231. De saxifragia.]	236
[Cap. 232. De sene.]	236
[Cap. 233. De tetrahit.]	237
[Cap. 234. De tapsia.]	237
[Cap. 235. De tapso barbato.]	237
[Cap. 236. De testiculo vulpis alias citrion.]	237
[Cap. 237. De testiculo canis.]	237

[Cap. 238. De tymo.]	238
[Cap. 239. De tritico.]	238
[Cap. 240. De tribulo marino.]	238
[Cap. 241. De viola.]	238
[Cap. 242. De virga pastoris.]	239
[Cap. 243. De volubili.]	239
[Cap. 244. De urtica.]	239
[Cap. 245. De vitreolo.]	240
[Cap. 246. De valeriana.]	240
[Cap. 247. De vicia.]	240
[Cap. 248. De vitiscella.]	240
[Cap. 249. De zedovario sive ziduallo.]	241
[Cap. 250. De zinzibere.]	241
[Cap. 251. De zizannia.]	241
[Cap. 252. De zimbara.]	241
[Tit. XV.] De liquoribus. Rubrica.	241
[Cap. 1. Generaliter.]	241
[Cap. 2. De aceto.]	242
[Cap. 3. De aqua.]	243
[Cap. 4. De balsamo sive opibalsamo.]	243
[Cap. 5. De cera.]	243
[Cap. 6. De lacte.]	243
[Cap. 7. De melle.]	244
[Cap. 8. De oleo.]	244
[Cap. 9. De vino.]	244
[Tit. XVI.] De natura fluviorum, foncium, stangnorum et lacuum.	253
[Cap. 1. Generaliter.]	253
[Cap. 2. De fonte in Egipto alias in Epiro alias in Cipro.]	254
[Cap. 3. De fonte in Ethiopia.]	254
[Cap. 4. De fonte in oriente.]	254
[Cap. 5. De fonte in quo puer Christus balneatus fuit.]	254
[Cap. 6. De fontibus in Affrica.]	254
[Cap. 7. De fontibus in Cicilia.]	254
[Cap. 8. De fontibus in Boemia.]	254
[Cap. 9. De duo fluminibus in Thessalia.]	254
[Cap. 10. De lacu in Ytalia.]	254
[Cap. 11. De duo stagnis.]	255
[Cap. 12. De duo lacibus.]	255
[Cap. 13. De agro in Asia.]	255
[Cap. 14. De quodam fonte.]	255
[Cap. 15. De fonte in Catalonia, de fonte in Britannia, de lacu Pilati, de quodam fonte in Provincia.]	255
[Cap. 16. De fonte Siloe.]	255
[Cap. 17. De fluvio iuxta montem Libani.]	255
[Cap. 18. De arena maris in Tirensi et Aconensy civitate.]	256
[Cap. 19. De fluvio in Perside.]	256
[Cap. 20. De fonte in Perside.]	256
[Cap. 21. De duo fontibus in castro de Pyolenc.]	256
[Cap. 22. De aqua in Archadia.]	256
[Cap. 23. De fonte in Santhia.]	256
[Cap. 24. De lacu Genesar.]	256

[Cap. 25. De fluvio Hermes.]	256
[Cap. 26. De fontibus in Sardinia.]	256
[Cap. 27. De fonte Ido.]	256
[Cap. 28. De lacu in Boecia alias Boemia et de fonte in Chio.]	257
[Cap. 29. De aquis in Campania.]	257
[Cap. 30. De alio fonte in Ethiopia.]	257
[Cap. 31. De fonte in Cacalabo.]	257
[Cap. 32. De fontibus qui mutant ligna in lapides.]	257
[Cap. 33. De fonte batisterii civitatis Terdone.]	257
[Cap. 34. De balneis in loco Puteolanis.]	257
[Cap. 35. De fonte in castro sancti Restituti.]	257
[Cap. 36. De quodam fonte civitatis Marsilie.]	258
[Cap. 37. De fonte ad radicem Olympi montis.]	258
[Cap. 38. De fonte sive puteo in civitate Ciene.]	258
[Cap. 39. De quibus fontibus ex quibus fit bitumen.]	258
[Cap. 40. De fluvio prope Indos.]	258
[Cap. 41. De quodam rivo iuxta desertum.]	258
[Tit. XVII.] De natura lapidum maxime preciosorum. Rubrica.	259
[Cap. 1. Generaliter.]	259
[Cap. 2. De ametisto.]	260
[Cap. 3. De achate.]	260
[Cap. 4. De adamante.]	260
[Cap. 5. De abeston.]	261
[Cap. 6. De amante.]	261
[Cap. 7. De allectorio.]	261
[Cap. 8. De absicto.]	261
[Cap. 9. De androdema.]	261
[Cap. 10. De alamandina.]	261
[Cap. 11. De berillo.]	261
[Cap. 12. De borace.]	262
[Cap. 13. De balaustro alias balasio.]	262
[Cap. 14. De carbunculo.]	262
[Cap. 15. De calcedon.]	262
[Cap. 16. De corallo.]	262
[Cap. 17. De crisopacion.]	263
[Cap. 18. De celidonio.]	263
[Cap. 19. De calcofano.]	263
[Cap. 20. De cristallo.]	263
[Cap. 21. De cerauno.]	263
[Cap. 22. De cornelio vel corneolo.]	264
[Cap. 23. De crisolito.]	264
[Cap. 24. De caramida.]	264
[Cap. 25. De dracontida.]	264
[Cap. 26. De dionisia.]	264
[Cap. 27. De diamante.]	264
[Cap. 28. De diado.]	264
[Cap. 29. De donatithe.]	264
[Cap. 30. De emathite.]	265
[Cap. 31. De ethite.]	265
[Cap. 32. De elitropia.]	265
[Cap. 33. De elidra.]	266

[Cap. 34. De granato.]	266
[Cap. 35. De gagate.]	266
[Cap. 36. De gelacia.]	266
[Cap. 37. De galactida.]	266
[Cap. 38. De gagatromeo.]	267
[Cap. 39. De iaspide.]	267
[Cap. 40. De iacinto.]	267
[Cap. 41. De iscisto.]	267
[Cap. 42. De irin.]	267
[Cap. 43. De iena.]	267
[Cap. 44. De liparea.]	267
[Cap. 45. De ligurio.]	268
[Cap. 46. De lapide cancris.]	268
[Cap. 47. De lapide lucii.]	268
[Cap. 48. De lapide piscis corvi.]	268
[Cap. 49. De lapide in stomaco gruis.]	268
[Cap. 50. De lapide in felle bovis.]	268
[Cap. 51. De quibus lapidibus in capite asini.]	268
[Cap. 52. De lapide in capite vulturis.]	268
[Cap. 53. De lapide in nido upupe.]	268
[Cap. 54. De lapide in capite onagri.]	268
[Cap. 55. De quodam lapide noto corvo.]	269
[Cap. 56. De margarita.]	269
[Cap. 57. De magnete.]	269
[Cap. 58. De memphite.]	269
[Cap. 59. De melochite.]	269
[Cap. 60. De medo.]	270
[Cap. 61. De onichino.]	270
[Cap. 62. De onice.]	270
[Cap. 63. De obtolane.]	270
[Cap. 64. De orite.]	270
[Cap. 65. De pirite vel peridonio.]	271
[Cap. 66. De prasio.]	271
[Cap. 67. De pantheram.]	271
[Cap. 68. De robino.]	271
[Cap. 69. De saphiro.]	271
[Cap. 70. De smaragdo.]	272
[Cap. 71. De sardonice.]	272
[Cap. 72. De sardio.]	272
[Cap. 73. De syrio.]	272
[Cap. 74. De sarcofago.]	272
[Cap. 75. De sanio.]	273
[Cap. 76. De succino.]	273
[Cap. 77. De speculari.]	273
[Cap. 78. De silonite.]	273
[Cap. 79. De sada.]	273
[Cap. 80. De titire.]	273
[Cap. 81. De topacio.]	273
[Cap. 82. De violato.]	274
[Cap. 83, 1. De virtutibus et sculpturis lapidum.]	274
[Cap. 83, 2.]	274

[Cap. 83, 3.]	274
[Cap. 83, 4.]	274
[Cap. 83, 5.]	274
[Cap. 83, 6.]	274
[Cap. 83, 7.]	274
[Cap. 83, 8.]	274
[Cap. 83, 9.]	275
[Cap. 83, 10.]	275
[Cap. 83, 11.]	275
[Cap. 83, 12.]	275
[Cap. 83, 13.]	275
[Cap. 83, 14.]	275
[Cap. 83, 15.]	275
[Cap. 83, 16.]	275
[Cap. 83, 17.]	275
[Cap. 83, 18.]	275
[Cap. 83, 19.]	275
[Cap. 83, 20.]	276
[Cap. 83, 21.]	276
[Cap. 83, 22.]	276
[Cap. 83, 23.]	276
[Cap. 83, 24.]	276
[Cap. 83, 25.]	276
[Cap. 83, 26.]	276
[Cap. 83, 27.]	276
[Cap. 83, 28.]	276
[Cap. 83, 29.]	276
[Cap. 83, 30.]	276
[Cap. 83, 31.]	276
[Cap. 83, 32.]	277
[Cap. 83, 33.]	277
[Cap. 84. De consecratione lapidum.]	277
[Tit. XVIII.] De metallis et eorum naturis.	278
[Cap. 1. Generaliter.]	278
[Cap. 2. De auro.]	278
[Cap. 3. De electo.]	278
[Cap. 4. De argento.]	279
[Cap. 5. De ere sive cupro.]	279
[Cap. 6. De stagno.]	279
[Cap. 7. De plumbo.]	280
[Cap. 8. De ferro.]	280
[Tit. XIX.] De humoribus aeris. Rubrica.	280
[Cap. 1. Generaliter.]	280
[Cap. 2. De rore.]	281
[Cap. 3. De nive.]	281
[Cap. 4. De grandine.]	282
[Cap. 5. De pluvia seu ymbre.]	282
[Cap. 6. De melle.]	283
[Cap. 7. De laudano.]	283
[Cap. 8. De manna vel mannete.]	284
[Tit. XX.] De passionibus aeris. Rubrica.	284

[Cap. 1. Generaliter.]	284
[Cap. 2. De stellis.]	284
[Cap. 3. De tonitruo.]	285
[Cap. 4. De vento.]	286
[Cap. 5. De nubibus.]	287
[Cap. 6. De nebulis.]	288
[Cap. 7. De iride.]	288
[Tit. XXI.] De quatuor elementis et naturis eorum. Rubrica.	289
[Cap. 1. Generaliter.]	289
[Cap. 2. De terra.]	290
[Cap. 3. De aqua.]	294
[Cap. 4. De aere.]	296
[Cap. 5. De igne.]	301
[Tit. XXII.] De septem planetis, de stellis fixis et de celis. Rubrica.	302
[Cap. 1. Generaliter.]	302
[Cap. 2. De luna.]	306
[Cap. 3. De Mercurio.]	309
[Cap. 4. De Venere.]	310
[Cap. 5. De sole.]	310
[Cap. 6. De Marte.]	312
[Cap. 7. De Iove.]	313
[Cap. 8. De Saturno.]	313